




A
1873
13

S.a. 7-
13-



2 400 40 *Sarta*




R. 4630
dos Collegio de la comp. de los de Granada.

DECVLTV
ADORATIONIS
LIBRI TRES.

Autore P. GABRIELE VAZQUEZ Theologo
Societatis IESV.


*Accesserunt disputationes duæ contra Errores Felicis, & Elipandi
de adoptione, & seruiture Christi in Concilio Franco-
fordiensi damnatos, eodẽ autore.*

*Ad Amplissimum Dominum ANDREAM PACIECV M
Episcopum Segouiensem.*



CVM PRIVILEGIO.

Ex officina Ioannis Gratiani, apud Viduam
Compluti, M. D. XCIV.



EL REY



OR quanto por parte de vos el padre Gabriel Vazquez de la ordē de la compaña de Iesus nos fue fecha relaciō, que vos auia des compuesto vn libro intitulado, *de cultu Adorationis*, que era, del que haziades presentacion, y porque era en seruicio de nuestro señor, y bien de los proximos, y particularmente de los q̄ professauā Theologia, nos suplicastes, os mandassemos dar licencia, para imprimir el dicho libro, y preuilegio por el tiempo, que fuessemos seruido, o como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro consejo, y como por su mandado se hizieron las diligencias, que la prematica por nos vltimamēte fecha sobre la impresiō de los libros, dispone; fue acordado, que deuiamos de mādār, dar esta nuestra cedula para vos en la dicha raçō, y nos tubimos lo por biē. Y por la presente por os hazer biē y merced os damos licēcia y facultad, para q̄ por tiēpo de diez años primeros siguiētes, que corren, y se quentā desde el dia de la fecha desta nuestra cedula, podays imprimir el dicho libro, que de suso se haze mencion por su original, que en el nuestro consejo se vio, que va rubricado, y firmado en fin de Pedro Zapata del marmol nuestro secretario de camara de los que en el nuestro consejo residen: con que antes que se venda, le traygays ante ellos juntamente con su original, para que se vea, si la dicha impresiō esta conforme a el: o traygays fee en publica forma, como por corrector nōbrado por nuestro mandado se vio, y corrigio la dicha impresiō por su original. Y mandamos al impressor que ansī imprimiere el dicho libro, no imprima el principio y primer pliego, ni entregue mas de vn solo libro con el original al autor, o persona a cuya costa le imprimiere, ni a otra persona alguna para el efecto de la dicha correciō y tasa, hasta que antes, y primero el dicho libro este corregido y tassado por los del nuestro consejo: y estando hecho y no de otra manera pueda imprimir el dicho principio y primer pliego, y seguidamente ponga esta nuestra cedula, y tasa sopena

de

de caer, e incurrir en las penas contenidas en las pragmáticas, y leyes de nuestros reynos, que en tal caso disponen. Y mandamos, que durate el termino de los dichos diez años, persona alguna sin vuestra licencia no lo pueda ymprimir, ni vender el dicho libro, so pena que el que lo imprimiere, aya perdido, y pierda todos, y qualquier libros, moldes, y aparejos, q̄ de los libros tuuiere: y mas incurra en pena de cinquenta mil maravedis por cada vez, que lo contrario hiziere. La qual dicha pena sea la tercia parte para la nuestra camara, y la otra tercia parte para el juez, que lo sentenciare, y la otra tercia parte para la persona, que lo denunciare. Y mandamos a los del nuestro consejo, presidente, y oydores de las nuestras audiencias, alcaldes, alguaciles de la nuestra casa, y corte, y chancillerias, y a todos los corregidores, asistente, gouernadores, alcaldes mayores, y ordinarios, y otros juezes, e justicias qualquier de todas las ciudades, villas, y lugares de los nuestros reynos, y señorios, a si a los que agora son, como a los que seran de aqui adelante, que os guarden, y cumplan esta nuestra cedula: y contra su tenor, y forma no vayan, ni pasen, ni consentan yr, ni passar por alguna manera, so pena de la nuestra merced, y de diez mil maravedis para la nuestra camara. Fecha en S. Lorêço a diez y ocho dias del mes de Setiembre, de mil, y quinientos y nouenta, y tres años.

YO EL REY.

Approbatio operis.



FGO FRANCISCVS
Porres Prouincialis Societatis Iesu in prouincia Toletana, potestate ad id mihi facta a Reuerêdo admodū Patre Claudio Aquaviua Præposito nostro Generali, facultatem concedo, vt typis mandentur libri tres de cultu adorationis compositi a patre Gabriele Vazquez Theologo Societatis Iesu, & grauium, doctorumque hominum iudicio nostre Societatis approbati. In quorum fidem has literas manu nostra subscriptas, sigilloque nostro munitas dedimus. Madriti, die 26. Iunij. Anno 1593.

Franciscus Porres.

ALTERA APPROBATIO.



De cultu adorationis libri tres P. Gabriele Vazquez Theologo Societatis Iesu autore, supremi Senatus iussu, meo examini, & censuræ commissi, quasi gemæ ex scælici scælicioris ingenij discursu erumpentes, mihi visi sunt.

Opus sane est ab omnibus, qui norunt autoris eruditionem, & diligentiam magnopere desideratum: quod non modo nullum habet errorem, verum etiam contra omnes hæreses catholicam doctrinam quasi a sapiente Patrefamilias dispensatâ, atque ex adytis & antiquitate Patrum, tam Græcæ, quam Latinæ Ecclesiæ depromptam, denique exactissimo iudicio, & examine naturam adorationis definitâ, atque explicatam continet. Poteruntque ab autore plura, ne dicam maiora, in posterum expectari iuxta ipsius indefessum laborem super doctrinâ S. Th. Quare cum magno fidelium fructu, & infidelium confusione poterit hoc opus typis mandari. In conuentu Sancti Philippi, Madriti, die octauo mensis Septembris, anno Domini 1593.

Fr. Gabriel Pinellus.


TASSA



O Iuan de Prado escriuano de su magestad residente en su corte en el officio del secretario marmol, y por su indisposiciõ doy fe, que los señores del consejo de pedimiento y supplicacion del padre Gabriel Vazquez de la compañia de Iesus, tassaron vn libro por el fecho, intitulado, *De cultu Adorationis*, que con licencia y priuilegio de su magestad se imprimio a tres marauedis y medio cada pliego en papel y al dicho precio, y no mas mandaron que se venda, y que antes que se venda ningun libro, se imprima esta tassa en la primera hoja de cada volumen. Y para que dello cõtte, de pedimiento del dicho padre Gabriel Vazquez y mandamiento de los dichos señores, di la presente, que es fecha en la villa de Madrid a veynte y siete dias del mes de Mayo de mil y quinientos, y nouenta y quatro años.

Iuan de Prado

A M P L I S S I M O
E P I S C O P O S E G O V I E N -
S I D O M I N O A N D R E A E
Pacico Gabriel Vazquez Socie-
tatis I E S V, S. D.



N omnibus, quas tractan-
das suscepi, rebus, hoc mihi
semper Platonis consilium
sequendum proposui, non
vulgaria, & obuia amplectē-
da, sed in singulis rerum ge-
neribus praestantissima esse
deligenda. Quare mihi in
patrono, & vindice meorū librorum quærendo, a-
cerrima cogitatione defixo, permultis animo per-
lustratis, tu, in quo omnia summa essent, inter o-
mnes vnus occuristi. Etenim si quis in patrono suo
generis splendorem, & antiquitatē desideret, sciūt
omnes, te ex illustrissima illa Pacicorum familia
oriundum, nobiles auos, proauos, abauosque nu-
meraturum. Si officia maiorum requirat erga pa-
triam, erga parentes, erga communem hanc ciui-
lis vitæ societatem, quorum vnquā rarior in meos
Bellemontanos liberalitas eluxit, quam tuorū ma-
iorum, qui natale solum summis amplificauerunt
ornamentis? Et vt è multis vnum recēleam, quæ nō
†† cele-

celeberrimus ille Ioannes Paciecus Paciecorum familiae Decus, & columen, Equitum S. Iacobi princeps, & Magister, foelicibus auibus Bellomontem natus, tum in prima aetate educatus, virtutis suae monumeta in posterorum animis impressit: urbem in primis, vir militari laude praeditus, arcibus munitissimis, propugnaculis firmissimis, muris fortissimis, summa omnium gratulatione, locupletavit. Atque ut inferis, superisque pietatis suae vestigia relinqueret, non modo aedem sacram beati Bartholomei, ubi ossa progenitorum honorifico Mausoleo condidit, maioribus auctam redditibus, & conuocato egregio Canonorum coetu, multo, quam antea, reddidit illustriorem: verum etiam & monialibus coenobis, & pauperibus Xenodochia, religionis videlicet amplificandae cupidus, & tenuiorum hominum vindex, ac patronus suo aere aedificavit, redimendisque barbarorum, & nominis Christiani hostium manibus captiuos magnam auri vim annuatim perloluendam destinavit. His vero non contentus, in suos beneficentiae officijs longius progressus, munificentiam antiquorum illorum Heroum amulatus, plebi vniuersae vectigalium, tributorum, aliorumque publicorum, quae penduntur, onerum libertatem a Rege, summo posterorum omnium bono, impetrauit. Verum licet haec singularia, ac plane diuina sint, tibi sunt tamen cum multis alijs communia, imo ut semel dicam tua non sunt.

Nam

Nam genus, & proavos, & quae non fecimus ipsi,

Vix ea nostra puto.

Haec vero tibi propria, Andrea nobilissime, quod a nobilibus, pijsque progenitoribus nobilitatem, & pietatem cum lacte nutricis ita suxisti, ut utrumque hereditario iure possedisse, & virtutibus, atque doctrina non mediocriter auxisse videaris. Equidem de tua illa singulari eruditione, & admirabili morum suauitate, quid necesse habeo dicere? nouimus enim quo acumine, qua facilitate, & fecunditate ingenij Theologorum salebras, & meandros parui pendere, cum te socij omnes sanguinis claritate moti, ut par erat, venerabantur: tum maxime ij, qui in eodem puluere eisdem Ludimagistris, atque artibus operam nauabant, quoties te de rebus obscuris dilucide, de incognitis aperte, de reconditis mysterijs subtiliter differentem contuebantur, in summam adducti admirationem, vno sensu praedicabant, Andream Paciecum ceteris candidatis non sanguinis fama, sed ingenij foelicitate, seruata iustitiae regula, primam lauream praeripuisse: cuius laudis praconium ego ipse saepius tanquam testis oculatus mea sententia comprobauit, nimirum a primo studiorum tuorum exordio in quotidiana disputatione, non mediocri cum fructu meo, tua consuetudine, tanta familiaritate usus, quanta excogitari posset maxima. Quae cum ita

†† 2 sint,

sint; profecto ego cum a meis moribus, tum ab ea, qua me in studijs prosequutus es, beneuolentia alienus essem, si immemor illius, hoc opusculum quaecumque tandem futurum sit, alij potius, quam tibi dedicarem. Nam cum antequam ex hac Complutensi Academia Romam Theologiae profecturae gratia vocarer, amorem tuum mihi non semel aperuisses: certe post meum ex Italia reditum te veteris amicitiae memorem literis, verbisque declarasti. Quippe qui non semel, atque iterum ad te inuiscendum humanitate, qua soles, inuitasti; verumetiam prouocasti. Itaque ne ingratitude criminem incurrerem, nolui vacuis venire manibus, sed una cum salute, quam tibi longissimam precor, hoc opusculum offerre deliberaui. Quod tu, si me, meaque diliges, accipies tanquam sempiterni in te amoris symbolum, tuaeque nobilitati, eruditioni, atque doctrinae debitum. Vale: & me, ut soles, complectere.

SAEPE.

AD LECTOREM.



SAEPE à me, studiose Lector, tui auditorum meorum precibus, tui etiam amicorum petitum est, ne ea, quae publice docueram, quaeque illi (pro suo fortasse in me studio) communi utilitati profutura sperabant, decursu temporis paterer interire, vel certe aliqua, quorum ipsi fructum sua voluntate metientes cumulatissimum fore putabant, typis mandari non grauarer. Rationes non vulgares afferebantur, quae meum animum vehementer commouebant. Sed res plena difficultatis, plena molestiae, addo etiam periculum, me à suscipiendo negotio deterrebat. Verebar enim plurimum, ne dum fetus mei parum formati in publicum prodirent, parere prius, quam parturisse viderer. Nam illud Horatii consilium mihi quidem semper maxime placuit; ut opus non antea in oculis hominum poneretur, quam domi ad nonum usque annum premeretur: & perfectum decies castigaretur ad unguem. Id autem quo minus à me praestari posset, obstant lectio, & exercitationum theologicarum occupationes perassiduae, quibus si pro officij mei ratione velle satisfacere, nihil temporis, nihil otij omnino relinquebatur perspicendis scriptis, nec dicam limandis, ac perpoliendis. Accedebat id, quod facile cuiusuis ad eam rem studium retardaret, multos insigni doctrina tum subtiliter, tui etiam grauius eisdem de rebus scripsisse, ut meus quantuluscumque eo in genere labor frustra susceptus videretur. Sed rationibus ijs, quae vel apud alienos suum sine dubio pon-

dus habuissent, nihil discipuli, nihil amici commouebatur. Itaque commodius otium tandem aliquando nactus, honeste illorum voluntati (viderint ipsi, quam iusta) mihi parendum putauit: ac ut idem iubet Poeta, commentarios stauit male tornatos incudi reddere, quos in B. Thomae Aquinatis partes è suggesto peruulgaueram, ut castigatos, & politius paulò limatos publicae utilitati consecrarem. Qui si in commentariorum hac nostra aetate editorum numerum minus venire possint, nec tam vberes ex illis fructus mihi pollicear, quam mei studiosi permulti cupiunt ac sperent, tamen quoad passim, ne (quod in prouerbio est) actum videar agere, ad sanioris & antiquioris veterum Patrum, & Scholasticorum doctrinae explanationem, nouas aliquas lucubrationes aliorum commentarijs adijcere conabor: quae si cum illis diligenter conferantur, parient profecto ingeniosis emolumentum non vulgare. Verum enim uero dum ad hanc iucundam quidem, tamen si longam navigationem, armamenta omnia compararem, non potui non tantisper subsistere, ut quorundam studiosorum desiderio, qui meam de adoratione rerum sacrarum sententiam scire cupiebant, satisfacerem. Quamobrè quasi aliud agens & pro ludens, hos tres, quos in manibus habes studiose Lector, non tam formauit, quam effudi libellos. In quibus, quae potui breuitate, dum 3. p. S. Thom. aggredior, meam de proposita quaestione interposui sententiam. Quos si tibi gratos, & acceptos fuisse intellexero, dabo operam, ut propediem melioribus, pretiosioribusq; mercibus confecta navigatione portaris. Vale: & laborem nostrum boni consule.


CATA

**C A T A L O G V S A V-
 T O R V M, E T C O N C I L I O R V M,**
 quæ in libris de cultu adorationis
 allegantur.

A		H	
Abbas Vsperegensis	Basilii Ancyranus.	Dionysius Cartusian.	S. Gregorius Naz.
Abulensis.	Beda.	Dominicus de Soto.	
Adamus.	Bellarminus.	Durandus.	Henricus Stephanus.
Ado Viënenfis.	S. Bernardus.	E	Henricus de Gadauo
Adrianus Primus.	Blondus.	Eginardus.	Hesichus.
Adrianus Sextus.	S. Bonauentura.	Ælius Lampridius.	S. Hieronymus.
Alanus Copus.	C	Elias Cretenfis.	Hieronym. Angestus
Albericus.	Caietanus.	S. Ephren.	Hieremias Pat. Cōst.
Albertus Magnus.	Canisius.	S. Epiphanius Episc.	Hincmarus.
Alciatus.	Canus.	S. Epiphan. Diacon.	S. Hilarius.
Alexander Alensis.	Capreolus.	Erasmus.	Holcot.
Algerus.	Carolus Magnus.	Euagrius.	Homerus Poeta.
Almanus.	Cassiodorus.	Euodius.	I
Alphonsus à Castro.	Catherinus.	Eusebius Casariësis	Jacobus Pains.
S. Ambrosius.	Cedrenus.	Eusebius Emisenus.	Jansemus.
Ambrosius Morus.	Claudius Sainctes.	Euthymius.	Idiota.
S. Anas. Epi. Theop.	S. Clemens Romanus	Eustathius Gramm.	Innocentius Papa I.
Angelus.	Clemens Quintus.	Eutropius.	S. Irenæus.
Annonius vel Aimo-	Clemens Alexandr. Ferrariensis.	F	S. Isidorus.
minus.	Clichtoueus.	Franc. Fenardētius.	Istichus.
S. Anselmus.	Cochlæus.	Franciscus Horātius.	S. Ioannes Damasc.
Anselmus Riddus.	Cōstātinus Diaconus.	Franciscus Turrianus	S. Ioannes Chrysof.
S. Antoninus.	S. Cornelius Papa.	S. Fulgentius.	Ioānes Episc. Gabalō
Aristoteles.	Couarruias.	G	Ioannes Episc. Thef.
Aristarchus Gramm.	S. Cyp. Episc. Carth.	Gabriel.	Ioannes Heselanus.
Armillā.	S. Cyrillus Hierosol.	Gagneius.	Ioannes Auentinus.
Arnobius.	S. Cyrillus Alexand.	Garsias Loaysa.	Ioānes Cātacuzenus.
Afconius Pædianus.	D	S. Germ. Patr. Const.	Ioānes Turrecremata
S. Athanasius.	S. Damasus Papa.	Glossa ordinaria.	Ioānes Aurelianus.
S. Augustinus.	Demetrius Diaconus.	Gilber. Genebrardus.	Josephus.
B	Demochares.	S. Gregorius Magnus	Luca Carnotensis.
Bartholomeus Carr.	S. Dionys. Areopag.	S. Gregorius Nyssen.	S. Iustinus Martyr.


Insi-

Justinian. Imperator	Paulus Burgensis.	Sylvester.	Synodus generalis
L	Petrus Damianus.	T	E
Laëtant. Firmianus.	Petrus Cluniacensis.	Tertullianus.	Eliberitanum.
Laurentius Surius.	Petrus Galifardus.	Tharafius.	Ephesinum.
Laurentius Valla.	Petrus Bergomensis.	Theoph. Epis. Nyceę	F
Leo Primus.	Photius Patriarcha.	Theodoretus.	Francofordiense.
Leontius Episcopus.	Picus Mirandulanus	Theophylactus.	G
Lindanus.	Pierius.	Theodorus Hierosol.	Gangrense.
Lucas Episc. Tuden.	Platina.	Theodorus Balsamö.	Gentiliacense.
Lucianus.	Prateolus.	Theodor. Grammaticus	M
Lucanus Poeta.	Primasus.	S. Thomas Aquinas.	Moguntinum.
Ludovicus Vives.	Priscianus.	Thomas Vvaldensis.	N
M	Procopius.	Thomas de Argötina	Nicenum 2. quod est
Magist. Sententiarum	Prosper.	Tritemius.	septima Synodus ge
Marcus Varro.	Prudentius Poeta.	V	neralis.
Marsilius.	R	Urbanus III.	R
Marianus Victorinus.	Rabanus.	Vvillielm ^o Antisiod	Rom. sub Greg. 3.
Marius Victorinus.	Regino.	X	Rom. sub Stephano 3.
Martinus Ayala.	Ricardus Victorinus	Xenophon.	S
S. Maximus.	Ricar. de medianilla	Z	Sardicense.
Metaphrastes.	Rodulph. Flaniacensis	Zonaras.	Senanense.
Minutius Felix.	Rufinus.		T
N	Rupertus Abbas.	Concilia.	Toletanum 1.
Nannarius.	S	A	Toletanum 3.
Niceph. Pat. Cöstat.	Sabellius.	Alexandrinum.	Tridentinum.
Nicephorus Calistus.	Sanderus.	B	
Nicolaus Lyranus.	Scotus.	Bracharense.	FINIS.
Nicetas.	Sedulius.	C	
O	Seneca.	Coloniense sub Ca-	
Oecumenius.	Severus Sulpicius.	rolo. 3.	
Onuphrius Pavinus.	Sigbertus.	Constantinop. 2. quod	
Origenes.	Simon Stilita.	est quinta Synodus	
Osus Cordubensis.	Simon Maiolus.	generalis.	
P	Siricius Papa.	Constantinopolitanum	
Paludanus.	Sixtus Senensis.	3. quod est septima	
Pamelius	Socrates.	Synodus generalis.	
Paulinus Episcopus.	Sozomenus.	Constantinopolitanum	
Paulus Diaconus.	Steph. Epis. Bostrovü	4. quod est octava	
Paulus AEmilius.	Suetonius.		


IHS
PRAEFATIO
ET DIVISIO
TOTIVS
OPERIS.



I Maiorum monumeta iam
 à priscis ducta temporibus,
 & sacris cösignata literis cö-
 tēplemur, nihil prius, quàm
 de religione cogitasse He-
 breæ gentis vel autores, vel
 vindices reperiemus. Atq; vt
 alios omittam, quos iure op-
 timo eo nomine celebrauit
 antiquitas, quid, quæso, Moy-
 ses sibi prius faciendum pu-
 tauit, quàm vt nascētem Rempubli-
 cam sanctissimis de re-
 ligione legibus institueret? Ratus videlicet non sine cæ-
 lesti numine, nullum imperium fore stabile, atq; diutur-
 nū, quod non esset in religione fundatum. Quorum mul-
 tiplices de colendo Deo leges datae, tot ritus, & sacrificā-
 di institutæ sanctiones, quas cum Gens illa pro dignitate
 coluit, & factas, testasq; seruauit, cunctis mortalibus for-
 midabilis inimicorum arma pesumdedit? Iosias deinde il-
 le aeterno dignus imperio, vt collapsam, & penè extinctā
 A Rempu-



Rempubicam in lucem vindicaret, à religione, quæ iam interierat, sibi sumendum exordium, quasi ad gloriam pristinam, nullâ præter religionem, patèret aditus, existimauit. At verò tanta est eius virtutis necessitas, & tam illustri natura; vt vel ipsos ethnicos in summa rerum ignorantia versantes non prorsus latuerit. Quamobrem primi illi, qui nouas respublicas, inter populos nondum ciuili viuendi societate perpolitos, excitarunt, aut ab alijs erectas, sed moribus minus cõgruentibus, ex antiquo dignitatis fastigio deturbatas, in auitum splendorem restituerunt, hoc vnum sibi rei communis omni ex parte muniendæ præsidium proposuerunt: vt de procuranda religione, & placando numine par ab omnibus cura susciperetur. Et quanquam in eo allucinabantur, quod falsis, atque ementitis Dijs diuinos tribuebant honores; non aspernanda tamen videtur illa eorum animis insita de religione cogitatio. Porro autem clarius id in hac nostra Christiana republica à Christo domino salutis communis vindice, & auctore profecta, licet intueri. Quandiu enim auitus religionis cultus tum Deo, tum Sanctis iure suo debitus, pro eo ac res tanta postulat, fuit pertractatus: tandiu influentes in arcem Ecclesiæ hæreses compressæ, hostes debilitati, gentes immanitate barbaræ subiugatæ fuerunt. At vbi negligentius augustæ, principisque virtutis leges aut coli, aut intelligi cœperunt; maiestas illa reipublicæ Christianæ subita ruina dilapsa, pene tota concidit: & de lato illo, & amplo Asiæ, atque Africæ patrimonij fastigio eiecta, tenuioribus Europæ angustijs, tanquam in gyrum compulsa, cœpit terminari. Hoc est tutissimum propugnaculum, in quod populi Christiano nomini insenti, primâ omnium impressionem fecerunt. Hæc munitissima arx, quam hæretici prima irruptione expugnare tentarunt. Hoc sacrum Asylum, quod Apostatæ primo impetu violarunt. Permagni ergo retulerit, virtutum clarissimam, atque splendoris omnis parentem, & ab inimicis pro virili parte defendere, & amicis, qui de illa, secus quam oporteret, sentiunt, quam habeat vim, & naturam, ex maiorum placitis,

quos

quos vt columina vniuersalis colit Ecclesia, definire. Et ne incertahuc, & illhuc nostra vagerurd isputatio, eam in partes tribuere, certis limitibus circumscribere, ipso primo aditu, & vestibulo visum est consentaneum.

Itaque cum eorum, quibus cultum, & honorem deferimus, quædam sint rationis, & dignitatis gloria prædita; quædam verò neque excellentiam, neque vitam vllam habeant, placuit primo libro de rationalium rerum adoratione disputare, quod ea sit totius cultus, & adorationis basis, ac fundamentum. Nulla etenim res inanima venerationis capax esset, nisi ad aliam in dignitate constitutam referretur. Verum quia multa, eaq, difficilia, de rerum animæ expertium cultu dicenda sunt, perspicuitatis maioris gratia, atque vitandæ prolixitatis studio, disputationem de ipsarum adoratione in alios duos libros diuidere decreuimus. In secundo igitur de solo imaginum cul-


tu: in tertio denique de reliquiarum, atque aliarum rerum omnium veneratione differemus. Iam vero

propositam nobis in hoc primo libro

materiem, Deo duce, aggrediamur.

(. .)

Ratio, & excellentia sunt fundamentum adorationis.



3

DE ADORATIONE DEO, CHRISTO, ET SANCTIS DEBITA LIBER PRIMVS. *De natura adorationis. Disput. 1.*

*Varia nominum significationes. cap. 1.
 Quid sit adoratio ex sententia Alberti, Alex. & aliorum. c. 2.
 Quid S. Thom. senserit de natura adorationis. cap. 3.
 Vera opinio. Adorationis affectus circa actus externos, tanquam
 circa proprium obiectum versatur. cap. 4.*

Varia nominum significationes.

CAPVT I.



PER DIFFICILIS, & per-
 obscura quaestio (quod nullus
 ignorat) in Ecclesia Dei sem-
 per fuit de sacrarum rerum
 cultu, & veneratione, quae &
 ad agnitionem animi pulcher-
 rima, & ad moderandam reli-
 gionem maximè necessaria est.
 Atque mea quidem sententia,
 cò in dies difficilior euasit,
 quò natura, & ratio adoratio-

*Materia haec
 sua difficultas
 ex igno-
 ratione de-
 finitionum ori-
 tur.*

A 3

nis

nis minus inuestigata, intellecta, & explicata fuit. Idcirco in ipso statim totius nostrae disputationis exordio eam indagare; & quoad eius fieri poterit, dilucida definitionem complecti, nobis proposuimus. Id quod Philosopho atque Theologo quauis de re differenti summae curae esse deberet, si id ignoret, de quo suscipitur disputatio, in errorem turpissime labatur. Ex quo sane factum est, ut ethnici non satis perspectam habentes adorationis naturam, rebus sacris, quae ratione carent, nimium honoris tribuerint: haeretici vero multum detraxerint: atque ita a recta via utriusque aberrantes, errorum scopulis illi naufragium fecerint. Nos igitur Dei praesidio praecipue innixi hanc totius controuersiae regulam, praesenti disputatione statuere contendimus: veram scilicet adorationis naturam ob oculos mentis proponere, ut omnia errorum pericula superare, & veritatis portum secundo vento tenere possimus.

Definitio -
necessitas.

Autoris pro-
positum cir-
ca methodum
disputationis

A definitione
nominis, seu
Etymologia
inchoan-
dam.

Laus qui dis-
ferat ab ho-
nore.

In quaestione vero proposita, reliquisque omnibus, cum modum tenere decreuimus, quem Aristoteles, B. Thomas, caeterique Philosophi, atque Theologi secuti sunt: ut primum aliorum sententias annumeremus, atque si opus fuerit, cum suis fundamentis statim conuellamus: demum nostram explicantes proprijs rationibus confirmemus: interdum etiam eodem pondere rationum nostram stabilientes sententiam, oppositas refutare necesse duximus.

Nec solum oportet, ad veram reliquarum disputationum intelligentiam, propriam adorationis definitionem praemittere: verum etiam, ne ipsa nominum ignorantia nobis pariat confusionem, varias eorum significationes annumerare. In primis ergo obseruandum est id, quod praclare notauit S. Thom. 2. 2. quaestione. 130. ar. 1. ad. 3. inter laudem, & honorem multum interesse. Primum quia laus solum in verbis, honor vero in alijs quoque signis externis consistit: quocirca honor latius patet, quam laus. Tum etiam quia honor, qui alteri defertur, testimonium est excellentiae, & bonitatis ipsius, quae absolute & propter se bonitas est: laus autem, testimonium reddit de bonitate alicuius ad aliquem finem. Quam sane differentiam assignauerat

uerat Aristoteles. 1. Ethicorum, ca. 12. his verbis: *Omne autem laudabile ex eo laudari videtur, quia est affectum aliquam qualitate, & aliquo modo sese habet ad aliquid.* Hinc colligit, laudari viros, quod sint idonei ad cursum, ad virtutem & ad alias actiones: Deos autem, hominesque diuinos, qui felices sunt, non laudari, sed honorari: quia nemo laudat (inquit ille) beatitudinem, & iustitiam, sed aliquid maius eis exhibet, scilicet honorem: ait ergo honorem esse optimorum, & qui in se perfecti, & beati sunt. Ea tamen differentia non videtur vsu recepta, cum etiam Deus, qui est absolute bonus, vere & proprie laudari dicatur. Gloria vero a laude, & honore eo differt, quod illa est notitia clara bonitatis alicuius, quae ex ipsa laude ortum habet, quare recte definitur, clara cum laude notitia.

Gloria quid sit, & in quo differat ab honore & laude.

S. Tho.
Henr.
Palud.
4

Hae tria, quae diximus, sic explicat sanctus Doctor loco allegato, & cum eo conueniunt Henric. quodlib. 10. quaest. 6. in principio, & Paludanus in. 3. dict. 9. quaest. 1. art. 3. principali, in principio, qui tamen aliarum quoque duarum vocum significationes, nempe *adorare*, & *reuereri* in hunc modum distinguunt, ut reuereri internum animi affectum significet: est enim (inquiunt) reuereri, bonum alicuius magnum reputare. Huius autem interioris reuerentiae seu aestimationis signum esse dicunt honorem, qui verbis, & rebus exterius exhibetur: adorare vero his verbis definiunt. *Adorare, est in id, quod est reuerendum, laudandum, honorandum, & glorificandum propter eminentiam suae sanctitatis, & virtutis totam spem atque fiduciam, subiiciendo se illi proiecere.* Hi ergo Doctores videntur haec duo ita distinguere, ut reuerentia in affectum solum, adoratio tamen in signis etiam externis inueniatur. Ego vero, inter has duas voces nullum significationis discrimen constituerem, siue utraque internum affectum, siue externum signum tantum, siue utrumque simul significet: idem ergo est reuerentia, atque adoratio: an autem haec, non solum in signis, sed in affectu quoque esse dicatur, paulo post dicemus.

Adorare & reuereri ex sententia Henr. & Palud.

Sententia auctoris idem est reuerentia, & adoratio.

Aug.
5

Ceterum bene August. lib. contra sermonem Arrianorum, cap. 23. inquit, non esse omnino idem honorare atque adorare.

Honoris, & adorationis discrimen ex August.

Nam honorare latius patet, atque idem est, quod colere, ita enim inferiores, atq; superiores, iuxta cuiusq; virtutē, honoramus, & colimus: at venerari, reuereri, aut adorare nō dicimur, nisi in dignitate constitutos, quos nobis superiores cognoscimus: cultus vero adorationis, & reuerentiæ rursus diuiditur iuxta varias eorum excellētias, quos adoramus, vt mox apparebit.

Tam apud Hebraeos, quam Latinos vox nulla est, qua cultum erga Deum tantum significet.

Secūdo obseruandum est, Hebrais non esse peculiare nomen, quo significant cultum religiosum erga Deum: est enim verbum *גבד* *Gabad*, quod sanè ita ipsis commune est, sicut *seruio* Latinis: sed neq; Latinis propria aliqua vox est, si enim aliqua, ea esset *religio*, verū, vt optimè notauit Aug. 10. de ciuit. cap. 1. cui consentit *Jonas Aurelian.* 1. lib. de cultu imaginum longè à principio in. 5. tom. Bibli. sacrae cum latini autores ea voce significant cultum, & honorem etiam consanguineis, affinis, & amicis exhibitū, propria non erit ad significandum solum cultum, & honorem Deo debitum, tametsi iam vsu Ecclesiasticorū Doctorum ad id tantū videatur accommodata. Vox etiam *adoro*, seu *adoratio* Latinis communis est, & passim in Scriptura denotat honorem reuerentiæ, qui hominibus tribuitur: latini tamen patres interdum Deo soli eam accommodant, dum asserunt solum ipsum esse adorandum. Sic Hieron. in Epist. 53. ad Riparium, & Aug. de vera, & falsa religione cap. 55. & Fulgentius lib. ad Donatum cap. 4. & alij, quos disput. 5. cap. 3. in. 4. argumento hæreticorum referemus: videntur sanè verbum *adoro*, in eadem significatione vsurpare, quam apud Græcos habet verbum *λατρεῖν* *latreuo*, de quo subinde dicemus: nonnunquam etiam dicunt, reliquias, & alia, præter Deum, adorari oportere, vt idem Hieron. in. 2. lib. contra Rufinum ait, *veni Bethleem præsepe Domini, & incunabula adorari*, & alij sapissime, vt in toto huius operis cursu patebit.

Aug. Jonas. Aurel.

Hierony. Aug.

Quid significet Theosebia.

Græcis autem sunt quinque nomina, vt refert August. & ex eo *Jonas Aurelianen.* nempe *θεοσεβία* *Theosebia*, quæ peculiari ratione cultum Dei significat, atq; in hac significatione, in quibusdam scripturarum locis vsurpatur, apud

Aug. Jonas.

apud Ecclesiasticos tamen scriptores, præsertim eos, qui de cultu, & veneratione Dei, aut rerum sacrarum disputant, non est frequens vsus huius nominis: imò vero idem Aug. in Enchiridio. cap. 2. hoc nomen accipit non pro peculiari Dei cultu, quē nos virtuti religionis adscribimus, sed pro generali quadam ratione colendi Deum, quæ in quocunque bono opere virtutis reperitur, de quo inferius. Secundum nomen est *Ευσεβία* *Eusebia*, quod cum pietatem erga Deum, & parentes etiam significet, vulgò tamē (vt inquit Augu.) opera quoque misericordiæ in vniuersum denotat, quod ea, aut loco sacrificij, aut plusquam sacrificium Deo placeant, iuxta illud *Oseæ. 6.* & *Matth. 9.* *Misericordiam volo, & non sacrificium.* Tertia vox est *θρησκεία* *Thrischia*, quæ religionem cœremonias, & cultum significat, sed (vt ex probatis autoribus constat) tam in bonam, quàm in malam partem vsurpari solet, vt & superstitionis religionem denotet: sunt alia duo nomina, *λατρεία* *Latria*, & *δουλεία* *Dulia*, quæ prima sui impositione, seruitutem generatim significant: ex vsu tamen Ecclesiastico Scripturæ sacrae, & antiquorum Patrum nomen *λατρεία* *Latria* ad cultum solius Dei significandum accommodatum est: atque latini Doctores, præsertim scholastici, hoc nomen latinum factum, in ea significatione semper vsurpant. Idem de verbo Græco *λατρεύω* *Latreuo*, dicendum est, componi autem quidam putant ex particula *λα*, quæ perse nihil significat, in compositione verò vehemētiam affert, & à verbo *τρέω* *Treuo*, quod tremo, aut metuo denotat.

Quis seruus huius vocis Eusebia, et qua eius significatio.

De voce Thrischia.

Latria, & Dulia seruitutem in vniuersum significant, licet vsus distinctus.

Valla. Viues.

Suidas.

Leuit. 23.

Ceterum Laurentius Valla, cuius sententiam refert, & amplecti videtur Ludouicus Viues, in caput 1. lib. 10. de Ciuitate Dei, censet *λατρεία* *Latrian* & *δουλεία* *dulian* idē omnino esse, atque his nominibus, mercenariam seruitutem eodem potius modo significari, cū quibus facit Suidas in suo Lexico: probant ex Xenophonte in 3. libro. de Pædia Cyri, vbi verbum *λατρεύω* *Latreuo*, ex quo *λατρεία* *Latria* deriuatur, in ea est significatione. Deinde ex Scriptura *Leuit. 23.* nam vbi latine legimus, *Omne opus seruile non facietis*, græcè pro *seruile* habetur *λατρευτ.* 1, *Latrenton* ab eodem

Latria est primaria significatione seruitutis denotat.

eodem verbo, & eodem cap. ubi legimus, *De semine tuo non dabis servire principi* græce pro *servire*, est *λατρεῖν*. *Latrein*.

*Latria no-
men accom-
modatum cul-
tū soli
Dei.*

His tamen solum probatur, iuxta primariam nominum significationem, nullum esse discrimen inter ea: scholastici verò solum contendunt cū Aug. nomē *λατρεία* *Latria*, ex vsu Scripturæ, & Doctorum Ecclesiasticorum ad cultū solius Dei esse accommodatum. Ex Scriptura quidem, tū quia (vt optime notavit ipse. 10. de ciuit. cap. illo. 1. ante medium) in ea, aut semper, aut tam frequēter, vt fere semper in hac vsurpetur significatione: tum etiā quòd in nouo testamento nusquā in alia inueniatur. Ideòq; notavit Anastasius Episcopus Theopolios, in epistola, quæ refertur in septima Synod. actione. 4. & Tharas. in epistola ad Constantinum, & Irenē, quæ habetur actione. 7. & Aug. quæst. 61. in Genesim, hac de causa Deuter. 6. dixisse Moysen, cuius sententiam Christus assumpsit Matth. 4. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias*, græce *λατρεύσεις* *Latrensis*, idest, & illi soli latriam præstabis: non *illi seruias*, sed *illi soli*: quia soli Deo, non alteri latria exhibenda est, de quo fusius dicemus lib. 2. disput. 8. cap. 12. & quanquā in Hebræo est verbum *אבדן* *Abad*, quòd diximus Hebræis commune esse, & seruitutem aut obsequium cōmune significare, ipsi tamen iuxta vsum Ecclesiasticum optime notarunt recte coniungi *Latriam præstabis cum illi soli*.

Ex Patribus verò, tam Græci, quam latini affirmant, nomen *λατρεία* *Latria*, in ea significatione accipi, sic August. locis allegatis, & 20. li. contra Faustum Manichæum cap. 21. & 1. de Trinit. cap. 6. post medium, Isidorus. li. 3. Ethymo. cap. vltimo, Beda in illud Luc. 4. *dominum Deum tuū adorabis*, & Homilia quarta quadragesimali explicans eadem verba, Jonas Aurelian. in. 5. tom. Biblio. sacre libro. 1. de cultu imaginum, post primū folium, Germanus Patriar. Constanti. in epistola ad Thomam Episcopum Claudiopoleos non longe a fine, habetur in septima Synodo. action. 4. Damascen. oratione prima & 3. de imaginibus: & passim septima Synodus. Quocirca, vt ait Augustin, quæst.

*Anastaf.
Tharas.
August.
Deut. 6
Matth. 4.*

*August.
Isidor.
Beda.*

*Jonas.
Germā.*

*Damasc.
Aug.*

quæst. illa. 61. & primo de Trinitate capit. 7. & Beda locis citatis idololatræ dicti sunt, qui latriam, hoc est cultum Deo debitum, idolis adhibent, ac proinde ille cultus idolorum idololatria nuncupatur.

*Vnde dicti,
idololatræ.*

II. Nomē verò *δουλεία* *Dulia*, nullus ex anti quis Patribus docet vsu Ecclesiastico esse applicatum ad significandū cultum & honorem Sanctorum: sed Augustinus, & Beda locis citatis asserunt, eo significari communem seruitutem, non tantum, quæ Sanctis, sed etiam quæ dominis secularibus, atq; ethnicis debetur. Sic ad Ephesio. 6. vbi Apostolus præcipit seruos subditos esse dominis suis, est verbum *δουλεύω* *Duleno*: vsu tamen scholasticorum in 3. di. 9. ad significandum cultum Sanctorum accommodatum est: verum ea accommodatio nominis non probatur Martino Ayala, in opusc. de traditionibus, par. 3. consideratione. 7. cap. 1. 5. Tertio quod, circa finem. eò quòd nomen *Dulia* videtur significare seruitutem, & honorem, quem serui deferunt dominis suis: nos autem non sumus serui, sed conciuēs Sanctorum omnesq; serui, & domestici Dei: immerito tamen communem vsum scholasticorum friuola illa ratione improbat. Nam, & nomen *δουλεία*, *Dulia* sicut verbum *δουλεύω*, *Duleno*, non solam mancipiorum seruitutem, sed honorariam, etiā submissionē, & reuerentiam ex caritate, denotat, ad Galat. 5. *Sed per caritatem seruite invicem*, vbi pro *seruite*, græce est verbū *δουλεύετε* *dulene* etc. Adde etiā quòd licet sanctis viris in gloria beatitudinis constitutis, ratione caritatis simus conciuēs: ratione tamen maiestatis & gloriæ, quā possidēt, quia adhuc peregrinamur a Domino, multo eis sumus inferiores. Quare, sicut maiores nostros in hac Ecclesiæ Republica, virtute obseruatiæ, & duliæ nos vt inferiores, & serui suspicere debemus, & colere. Optime ergo Alanus Copus in dial. 5. ca. 9. & Petrus Canilius libro quinto de beata Virgine capite 15. impudentiæ notant Calvinum, & Laurentium Vnfredum quòd asserant distinctionem hanc latriæ, & duliæ ex imperitiâ græce linguæ profectam. Nam tametsi primaria

*Dulia vsus
primarius &
secundarius.*

*Ayala ratio
leuis.*

*Dulia hono-
rariam deno-
tat submis-
sionem.*

nominū

nominum significatione, quod nullus negat, non distinguantur, merito tamen, ut probatum est, usu Ecclesiastico, ad diversa significandum accommodata sunt.

Quid sit adoratio ex sententia Alberti, Alex. & aliorum.

CAPUT II.

Adoratio Dei opus religionis.



Atenus varias nominum significationes exposuimus, iam vero, ut ad ipsam adorationis naturam propius accedamus, quaedam in primis apud omnes indubitata supponenda sunt. Primum est, adorationem Dei esse opus religionis, an vero adoratio Sanctorum ad eandem pertineat virtutem, disputatione vltima huius libridicetur: quanuis ergo adoratio non assignetur peculiaris virtus, ponitur tamen a beato Thom. 2. 2. q. 84. peculiaris actus religionis, sed qualis ille sit, & quae sit ratio formalis obiecti ipsius, non est ita manifestum.

Adoratio peculiaris actus religionis, non peculiaris virtus.

Corduba.

Deinde certum esse debet, actum adorationis primarium esse in voluntate, & affectu, secundarium vero elici ab alia facultate, ut inferius explicabitur. Sic tradit Antonius de Corduba lib. 1. q. 5. notatione. 2. & putat, ita Ioannem Medinam docuisse contra Sanctum Thomam, & Gabrielem, codice de oratione. q. 2. verum in eo loco ille autor, non de adoratione, sed de oratione loquitur, & asserit, non esse opus elicitum ab intellectu, sed a voluntate, in quo plane deceptus est, ut ostendam. 1. 2. q. 17. art. 1. Nam quanuis opus orationis supponat affectum religiosum in voluntate erga Deum, desiderium nempe obtinendi ab ipso aliquid, ex apprehensione propriae indigentiae, & diuinae liberalitatis, potentis remedium afferre, ille tamen, ut manet in voluntate, nondum dicitur oratio, quousque opere intellectus loquentis cum Deo exprimitur: atque hoc proprie est a Deo petere, nempe desiderium aliquid ab eo obtinendi,

Nota obiter de natura orationis.

nendi tanquam a superiori, ei manifestare. Orationem autem procedere ex affectu in voluntate, dubium esse non potest. Nam omnis virtus moralis primo est in affectu, quauis habeat actum, etiam elicitum ab alia facultate: oratio ergo, licet ab intellectu primo eliciatur; supponit tamen primum actum in affectu, & voluntate, ut praedictum est. Adoratio vero ita est primo actus voluntatis, ut non consumetur, & perficiatur deinde in intellectu; sed opus alterius potentiae sibi subiiciat, ut inferius patebit. Superest igitur difficultas in hac quaestione, quod nam sit obiectum adorationis, & utrum in solo affectu consumari possit, in quo Doctores varie sentiunt.

Omnis virtus moralis, primo est in voluntate.

Adorationis & orationis discrimen.

15

Prima sententia sit eorum, qui affirmant materiam seu obiectum adorationis non tantum esse signa exteriora, nempe inclinationem corporis, thurificationem, &c. sed etiam, interiorum cultum, qui fide, spe, & caritate Deo exhibentur. Eam tradiderunt Alexander. 3. p. q. 30. in. 1. art. 3. Henricus quodlibet. 10. q. 6. parum a principio, Albertus in. 3. d. 9. art. 1. ad. 5. Ricard. art. 1. q. 3. ad. 3. Paluda. q. 1. artic. 2. Thomas de Argentina. art. 1. col. 3. Gab. q. vn. art. 3. & in canonem lectione. 70. littera K. Corduba lib. 1. q. 5. notatione. 2. Martinus de Ayala de traditionibus. p. 3. consideratione. 7. cap. 1. §. tertio quod. Imo vero Albertus, & Corduba id ipsum docere videntur de alijs omnibus virtutum operibus: eam nimirum esse adorationis materiam, id quod ceteri quoque eadem omnino ratione concedere debent.

Prima opinio, materiam adorationis esse interiorum cultum fidei, spei & caritatis.

Alex. Henr. Alber. Ricard. Argē. Gab. Cordub. Ayala.

Damas.

Hac opinio, in primis probatur ex Patribus, Damas. lib. 4. de fide. c. 13. inquit, quia nos constamus ex natura visibili, & spirituali seu invisibili, Deum summum opificem duplici genere adorationis asserimus. Intelligit interiorum, & exteriorum; id quod sanctus Thom. diferte tradit. 2. 2. q. 84. art. 2. atque de spirituali adoratione videtur intelligendum, illud Ioan. 4. Spiritus est Deus & eos, qui adorant eum in spiritu, & veritate oportet adorare. Sed non videtur, quae alia interior adoratio esse possit, quam illis tribus virtutibus Theologicis, aut id genus alijs: illae ergo sunt materia adorationis, quae fit in spiritu & veritate. Quam sententiam sequutus Aug.

Probatum auctoritatibus sanctorum.

Ioann. 4.

in Enchiridio. cap. 2. & 3. docet, *Θεοσεβίαν Θεοσεβίαν*, quā dixit esse virtutem, quæ Deo cultum tribuit, in his præcipuè virtutibus consistere, & 10. de ciuitate cap. 9. de dilectione Dei, inquit, *Haec est Dei cultus, haec est vera religio*, & cap. 6. *Cum igitur vera sacrificia opera sint misericordiae suae in nos, suae in proximos, &c.* Demum, Athanasius quæst. 60. ad Antiochum, Chryso. homil. 32. in Ioan. Cyrillus lib. 2. in Ioan. cap. 93. Hilarius lib. 2. de Trinitate, ad hæc ipsa opera virtutum, quæ commemorauimus, referunt adorationem in spiritu, & veritate.

Deinde probatur ratione. Nam si hi Doctores assererent, opus illarum trium, aut omnium aliarum virtutum esse ipsum opus elicitum virtutis religionis, quæ dicimus adorationem, sine dubio opinio eorum probabilis non esset: confunderent namq; omnia virtutum opera, in vnam religionem: at non ita docent, sed solum affirmant, hæc opera virtutum esse materiam, & obiectum actus adorationis, ipsum verò adorationis actum à religione in voluntate elicitum, esse alium affectum (quem tamen ipsi non satis explicant) vt quem ad modum specialis virtus poenitentiae, suo loco à nobis assignabitur, voluntas Deo satisfaciendi pro culpa, per actum contritionis, quæ contritione pro obiecto habeat, atque ipsa contritio sit actus imperatus ab speciali virtute poenitentiae, qui tamen est elicitus à caritate: sic etiam affectus interior adorationis, qui est elicitus à religione, habeat pro obiecto illarum virtutum opera, eaq; sint ab ipsa religione imperata. An verò illi actus, quatenus à religione imperati, habeant aliquam bonitatem ab ipsa, & contritionis actus imperatus similiter, ab speciali poenitentia, quæ est voluntas satis faciendi Deo, quæstionem habet, quæ hoc loco non est examinanda. Nunc enim satis est, si in simili demonstramus, actum interiorem elicitum ab vna virtute, esse posse obiectum alterius, ac proinde opera illarum trium virtutum, non ineptè assignari obiectum, & materiam affectus adorationis.

Hæc sententia non probatur Bonauent. Durando, & Marsilio, quorum opinionem inferius referemus, atq; hac ratio-

17

Athas.
Cyrill.
Chryst.
Hilari.

18

Bonau.
Durand.
Marsil.

19

ratione, refelli potest. Primum si in illarum trium virtutum operibus esset peculiaris cultus religionis, quæ adratio interior pro obiecto haberet, esset quoq; in quouis opere etiam exteriori aliarum virtutum, quod affectus adorationis posset pro obiecto habere. Nam si actus temperantiae est quædam Dei exterior adoratio, affectus circa illum erit etiam interior adoratio: at hoc est ridiculum: neque enim Deus quouis opere dicitur adorari proprie cultu religioso, sicut etiã non quouis opere virtutis Deo proprie sacrificium offerimus, nec proprie quouis actu ipsum oramus, nec laudamus. Quia sicut opus sacrificij est protestatio facta Deo, tanquam auctori omnium, præcipuè vitæ, & mortis: oratio est petitio, quæ voce, vel intellectu fit: laus est expressio quædam, & prædicatio diuinæ perfectionis, quæ voce quoque aut intellectu solum fieri potest: sic etiam adoratio est nota submissionis, quæ in omnibus operibus virtutum, non reperitur, sed solum in genu flexione, inclinatione corporis, & id genus alijs.

Omnia actus virtutis, non est obiectum adorationis.

20

Dices, sicut quouis opere virtutis potest Deus coli cultu proprie religioso, quoties quis ex voto illud facit, nec hoc habet actus exterior ex se, sed ex affectu solo interiori: cur etiam non potest ex peculiari affectu, quouis opere adorari? Verum hæc ratio infirma est: neque enim possumus, singulis virtutum operibus, eum peculiarem affectum, qui est reuerentia, assignare, vt sint opera adorationis: sicut possumus peculiarem affectum religionis, qui est fidelitatis erga Deum, semel facta promissione; quo quidē affectu Deus colitur etiam religiose, licet non adoretur. (Cultus enim, & honor latius patet, quam adoratio, vt primo capite notauimus). Nam vt in. 3. & 4. cap. patebit, sine ordine ad exterius signum seruitutis, nequit interior reuerentia ita explicari, vt talis interior affectus sit peculiaris virtutis religionis, ab omnibus alijs virtutum operibus distinctus: sicut neq; voluntas sacrificij, aut orationis, aut laudis, sine ordine ad opus proprium ipsarum, vt explicatum est. Nullus enim est affectus reuerentia interioris consummatus, sed omnis circa aliud opus, quod ex se est

Obiectio.

Solutio.

Cur omnia opera virtutis religiose fieri possint non tamen ex adorationis affectu proficiant.

nota

Explicatur opinio præcedens. Poenitentia specialis virtus à contritione.

Refutatio prima sententiae.

nota submissionis, versatur: at promissionis, & voti materia esse potest quoduis opus virtutis, vt satis constat.

1. Obiectio.

Sed obijcies secundo. Posset quis velle, elicere actum credendi, motus ab excellentia Dei, vt ea ratione ei se submitteret; tunc autem esset cultus adorationis propter directionem, quam habet ab affectu circa excellentiam ipsius.

Solutio.

Quauis possit actus fidei esse materia actus caritatis, & obedientiae, quae sunt generales quaedam virtutes: non tamen potest esse religionis, ad adorandum, quae non est virtus tam late patens, sicut aliae duae; ad caritatem quidem, quia potest cogitari actus fidei, vt placet Deo, & vt quoddam bonum illius est, eius obsequi voluntati, & tunc si placet, quia bonum illius est, & propter ipsam, erit materia caritatis: si vero apprehendatur solum quatenus a Deo praecipitur, cui honestum est parere, & sub illius imperio esse, est specialis obedientiae actus: qua ratione haec virtus omnes alias, tanquam materiam, habere potest, vt bene sanctus Th. 2. 2. q. 104. art. 2. ad. 1. & caritas eodem modo vt cap. 4. notabimus. At in ipso actu fidei non potest apprehendi aliqua submissionis nota exhibenda ipsi excellentiae Dei, sicut nec ratio sacrificij, aut laudis: Licet ergo possint aliae virtutes caritas nempe, & obedientia, circa actum fidei, vt obiectum, versari; quia in ipso cogitari potest propria ratio obiecti ipsarum; adorationis tamen affectus non potest. Quia ratio obiecti adorationis in ipso actu fidei nequit apprehendi, cum non sit nota aliqua submissionis, quae est propria materia affectus adorationis.

2. Obiectio.

Secunda ratio. Tribus illis virtutibus Theologicis, ea solum ratione Deus dicitur adorari, quia illae ipsi placent, sicut quodcumque virtutis opus: haec vero non est peculiaris ratio honoris & cultus, sicut neque is, qui facit ea, quae principi placent, honore peculiari, qui pertinet ad obseruantiam, & duliam, ipsum afficit: id quod a contrario perspicuum est. Nam quem ad modum non fit iniuria Deo, contra virtutem religionis, si quis contra aliquam illarum virtutum delinquat, neque Principi contra obseruantiam, & du-

21

22

& duliam, si quis eius transgrediatur praecipitum: sic etiam nullus Deo per illas virtutes, nec principi, ipsius solum mandatis obsequendo, specialem defert honorem.

23 Durand. Marfi:

Ex his vero facile diluuntur, quae adduximus pro hac opinione. Ad testimonia patrum (excipio Damascenum.) Respondet Durand. in. 3. d. 9. quest. 1. num. 8. Et Marsilius in 3. quest. 8. art. 1. in. 3. dubio, caritatem appellari verum Dei cultum, quia ab ea interdum imperatur actus religionis, quo quis se, suaque Deo consecrat. Ceterum Augustinus alio modo videtur loquutus: scit enim ipsomet actu caritatis, non autem effectu aliquo ipsius, verum Deum colere, eumque actum veram esse religionem.

Satisfit autoritatibus patrum. Prima solutio.

Quomodo caritas dicatur a Durand. verus cultus.

Bonaui.

Quare respondeo cum Bonauentura in. 3. d. 9. artic. 1. quest. 2. ad primum, tribus Theologicis virtutibus, aliisque omnibus coli Deum non cultu peculiari religionis, sed communi quadam ratione, vt praedictum est: ea vero de causa caritatem ab Augustino appellari veram religionem, quia plusquam omnis cultus religiosus Deo placet. In quem sensum idem Augustinus cap. illo. 6. opera quoque misericordiae vera sacrificia nuncupauit, quod Deo plus placeant, quam sacrificia & holocausta, iuxta illud Osee. 6. & Matthaei. 9. Misericordiam volo, & non sacrificium: cum tamen opera misericordiae non sint proprie sacrificia, imo nec opera religionis. Quare non video, cur sanctus Thomas 2. 2. quest. 83. art. 2. dixerit sacrificium, quod exterius Deo offertur, esse signum interioris sacrificij, scilicet contritionis. Licet enim cor contritum dicatur Psalmo. 50. Sacrificium Deo: latiori tamen significatione sic vocatur, non quod proprie ad religionem pertineat, cuius opus inter alia sacrificium est.

Altera solutio:

Quomodo virtutibus Theologicis vel aliis virtutibus Deus dicatur coli.

Contritio non est opus religionis nec dicitur sacrificium nisi late.

Aug.

24 Osee. 6. Matth. 9.

D. Tho.

Ioan. 4.

Denique, si velimus sequi illorum Patrum, quos retulimus, interpretationem, eodem modo dicemus loquutum Christum Ioann. 4. de adoratione in spiritu & veritate, non de ea, quae propria virtutis religionis est, sed quae communi quadam ratione, in operibus caritatis, & fidei consistit; quam Christus dixit esse in spiritu, quia virtute Spiritus sancti, aut Spiritus gratiae in nobis fit: & in veritate,

Locus Ioan. 4. exponitur quid sit adorare in spiritu & veritate.

Notetur ex-
positio.

rate, quia illa opera vero Deo placent. At si velimus fe-
qui interpretationem Patrum 7. synodi, quæ mihi sumo-
pere placet, alius erit sensus illius loci, & cõtextui Euange-
listæ non minus accommodatus. Intelligunt ergo passim
illi patres, vt referemus secundo libro disp. 8. cap. 12. ado-
rationem in spiritu, affectum internum seruitutis, & sub-
missiõnis, ex quo genuflexio, aliaq; signa procedunt, quæ
ip̃i vocant *latriam in spiritu, & veritate*. Appellant *latriã*
quia est seruitus; addunt *in spiritu*, quia non est in signo
tãtũ externo, sed etiã in affectu: subiũgũt *in veritate*, quia
est veri, non falsi Dei. Dixerat enim Christus Samaritanæ
eodẽ cap. *vos adoratis, quod nescitis*, id est falsos Deos ex er-
rore adoratis: *nos adoramus, quod scimus*, id est verũ Deum,
cuius veram, & sine errore notitiam habemus. Cum verò
eos dicit esse adoratores, quos Deus querit, qui in spiritu,
& veritate ip̃sum adorant, non intelligit eos, qui solo af-
fectu, & nullo externo signo Deo exhibent honorem re-
uerentiæ: sed eos, qui non solo signo, vt exterius tantũ
appareant, sed verò etiã affectu latriæ, qui in signa quo-
que prorumpit, eum adorant. Dicit etiã *in veritate*, quate-
nus veritas distinguitur à signo. Nã spiritus interior ado-
rationis, qui est ipsa vita & anima adorationis exterioris,
appellatur quoq; ipsa veritas adorationis: ad quem modũ
loquendi alludit Hieremias patriarcha Constantinopoli-
tanus citatus à nobis lib. 2. disp. 8. c. 6. in fine. Quo modo
vero spiritus sit ipsa vita, & anima adorationis explicabi-
tur in ea disput. cap. 12. & 14. Atq; vno ex prædictis mo-
dis intelligendus est Damascenus, dum adorationem di-
stinguit in exteriorẽ, & interiorẽ. Si enim loquatur de ado-
ratione secundum cõmunẽ rationẽ, interiorẽ quidẽ intel-
ligit, opera caritatis, fidei, & spei, & similia, quæ in affectu
sunt: si verò de adoratione propria, eã quoq; meritò diui-
dit in interiorẽ, nẽpe latriã in spiritu & veritate, vt expli-
cata à nobis est, & exteriorẽ, quæ signis exhibetur. Ad ra-
tionẽ, respõdeo, verũ esse, vt Deo fauente in. 3. p. S. Th. q.
85. ar. 1. explicabimus, specialẽ virtutẽ penitentię posse cõ-
stitui, quæ pro obiecto habeat cõtritiõnẽ, opus verę cari-
tatis.

25

26

Adoratio
signis exter-
nis cõiuncta.

Damasceni
sensus quis
fuerit.

Differentia
inter penitẽ-
tiã & adora-
tionem.

27

28

S Tho

tatis. Cũ enim ipsa cõtritiõ perfecta circa Deum, ex ipsius
gratiæ auxilio perfecta, vim habeat cõpensandi Deo of-
fensam peccati, vt in. 1. 2. q. 113. ar. 2. & in. 3. p. q. 1. art. 2. de-
monstrabimus: & penitentiã specialis virtus sub iusti-
tia, tãquã pars eius potestatiua ad hoc cõstituatur à S. Th.
vt Deo iniuriã, & offensam peccati cõpensare velit; opti-
mẽ potest affectus ille satisfaciendi pro iniuria, habere pro
obiecto contritiõnẽ, qua re ipsa fit satisfactio: at affectus
adorationis, qui ponitur specialis actus religionis, debet
necessariò vt obiectũ, respicere opus, quo quis Deo, tan-
quã principi, & superiori, se subiicit, id quod operibus ca-
ritatis, fidei, aut alterius virtutis, cõuenire nequit; sed ijs
tantũ peculiariter, quæ inferius assignabimus. Perperã
ergo hæc opera, omniũ ve aliarũ virtutũ dicemus esse obie-
ctũ adorationis, aut ipsammet adorationẽ à religione eli-
citã; sed solũ cõmuni quadã ratione, eis cõuenire ratio-
nẽ cultus, aut adorationis, aut etiã sacrificij, vt probatũ est.

Quid. S. Thomas senserit de natura adorationis.

C A P V T III.



Ecunda sententia annumerari potest, quam in-
dicare videtur S. Tho. 2. 2. q. 84. art. 2. in corpo-
re, & clariùs in solutione. 2. & Scot. in. 3. d. 9. q.
1. S. de primo. Ea verò est, duplex inueniri opus
adorationis; proprię, quoddã interioris, aliud exterius: nõ si-
cut in omnibus alijs virtutibus (sic enim nõ esset propriũ
adorationis) sed ita vt interior adoratio intus consumme-
tur, nec pro obiecto habeat opus externũ, quo tandẽ per-
ficiatur, sicut aliæ virtutes exterius consummantur: atque
ea sit interior erga Deum reuerentiã, quæ alio modo non
videtur posse explicari, quàm si dicamus, esse cõplacentiã
quandã diuinæ excellentię, quatenus nobis placet, eũ ha-
bere principem, & dominum: exterior autem sit genufle-
xio, inclinatio corporis, thurificatio, & id genus alia.
Interiorẽ videtur appellare S. Thomas. 2. 2. quest. 84. art.
2. ad. 2. primarium actum, exteriorẽ verò secundarium.

Que sit ado-
ratio interior
& exterior,
secundum eã
sententiã,
quæ adscribitur
S. Tho-
mæ.

B 2 Quod

Quod si ita est, non se habent istę duę adorationes, sicut actus interior temperantię, & exterior. Interior nanque actus huius virtutis habet pro obiecto exteriorem, & ad illum mouet desiderio illius: sed erunt instar duorum actuum fidei diuinę, videlicet credere, & confiteri fidem. Nā credere primarius actus est, nec ipsam professionem fidei habet pro obiecto: hæc autem est signum interioris assensus credendi. Sic ergo se habebūt adoratio interior, & exterior. Illa enim, si interius consummatur, non habebit pro obiecto signum exterius submissionis: exterior autem erit signū illius. Erit quoq; duplex voluntas, quædam reuerentię interius consummatę in cōplacencia, quā diximus, alia verò ostēdēdi exterius eam animi seruitutē.

Ex locis citatis suspicari posset aliquis, sententiā hęc esse Doctoris Angelici: verum ex alia parte oppositum colligi videtur. Nam ipse 2. 2. q. 84. in initio, adorationem annumerat inter actus religionis exteriores. Quare forsitan ipse interiorem adorationem appellat voluntarē exterius adorandi. Nam si esset aliquis actus adorationis interioris consummatus, adoratio non esset potius constituēda inter actus exteriores, quā interiores. Sicut ob eandem rationem oratio non ponitur à S. Thoma inter exteriores, sed interiores actus religionis, vt constat ex initio quęstionis. 82. quod habeat non solum exteriorem operationem, sed etiam internam, quę interius consummatur: si vero omnis actus adorationis exterius perficitur, merito inter opera externa religionis refertur. Quando verò 2. 2. q. 103. ar. 1. dicit honorē relatū ad Deum, non postulare actū exteriorē, sed in solo interiori reperiri, cū tamen honor erga homines postulet exteriorem, contrariū non docuit. Tum quia honor latius patet, quā adoratio. Defertur enim Deo oratione, laude, gratiarū actione, & votis, quæ omnia sine exteriori opere possunt cōsummari, licet adoratio non possit. Tum etiam quia ibi solum assignat honorem erga Deum in apprehensione excellentię: hæc autē sola sine affectu non est peculiaris actus honoris.

Hęc sententia, cuiuscunque ea sit, quanuis probabiliter

fatis

*Examinatur
mēs D. Th.
de adoratione
interiori.*

S. Tho.

30

fatis explicata videatur, hac ratione cōfutari potest. Actus ille interior adorationis, qui intus consummatur, siue dicatur reuerentię, siue adorationis circa Dei excellentiam, cū sit affectus voluntatis, nihil aliud esse potest, quā cōplacencia aliqua. Omnis enim voluntatis actus aut est cōplacencia, seu amor; aut odium, seu displicencia: cum ergo hic affectus adorationis non sit odium, necessario erit cōplacencia. Si vero respicit, vt obiectum, diuinam excellentiam, & dignitatem, vt necessario dicendum est, debet esse complacencia de illa: hic autē affectus nulla ratione ad virtutem religionis: sed ad varias alias virtutes pertinere potest, vt mox inductione patebit: aut erit communis quidam affectus ad nullam specialem virtutem perti-

nens. In primis enim aut placet Dei excellentia propter ipsum, cuius & est, vt eius bonū, & hoc modo erit actus caritatis erga Deum, sicut complacencia cuiusq; alterius perfectionis Dei, tanquam boni ipsius, propter ipsum: aut secundo placet, vt est bonum nostrum, atque totius humani generis; sicut cum aliquis gaudet, quod habeat iustum, & prudentem Regem, ob suum, & totius regni bonum. sic verò erit actus caritatis erga totum humanum genus, cuius bonum placet propter ipsum: qui aut est actus beneficentię, aut ad misericordiam pertinet, qua non solum volumus miseriam alijs subleuare; sed etiam volumus bonum, & illud nobis placet, vt bonum ipsorum est: aut certe quatenus nobis metipsis illud volumus, & placet vt bonum nostrum est; & ita non ad aliquam peculiarem virtutem, sed ad communem quandam rationem affectus spectabit, quo scilicet in vniuersum nobis placet, quicquid vt bonum nostrum cogitatione apprehendimus. Et à contrario in vniuersum probari potest, nullo ex predictis complacenciam illam esse actum religionis. Quoniam opposita displicencia, vel odium non esset sacrilegij peccatum contra ipsam, vt inductione constat: ergò nulla talis complacencia erit religionis opus. Adde, quod neutro modo iste affectus posset esse religionis specialis. Hac

B 3

enim

Efficax ratio, qua refutatur præcedens sententia de interiori adoratione.

In Dei excellentia complacencia, interna adoratio constitui nequit.

Religio non est proxime circa Deum, sed circa cultum Dei.

enim virtus nunquam circa Deum proximè versatur, sed circa cultum ipsius, qua ratione à Theologicis virtutibus distinguitur, vt bene notauit S. Th. 2. 2. q. 81. art. 5. Hæc autem complacentia diuinæ excellentiæ, quocunq; ex his duobus modis, nō circa cultum aliquē, sed circa ipsummet Deum versatur, vt sequēti cap. explicabitur. Aut deniq; tertio hic affectus cōplacentiæ esse potest, non de Dei excellentia directè, sed talis vt placeat nobis esse sub Deo tanquam principe, ipsi inferiores: hic autē directè & proximè in nostram humilitatem, remotè vero in Dei excellentiam fertur. Quare ad virtutē humilitatis, quæ moderatur affectum propriæ excellentiæ, & dignitatis, & intra suos limites continet, ne vltius procedat, non ad religionem, quæ cultum Deo tribuit, & honorem, pertinebit. Id quod à contrario etiam demonstrari potest. Nā si alicui displiceret, se esse Deo inferiorem, & sub illius potestate, & imperio, esset superbiæ: quod si Dei excellentia ei displiceret, quatenus suam diminueret, esset inuidiæ peccatum: quæ duo non religioni, sed humilitati opponuntur: ille ergo affectus, quo alicui placet se Deo esse inferiorem, & ab eo dignitate, & imperio superari, humilitatis est, nō religionis: alius verò modus excogitari nequit, quo complacentia illa de diuina excellentia, ad religionem reduci possit: nulla ergo est adoratio, quæ solo affectu interiori consummetur.

Humilitatis obiectum, & qui differat a religione.

Vera opinio. Adorationis affectus circa actus externos, tanquam circa proprium obiectum versatur.

C A P V T I I I I.

Nulla alia videtur sentētia superesse, quam eorum, qui censent, opus, & affectum adorationis circa actus exteriores, tanquam circa propriū obiectū solū versari. Opinio est Bonau. in. 3.

in. 3. d. 9. art. 2. quæst. 3. in corp. & ad argumenta, & quæst. 4. Almaini ibidem, q. 1. à principio, Maioris. q. 1. Pro hac sententia referri posset sanctus Thom. vt paulò ante vidimus, & Marsil. in. 3. q. 8. art. 1. ad. 3. vbi probat sententiam Bonau. contra primam, quam nos superius retulimus: id ipsum videtur docuisse Durand. cap. d. q. 1. num. 7. & 8. Obseruandum tamen est, horum Doctorum sententiam in eo nobis probari, quòd asserit omnem affectum adorationis circa opus aliquod exterius, vt obiectum, versari: quod tamen aliqui ex ipsis, nempe Bonau. Almai. & Maior, idem de latria, & religione in vniuersum videtur docere, minimè placet. Optimè enim S. Thom. 2. 2. varios actus religioni assignans, quosdam dixit esse interiores, quòd interiùs consummentur: hos enumerauit quæst. 82. & 83. nempe deuotionem, & orationem: quos, & primarios actus religionis esse dixit, tametsi oratio aliqua exterius etiam prodeat, nec in sola mente permaneat: quosdā verò exteriores, quos subind e à q. 84. numerat, & natura sua exterius consummantur. hi sunt adoratio, sacrificia, oblationes, decimæ, vota, iuramenta, & laudes, quibus modis Deum religiosè honorare consueuimus. Ex quo etiā constat, adorationem ab oratione, & reliquis distingui, sicq; in Scriptura oratio & adoratio tanquam diuersa ponuntur. 2. Regum. 14. Adorauit, & dixit seruame Rex: Matth. 20. Accessit mater filiorum Zebedæi adorans, & petens aliquid ab eo. De aliorum verò distinctione, non video, aliquam esse quæstionem: solū de adoratione, & sacrificio aliquis posset dubitare. Quia *adoro*, autore Prisciano, dictum videtur ab *ador*, id est, frumento sacrificijs destinato: significat ergo latriæ cultum, qui Deo sacrificijs tribuitur. Verūm quantum hoc ita sit, vsu tamen communi, verbum *adoro* accommodatum est, non ad significandum sacrificium, sed alium peculiarem cultum, & honorem, de quo nobis est disputatio. Quem ad modum Valla existimat verbum *adoro* deriuatum ab, *oro*, quod est ore precor, & *supplicare* à *plico* quòd genu aut poplitem plicamus, cum aliquid à potentiori petimus: vt tamen inquit ipse, adorare sine

Adoratio & oratio distinguuntur.

Adoro dicitur ab ador.

voce fit, nō sine plicatione genuū, & gestu corporis, supplicare vero sine plicatione, & gestu, non tamen sine voce: parū ergo curandum est de vocum Ethymologia, quando ad aliam significationem, nomina sunt vsu accommodata.

Hic ergo adorationis actus, inter alios virtutis religionis, habet opus exterius pro obiecto, vt prædicti tradūt Doctores. Illud autem est, quod paucis explicauit Damasc. orat. 1. de imaginibus pag. 5. ante medium, *Submissionis, & honoris nota*. Nō dixit esse signū cuiusuis honoris sic enim solū cultus in genere definiretur, sed addidit, *submissionis*, qua scilicet cū honorē nō cui libet, sed superiori deferimus, qui est seruitutis, & submissionis. Hæc vero notæ exteriores sūt corporis inclinatio, genu flexio, prostratio, percussio pectoris palmarum coniunctio, thurificatio, osculum, accensa luminaria, & id genus alia. Est igitur adoratio affectus, & voluntas exhibendi Deo hæc signa seruitutis, & submissionis. Eodem modo per signum externum definit adorationem Anastasius Episcopus Theopoleos citatus in 7. Synodo Act. 4. his verbis. *Quid enim aliud est, quam honoris alicui exhibiti veluti Emphasis. (i. Symbolum) adoratio?* de quo testimonio plura 2. lib. disp. 8. ca. 12. tamen hic autor honoris nomine, quod generalius est, non tã expressit naturā particularē huius actus quā Damasc. nihilominus honorē ipse intellexit, non quencunq; sed eum, quem nota submissionis exhibemus, qui propriè est adorationis, nō laudis, aut alterius rationis.

Maiores tamen explicationis gratia, duo nobis obseruanda sunt: primum cum hæc signa exteriora communia sint, & latriæ, & dulix, quæ sunt virtutes inter se diuersæ, vt mox dicemus, ex solo signo exteriori, vix inueniri distinctionem adorationis, qua videlicet opus latriæ ab adoratione dulix discernamus: nisi quis vellet dicere, prostrationem esse peculiarem notam latriæ, quæ soli Deo tribuitur. Iuxta quem modum vt tertia disp. ca. 1. referemus, quidam dixerunt, non debere nos, adorare humanitatem Christi prostratos in terrā, quod ea videatur maxima nota, &

36
Damasc.

Anast.

37

ta, & signum honoris soli deitati exhibendum. Hanc tamen distinctionem non video vsu receptam, cum etiā homines soliti sint in terra prostrati, alios etiam indignitate cōstitutos sic adorare: id quod in sacra Scriptura passim reperitur, vt loco suo notabimus. Quare tota adorationis distinctio ex affectu interiori, adhibendi signa illa exteriora, desumenda est. Homo enim fertur in opus ipsum externum ex apprehensione maiestatis, aut excellentiæ eius, cui signum illud exhibere, iudicat honestum, & ea ratione ei placet, quatenus est cultus quidam illius, cui ob ipsius excellentiam deberi iudicat. Ex quo etiam perspicuū est, affectum adorationis, qui est religionis actus, non circa Deum, sed circa cultum ipsius proximè versari; vt ipsum Deum in obliquo (vt aiunt) respiciat, tanquam id, cui cultum volumus ex affectu exhibere, cultum autem vt proximum, & proprium suum obiectum.

Dicet aliquis, sicut caritas versatur circa Deum proxime, & ipsum habet vt obiectum: quia vult Deo bonum: cur etiam religio non respiciet proximè Deum, vt obiectum, cum ei deferat cultum & honorem? Respondeo esse latū discrimen inter affectum caritatis, & affectum religionis, cum tamen vterq; sit actus quidam amoris, nō odij. Quia affectus caritatis constituit, peculiarem virtutem, quatenus est amor amicitix: hac vero ratione nullum aliū respicit, quam Deum; cui vult bonum ex complacentia ipsius. Nam bonum, quod concupiscit Deo, respicit vt est amor concupiscentiæ: hoc autem bonū potest esse, quod cunq; obiectum virtutis, consideratum quatenus est bonū Dei; & hoc pacto caritas circa materiam cuiuscunq; virtutis potest operari. Aliæ verò virtutes, quæ Deo aliquid deferunt, vt cultum, & obedientiam non versantur proximè circa Deum, tanquam circa proprium obiectum, sed ipsum respiciunt in obliquo; & ideo non sunt Theologica, sicut caritas. Nam si circa Deum versarentur, sicut caritas, ideo esset, quia Deo volunt aliquid deferre, sicut caritas vult ei bonum: hoc autem non satis est: alioqui confunderentur religio, & obedientia cum caritate.

Quomodo distinguantur latria, & dulia, cū signa externa sint eadem.

38

B 5 Quia

Adoratio submissionis & honoris nota.

Vera adorationis definitio.

Quia hæc sola ad illa omnia præstandum sufficeret. Ratio vero à priori est. Quia omnis virtus, præter caritatem amat obiectum suum, quod iudicat honestum, etiam si iudicet honestum, quatenus est debitum alteri: amat inquam ipsimet operanti, tãquam illi bonum, & honestum, ex cõplacencia eius. Quare omnis affectus alterius virtutis, præter caritatem, est amor amicitia operantis: ac proinde ex hac parte non constituuntur diuersæ virtutes, sed ex diuersitate boni honesti, quod cõcupiscitur. Idcirco cum quis amat ex religione cultum Dei, quia iudicat honestum, amor illius non respicit Deum directe, & proxime, neque tanquam rem concupitam, quia hæc est ipse cultus, neque tanquam eum, cui cultus vt bonum amatur, hic enim est ipse operans. Atqui omnem affectum alterius virtutis versari circa ipsum operantem, vt obiectum amoris amicitia, constat, quia in omni amore est respectus amicitia, & concupiscencia ex S. Thom. & Caiet. 1. 2. q. 26. art. 5. amicitia vero est erga eum, cui volumus bonum: sed cum volumus cultum deferre Deo, Deus non est, cui volumus bonum, ex complacencia ipsius: alioqui esset affectus caritatis erga ipsum, nec alius esse potest, præter ipsum operantem: ergo in operantem terminatur, vt est amor amicitia: id quod in cæteris affectibus aliarum virtutum, eodem modo demonstrari potest.

Neque vero propterea quod signa externa adorationis, ex affectu solum interiori distinguantur, licet colligere, opus adorationis interius, non autem exterius consummari. Nam multa sunt opera virtutis, vt iustitia, & misericordia, quæ ex solo affectu distinguuntur. Vt si quis det alicui pecuniã vel quia illi debitam, vel ad subleuandam illius miseriam: nihilominus hæc duæ virtutes exterius consummatur: & in vniuersum omne virtutis opus habet rationem studiosi, ex affectu, quo fit, scilicet propter ipsam honestatem virtutis, cum tamen multæ virtutes exterius dicantur consummari. Illæ namque, exterius consummari dicuntur, quæ pro obiecto habent opus externum, & affectus illarum ad opus procedit, tametsi ratio formalis virtutis ex affectu ipso dependeat.

Deinde

- 40 Deinde notandum est ex sententia Doctoris sancti adorationem, & latriam non esse omnino idem, nec adorationem, & duliam; eadem tamen proportione inter sese comparari. Latria namque, idem est apud ipsum, quod ipsa virtus religionis: ac proinde omnes religiosos cultus comprehendit, inter quos vnus est adoratio, vt prædictum est. Sic S. Thom. 2. 2. q. 84. art. 1. in principio latriam pro religione usurpat, dum quaerit: *Vtrum adoratio sit actus latriæ, siue religionis.* Cum ergo dicimus, adorationem latriæ, non significamus adorationem, quæ est idem, quod latria, sed quæ ad latriam, seu religionem pertinet. Ea vero est solius Dei, ex cuius maiestatis apprehensione, signa submissionis ipsi exhibemus. Dulia vero non est aliquis religionis actus, nec idem cum ipsa, sed alia virtus. Est enim obseruantia, quam maioribus honorem deferimus, de qua S. Thom. q. 102. & dulia quæ dominos colit de qua quaest. 103. agit. An autem alia peculiaris, vel hæc eadem virtus sit, qua sanctos Dei honoramus, & vtum ipsa obseruantia distinguenda sit, dicemus in hoc lib. disp. 6. Cultus autem seu honor duliæ latius patet, quam adoratio. Hæc enim solum in signis submissionis sita est, vt iam diximus. Honor autem pluribus alijs modis, quam adoratione, maioribus, & dominis, sicut Deo fieri potest, nempe laude, deprecatione, tributis feudorum, & id genus alijs. Cũ ergo dicimus adorationem duliæ, eam significare volumus, quæ a virtute obseruantia, seu duliæ, maioribus, aut dominis exhibetur: non tamen propterea asserimus, ipsam adorationem idem esse cum dulia. Patres vero septimæ Synodi, vt videbimus. 2. libro. disputatione. 8. cap. 12. non usurpant latriam pro quouis opere religionis, sed pro affectu interne seruitutis erga Deum, qui in adoratione, aut in quouis opere religioso reperitur.

His duabus notationibus existimo satis explicatam, & confirmatam esse nostram sententiam: videlicet adorationis actum in vniuersum esse affectum exhibendi signa submissionis, cuiuslibet in dignitate constituto, siue Deo, siue etiam homini. Eam vero esse latriæ & religionis adorationem, non quæ

in ali-

Latria idem
quod religio.Dulia non est
aliquis reli-
gionis actus.

S. Thom.

S. Thom.

41

S. Thom.
Caietan.

in aliqua peculiari nota consistat, sed quæ ex apprehensione excellentiæ, & maiestatis Dei, & affectu exhibendi ei, tãquam digno, exterius illud signum, procedit: hic autem affectus, quatenus est circa excellentiam eius, cui volumus exhibere notam submissionis, est seruitutis cuiusdam, qua placet excellenti illam deferre.

Ex hac doctrina intelligitur lapsum fuisse Antoniũ de Corduba lib. 1. q. 5. dubitatione. 6. dum asserit, esse quosdam exteriores adorationis actus cultui Dei designatos, videlicet sacrificium, martyrium, collationem, & susceptionem sacramentorum, petitionem veniæ, petitionem gratiæ, percussionem pectoris, templorum constructionem, institutionem factorum, vota deniq; & iuramenta. Lapsus ergo fuit hic autor: ex his enim operibus licet aliqua ad cultum religiosum pertineant, omnia tamen adorationis non sunt. Inter ea quoq; est martyrium, quod non est religionis, sed fortitudinis, & caritatis actus, ideoq; in. 3. p. q. 22. art. 2. dicemus sanctorum martyrum passionem, non fuisse sacrificium: quãquam mors Christi ex alio respectu, quem martyrum passio non habuit, veram subijt rationem sacrificij. Ea verò opera nõ esse adorationis inductione facile apparebit. Hic ergo autor cõfundit opera cuiusvis religiosi cultus, cum adoratione, cum præter illam multos alios modos colendi Deum religio habeat. Quare immerito enumerat in re actus adorationis, sacrificium, cum sit actus religionis, distinctus ab adoratione, vt supra ex S. Thom. retulimus. Deinde susceptio, & collatio sacramentorum est cultus quidam rei sacræ, cum ea dignè tractantur, sed nullius est adoratio, petitio verò quæcunq; ad orationem pertinet, quæ vt prædictum est, ab adoratione differt. Templorum autem constitutio, & institutio, aut obseruatio factorũ, est actus religiosus, qui ad sacrificium, vel orationem refertur, nullo tamen modo est adoratio, vt ex definitione constat. Deniq; vota, & iuramenta enumerantur à S. Thoma, vt opera quidem religionis, sed ab adoratione distincta, & sane si omnia hæc essent adorationis opera, posset etiam laus, quæ ponitur re-
ligionis,

Corduba

42

S. Tho.

Martyrium passio nõ fuit sacrificium nec passio Christi sue rit.

Sacrificium non adoratio nis, sed religionis est actus.

ligionis actus, & gratiarum actio, ad adorationem spectare: solum ergo inter illa, quæ connumerat hic autor, percussio pectoris, proprie est adorationis actus, cum sit quædam submissionis nota: sed non videtur peculiari ratione ad patriam pertinere. Hac enim quis se exhibet alteri quæ offendit, inferiorem, & dignum supplicio, quod sane est reuerentiæ & submissionis signum. Sed tam Deo, quam Sanctis, & homini offenso potest deferri: frustra ergo Corduba soli Deo dicit esse tribuendam. Est etiam signum petendi veniam: sic autem pœnitentiæ nota est, & tam Deo, quam homini, à quo etiam petitur venia iniuriæ, exhibetur.

Percussio pectoris potest esse adorationis actus.

43

Vvalden. Thom. Vvald. tom. 3. cap. 117. num. 4. eosdem ferè actus recenset, verum tamen non dicit eos esse adorationis, sed generatim seruitutis, & cultus erga Deum: inter eos vero ponit martyrium, caritatis, & contritionis actum, sicut etiam Damasc. orat. 3. de imaginibus: intelligendi tamen sunt de cultu religioso non prese, sed communi quadam ratione.

Damasc.

44

Sed occurrit dubitatio. Signa illa exteriora, nempe genu flexio, & corporis inclinatio videntur esse signa humilitatis, quæ est distincta virtus à religione: circa illa ergo non potest adorationis affectus versari. Respondeo quidẽ, signa illa esse humilitatis, & ad hanc virtutem tunc pertinere, quo modo ex affectu proprio huius virtutis exhibentur. Is autem est complacentia in propria excellentia iuxta mensuram debitam; ita vt cohibeat nimium appetitũ excellentiæ, supra propriam dignitatem, de quo in 1. p. q. 63. art. 2. & 3. fusius dicemus. Sunt vero hæc signa adorationis, quando ex affectu patriæ, aut dulciæ, hoc est seruitutis, & subiectionis, procedunt: hic autem affectus non circa propriam, sed circa Dei excellentiam versatur, quatenus quis eum sibi superiorem, & dominum cognoscens, vult, maiestati ipsius, signis seruitutis honorem deferre. Hoc enim religio iudicat iustum, & honestum, & Deo debitum. Quocirca religio ponitur pars iustitiæ potestatiua, sicut obseruantia erga maiores, & dulia erga dominos quæ

Humilitas circa propriam adorationem circa alienam excellentiam versatur.

Religio pars iustitiæ.

quę cum deficiat à propria ratione iustitię, & equalitatis, retinet aliquem modum illius, cum obseruet debitum alteri aliquo modo: humilitas verò constituitur pars temperantię, ac pro inde non est ad alterum. Quare cum quis ex humilitate adhibet illa signa, ea solum respicit, quatenus ad propriam vilitatem, & moderamen appetitus nimię excellentię proprię referuntur. Communi tamē ratione adoratio solet appellari quiuus actus religionis, quo Deum vt superiorem, & excellentē agnoscimus.

humilitas pars temperantię.

45

Ratione cuius perfectionis, aut beneficij Deo debetur adoratio latrię. Disput.2.

46

Proposita certa doctrina, sententia Cordubę exponitur. cap.1.
De adoratione latr. a Deo debita varię Scholasticorū rationes. c.2.
Ratione diuersorum attributorum aut beneficiorum, non deberi Deo diuersum adorationis cultum, optima ratione probatur. c.3.

Proposita certa doctrina, sententia Cordubę exponitur.

C T P V T I.

Væstio proposita supponit id, quod omnibus Catholicis, & hæreticis certissimum est, Deo scilicet cultum supremum adorationis latrię deberi, iuxta consuetam nominis *latría* significationem. Nam cum adoratio sit submissionis, & seruitutis interioris nota, seruitus verò non nisi in dignitate, & excellentia constituto, aut ei, qui, vt talis apprehenditur, debeat, fit, vt Deo, qui excellentissimus est, supremus quoq; adorationis honor sit exhibendus, cunque ex parte signi exterioris non sit vlla differentia, vt cap.4. superioris disputationis notatum est, ex affectu interiori debet expēdi. Quare maxima nota submissionis ea est, quę ex maximę dignitatis (videlicet diuinę) apprehensione, & affectu cir-

Distinctio inter adorationem Dei. & sanctorum ab affectu inter no parēda est.

47

7. smod.
Aug.
Deut. 6.
Mat. 4.

tu circa illam procedit: ac proinde alteri, quam Deo tribui non potest. De hoc genere adorationis Patres septimę Synodi, & Aug. intelligunt illud Deut.6. & Matth.4. *Et illi soli seruias.* Hinc etiam fit, vt creaturis, siue idolis, sine falsa aliqua existimatione, hic cultus deferri nequeat. Nam quanuis exteriora signa possint exhiberi, cum tamē natura adorationis in ipsis signis ab affectu dependeat, & sine falsa existimatione, creaturę, aut idolo, suprema excellentia nō tribuatur; neq; adoratio latrię, quę maxima est, exhiberi poterit. Quo circa Philosophi illi ad Roman.1. *Qui cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt: & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem corruptibilis hominis:* aut plures Deos, cum vero Deo esse dicebāt, quibus latrię cultum deferrent: aut certe lapidi, & idolo, numen, & dignitatem inesse credebant, quibus adoratio deberetur: quod si non supremum numen in ipsis esse putabant, nec maximam exhibere poterāt eis adorationem. Quanuis autem interior affectus latrię circa creaturam esse non possit, quando illa, vt inferior Deo, cognoscitur; posset tamen quis ita de prauato animo esse, vt desideraret non vero Deo, sed lapidi talem honorem deberi.

Idololatrię non sine falsa existimatione

Rom.1.

48

Tota autem huius questionis difficultas est, quam in titulo proposuimus: ratio vero dubitationis est huiusmodi. Sicut ob diuersa Dei attributa, diuersę quoq; virtutes constituentur, veracitas enim, fidem, qua Deo credimus, fidelitas in promissis, spem, qua ab ipso speramus, bonitas Dei in se, caritatem, ob quam ei volumus bonum, constituit: diuersis similiter attributis, diuersus quoq; latrię cultus respondebit; aut saltem cum omnis adoratio ob aliqua beneficia debeat, si diuersa sunt à Deo accepta beneficia, diuersus etiā erit cultus adorationis. In hac sanē cōtrouersia, nullus est scholasticorū, qui ob diuersa attributa, sed neq; ob diuersa beneficia, diuersas dicat deberi adorationes. Variāt tamē in reddēda ratione, vt paulo post videbitur vnū excipio Cordubā, cuius scētētiā statim referemus.

49
Anto.
Cord.

Antonius ergo de Corduba lib.1. q.7. dubitatione.2. asserere videtur, ob diuersa beneficia, diuersum quoq; modū ado-

Opinio Cordubę.

adorationis, intra eandem tamen speciem, Deo deberi. Ait enim, si esse possent tres Dij, quorū vnus creasset nos, alius redemisset, varijs modis intra eandem speciem latrię essent adorādi. Refert etiam Scotum fufius de hoc disputantem in. 3. d. 3. nihil determinasse. Vbi sane Scotus quęst. vnica §. *Sed contra hoc, & §. respondeo, & dico*, hanc difficultatem ex professō non examinat: sed argumento cuidā proposito contēdit satisfacere. Docuerat ipse Christū secundum humanitatem non adorari latria: si particula *secundū* denotet rationem adorandi, nam humanitas nequit esse ratio, vt latria adoretur. Contra hanc vero doctrinam obijcit in. §. *sed contra* in hūc modum. Si Deus ratione domini creatoris, quod ex tempore ipsi conuenit, debet adorari latria: eadem quoq; adoratione redemptor, vt redemptor est, iure redemptionis esset adorandus: sed humanitati conuenit dignitas redēptoris: ergo ei debetur latrię adratio. Respondet ipse bifariam §. illo *Respondco*, primum si dicamus, tantum esse beneficium redemptionis, quantū est creationis, vt ipse probauerat §. *pręcedenti*, & adratio debeat, non ratione maiestatis, & diuinę excellentię in se, sed ratione beneficij; tunc propter beneficium redemptionis, honor latrię deferendus esset principali redēptori, scilicet Christo, quatenus Deus est, non humanitati, hęc namq; non fuit pręcipua causa redemptionis: quocirca Deo tribueretur idem honor latrię, duabus de causis. Deinde respondet, si dicamus deberi adorationē non ratione beneficij, sed maiestatis, & excellentię in se, nihil omnino probari eo argumento. Licet enim sit equale beneficium, non est equalis maiestas diuinitatis, cuius opus est creatio, & humanitatis, cui tribuitur redemptio. Quo-

cunq; ex his modis satisfacit ipse argumento proposito, nec aliud contendit. Quare non disputat, Vtrum Deo debeat adoratio ratione huius, vel illius attributi, huius aut illius beneficij.

(.?..)

De ado-

Vtrum debeat adoratio humanitati Christidoctrina Scoti.

Scotus.

50

De adoratione latrię Deo debita varię Scholasticorum rationes.

CAPVT II.

Alex.

Gabriel.



E hac eadem re disputātes Alex. 3. p. q. 30. in. 1. ar. 3. §. 2. & 3. & Gabriel super scano. lect. 49. litera M. affirmant, excellentię Dei in se deberi latrię adorationē eiusdē prorsus speciei, siue, vt inquit Alex. ea tribuatur ratione diuersorū beneficiorū, redēptionis, scilicet, & creationis, siue diuersorū attributorū, vt inquit Gabriel. Quare verō ob diuersa beneficia, nō sit diuersū adorationis genus, optima ratione probat Alex. §. illo 2. ad. 2. 3. & 4. & §. illo 3. Cū n. adoratio sit nota submissionis, sit, vt ex affectu interiori directe respiciat superiorē indignitate cōstitutū: ipsa ergo excellentia est, in quā fertur adoratio, nec aliā rationem perfectionis respicit in re, quam adoramus: latrię igitur adoratio directe tendit in Dei excellentiam, quę cū vna sit, siue ad illam moueat beneficium redemptionis, siue creationis, siue aliud: nō erit diuersa, cum ratio ipsa, in quam fertur, vnica sit, & eiusdem rationis. Nec verō solum adoratio non respicit beneficium, tanquā rationem illius, cui cultus exhibetur, sed neque ipsum habet, tanquam materiā aliquo modo, sicut habet gratiarum actio. Hęc enim, referendo ipsum beneficium in Deum à quo processit, versatur circa beneficium, tanquam materiā cultus, & honoris. ipsum verō Deum, cui acceptū refert, ac proinde honorem tribuit, respicit (vt aiunt) in obliquo, sub ratione liberalis, & magnifici, in quem adoratio tendit, vt excellentem, & superiorē. Atque hinc confutata manet Corduba opinio. Sed quanuis in Deo ratio, cui formaliter adoratio exhibetur, non sit liberalitas beneficij, vel ipsum beneficium, sed excellentia: si tamen ex cogitari posset Deus, qui nec nobis aliquid contulisset, nec largiri posset, nō esset adorandus: nō quia largitio sit ratio rei adorate, sed quia nullā in eo posset excellētia excogitari, in quo nec potētia beneficiēdi intelligi posset. Hac ratione Alexātri, optimē probatum

Sententia Alexandri & Gabrielis.

Cur Deus nicalatrię adoratione colendus, licet diuersa proueniant ab eo beneficia.

Adoratio præter excellentiam requirit potentiam benefaciendi in eo quem adorat.

52

C batum

batum manet, ob diuersa beneficia, nō deberi Deo diuersum genus adorationis: cur autē ratione diuersorū attributorū, nō tā apertè probatur, si tamē ipsa verè explicetur, vt sequenti cap. fiet, id ipsum optimè confirmabitur. Gabriel reddit rationē, existimans attributa nullo modo, nec ratione nostra distingui: hanc tamen eius sententiā confutabimus in. 1. p. q. 28. art. 2. Porro quis neget, apprehensione nostra, vnū line alio cogitari posse? Cū ergo adoratio affectu nostro feratur in re, prout à nobis apprehēsam, cur nō poterit vnū genus adorationis ferri in Deū, sub vna perfectione, & attributo cogitatū, & aliud in eūdē alia ratione.

Gabr.

53

Ratione diuersorū attributorum, aut beneficiorum, non deberi Deo diuersum adorationis cultum, optima ratione probatur.

C A P V T III.



Omnis sententiā, quæ asserit eūdē honorem adorationis, atq; eodē modo Deo esse deferēdū, etiā si varia sint ipsius beneficia, & attributa vnica sancti Thomæ ratione, videtur optimè cōprobari; quā asserit 2. 2. q. 81. art. 3. ad. 1. & 84. art. 1. ad. 2. in hunc modū. Diuersæ rationes attributorū, ad cōstituendū vnū primum principium rerū omnium concurrunt, id enim appellamus principium rerum, quod ex se omnem habet perfectionē, & fons est totius esse: huic autem sub ratione primi principij vnica virtus religionis varijs modis cultum adhibet, ex quibus vnus est adoratio: cum igitur sit vna ratio primi principij, vna quoq; erit ratio adorationis, tamē in eo variæ perfectiones cōsiderentur.

S. Tho.

Verūm quauis honor quicunq; religiosus, vni, & eidē Deo, qui variè perfectus intelligitur, deferatur, sicut honor obseruantia vni & eidē homini, qui varijs quoq; modis perfectus est; videtur tamē quādā peculiaris ratio cōsideranda in eo, cui honorē adhibemus, quæ ad ipsum honorādū, & colendū impellat, ex cuius varietate, variè etiā colēdus est: id quod in operibus religiosi cultus sigillatim

54

videre

Ratio ex S. Thomæ prompta.

videre licet. Sacrificiū enim offertur Deo, quatenus Domino omniū, nō quatenus sapiēti aut iusto: victima quoq; mactatur Deo, & occiditur aut immutatur, vt Domino vitæ & mortis, qui liberè, & occidere, & viuificare potest: oratio autē in ipsum fertur, vt potentē, & liberalē, qua quidē ratione, facere potest, quod petitur: de decimis, constructione tēplorū, & festorū institutione, idē quod de sacrificio, vel oratione dicēdū, cū hæc omnia, ad vnū ex his ordinētur, vt præcedēti disp. c. 4. notatū est. Vota quidē ex fidelitate promissionis, per soluentur Deo, non tamen sub peculiari ratione considerato, sed quatenus Deus est, cui promissum est aliquid iuramenta verò: Deum respiciunt, vt fidelē, & veracē; ideò enim in testē adducitur, vt veracitate ipsius, tanquā testis; & fidelitate, tanquā fidei iuris, quo melior esse nō potest, assertiones, & pacta nostra cōfirmantur. Nec ob id iuramentū confunditur cum fide, quæ Deum respicit, vt veracem: hæc enim respicit Deum tanquā eum, cui creditur, qui sanè in recto est obiectū fidei, & ideo fides virtus Theologica cōstituitur. Res enim quæ credimus, nō est obiectum formale fidei, sed cui credimus, & fidem adhibemus: iuramentū autē respicit Deum tanquā testē veracē, vt ratione illius, iuramento credatur habetq; actus interior iurandi pro obiecto; iuramentū ipsum, & protestationem externā, quæ est quidā Dei cultus: quare Deum respicit in obliquo, tanquā eum, cui honor defertur, ideoque nō est actus Theologicæ virtutis. Laus autē per varias Dei perfectiones discurret, & dū eas sigillatim prædicat, eidē Deo, vt Deus est, eundē honorē tribuit, licet ad id, varijs perfectionibus ipsius moueatur. Postremò deniq; adoratio, de qua nūc est cōtrouersia, respicit Deum, cui exhibetur: ratio verò, quæ mouet ex parte Dei, est excellentia dignitatis, id q; signo illo exteriori submissionis protestamur: meritò ergo, vt dixit Alex., licet sint diuersa ipsius beneficia (adde etiā, & attributa, in nostra cōsideratione) quia tñ vnica est excellentia dignitatis supra omnes, vnicus est, & eodē modo cult⁹ adorationis, quia vnica est excellentia dignitatis, quæ mouet. Hæc rationē attigit Alex. vt paulò ante

55

56

Alex.

C 2 vidimus,

Sacrificiū, oratio, tenet nota, iuramentum Deum quomodo respiciant.

Iuramentum & fides Dei variè respiciunt.

De obiecto fidei nota & de iuramento.

In Deo est vnica excellentia ideo circa eū est vnus cultus adorationis.

vidimus, quæ ex notatis in hoc. 3. c. satis illustrata manet.

Obiectio contra supra dicta.

Sed occurrit glossa in illud Psal. 7. *Domine Deus meus in te speravi*, cuius verba sunt, *Domine omnium per potentiã, cui debetur dulia: Deus omnium per creationem, cui debetur latria*. Ex quibus sequitur, & cõtra id, quod modò dicebamus, videlicet Deo nõ exhiberi diuersum genus adorationis, ob diuersa ipsius attributa, & cõtra illud, quod nuper tanquam certũ statuimus, nempe Deo nõ alium cultũ, quã supremũ latriæ deberi, glossa verò est Aug. q. 94. super Exod. S. Th. 3. p. q. 25. art. 2. adducit hanc glossam, vt probet, Christo deberi adorationẽ latriæ, vt Deus est, & dulia, vt homo, hoc est humanitati ipsius (quod vtrũ verum sit videbimus disputat. 4.) siquidẽ Deo ipsi, sub diuersa ratione considerato, tribuitur modò latria, modò vero dulia. Ex quo videtur sanctus Doctor, duplex genus adorationis Deo cõcedere: sed ad glossam respõdet Alex. 5. illo. 2. & Dur. in. 3. d. 9. q. 3. ad. 2. quos sequitur Caiet. in eo art. (atq, in eundem sensum B. Thom. pertrahere contendit) nomine *dulia* nõ intelligi ab August. eam in specie adorationem, quæ Sanctis exhibetur, sed genericã, & communem rationem adorationis, quæ generatim seruitus dicitur: hæc enim debetur Deo domino, vt dominus est: cumque ratio domini creaturis secundum analogiam communicetur, eodẽ modo, & dulia adoratio in ipsas deriuatur: latriã verò vsurpari pro speciali honore seruitutis, quæ Deo defertur, vt Deus est, quæ quidem etiã secundum analogiam, creaturis non communicatur, sicut nec ratio deitatis, cui exhibetur. Et sanè non video, quo alio meliori modo, glossæ Aug. satisfieri possit, ne ipsi errorem tribuamus manifestum.

Glossa. Psalm.

Aug. S. Thom.

57

Alex. Durand. Caiet.

Solutio obiectio.

Dulia Deo conuenire potest & creaturis latriata men soli Deo

Quod verò Caietanus cõtẽdit, hæc quoq; fuisse mētẽ S. Th. mihi sēper difficile est: affert. n. ipse eã doctrinã glossæ vt probet, personẽ Christi deberi duplicẽ speciẽ adorationis, ratione duplicis nature, cum Deo etiam tribuatur, ratione duplicis excellentiæ, & dignitatis: at si ipse intelligeret alterã illarum, quæ Deo exhibentur, non esse dulia adorationem in specie, sed genericam quandam rationem cuiusuis adorationis; inde non probaret, in Christo posse

58

Caiet.

Caiet. non bene explicauit D. Thom.

posse esse duplicem speciẽ adorationis, quod ipse contẽdebat, sed genericam rationẽ dulia, & speciẽ latriæ, quod nullus negat, nec ipse curat: quinimo neq, dulia, quæ poneretur generica ratio, non conueniret Christo ratione solum humanæ naturæ, sed etiã ratione domini, sicut Deo: cur ergo duliam humanitati, & latriã deitati ipse tribuit? Respondet Caiet. glossam allatam fuisse, vt nonnulla huius doctrinæ consonantia, cum antiquis patribus monstraretur, quòd clarissimum esset, personam Christi duplici adoratione posse adorari, nec maiori probatione opus esset. Verũ nec res illa manifesta est, sed admodum difficilis, vt disput. 4. apparebit: nec ex illa glossa, eo modo intellecta, id confirmari posset: quare vix credo in eũ sensum, à Doctore sancto allegari.

59

De adoratione Christo debita. Disput. 3.

Sententia quorundam Catholicorum. cap. 1.

Humanitatem Christi simul cum Verbo eadem adoratione esse colendam, Conciliorum & Patrum doctrina probatur. cap. 2.

Eadem opinio ratione confirmatur. cap. 3.

Argumenta, quibus aduersarij probant, humanitatem non adorari eadem cum Verbo adoratione, diluuntur. cap. 4.

Sententia quorundam Catholicorum.

C A P V T I.



Attenuus de primo, quod in hoc libro tractãdũ proposuimus, nempe de adoratione Dei, satis dictum est: nunc de secundo, scilicet de adoratione Christo debita, est nobis differẽdum: sed cum Christus verus Deus & homo sit, non de ipsius adoratione, quatenus Deus, sed quatenus homo est, disputãdũ erit. Cæterũ ante, quã controuersiam propositam, collatis vtrinq; rationibus, examinemus, duo sunt nobis præmittenda,

C 3

mittenda,

mittenda, primū fuisse manifestum errorem Ioannis Vniclesi, quem refert Thom. Valden. tom. 1. doctrinalis fidei *V. vald.* art. 3. c. 99. num. 1. asserentis, Christi humanitatem à Verbo *60* dimissam, in propria persona adorandam esse, adoratione latriæ, & diligendam, vt redemptorē. Quocirca humanitati illi secundū se, quod aliquando fuisset assumpta, adorationem latriæ tribuere videbatur. Qui sanè est manifestus error, si latriæ nomē, vt ipse quoq; Ioannes supposebat, seruitatem peculiarē, Deo debitā, significet: ratio verò ex dictis superiori disputatione liquet. Quoniā in humanitate illa dimissa, nō est diuina excellentia, ei ergo latria nō est exhibenda. Et quannīs pro beneficio redemptionis ea deberetur, nō ipsi, quæ solūm fuit instrumentū, sed diuinitati, tanquā præcipuo auctori, tribuēda esset: humanitas ergo dimissa, secundū se, nō est adoranda latria. (Dixi secundū se, nā si ad Deum referatur in eū modū adorari potest latria, quo res quæcunq; huius mūdi, de quo dicemus 3. lib. disp. 1.) id quod expresse tradit Aug. serm. 58. de verbis Domini, his verbis. *Ego dominicam carnem, imo perfectā in Christo humanitatem, propterea, adoro quod a diuinitate suscepta, atque deitati vnita est. Denique si hominem separaueris a Deo, vt Photinus, vel Paulus Samosatensis, illi ego nunquam credo, nec seruis. Velut si quis vestrum, aut purpuram, aut diadema regale iacēs, inueniat nunquid, conabitur ea adorare? Cum vero ea Rex fuerit indutus periculum mortis incurrit si ea simul cum Rege, adorare quis contempserit.* Hæc Augustinus.

Error Vniclesi, circa adorationem humanitatis Christi.

Humanitati separata à Verbo non debetur latria nisi ad Deum referatur.

Notandum a August.

Quis sit questio cordo.

Deinde obseruādū est (id quod attigit Marfi. in. 3. q. 8. ar. 2. in principio) præsentē quæstionē nō esse, an per communicationē idiomatum, hic homo, qui est Christus, dicatur adorari latria, de quo sanè nūquā Patres disputationē instituerūt, aut Ecclesia peculiare aliquid definiuit, præter id, quod in vniuersum de idiomatū cōmunicatione tradidit. Iuxta quā doctrinā, vt à nobis explicabitur in. 3. p. S. Th. q. 16. ar. 4. sicut hic homo dicitur Deus, & ceteræ voces naturarū in Christo, in vicē de ipsis naturis, in cōcreto prædicatur, sic etiā hic homo dicitur adorari latria: sed cū de naturis in abstracto voces mutuò nō prædicentur, dici nō potest

A. 30.

61

Marf.

rest humanitatē Christi adorari latria, ratione cōmunicationis idiomatū. Alia ergo via nūc inquirimus, vtrū humanitas eo pacto debeat adorari, in quē sēsū Patres, & Concilia expresse loquuntur. Quocirca recētiore, qui putāt doctrinā Patrū, & Cōciliorū intelligēdā solū per idiomatū cōmunicationē, manifestē errāt, vt ex ijs, quæ dicemus apparebit. Est igitur difficultas, vtrū nō solū homo, sed etiā humanitas verè adoretur adoratione latriæ, hoc est, in ipsā quoq; quatenus est distincta natura à deitate, hæc adoratio ferat.

Quæstionis propositio.

In quæstione verò proposita prior sententiā est, Christi humanitatē etiā Verbo vnitā, nō adorari adoratione latriæ, proprie accepta latria, sed latiori quadā significatione. Eā tradit Alex. 3. p. q. 30. in. 2. atq; in eandē citat Rabanū, qui dixit, Christi humanitatē adorandā esse latria, sed nō omni. *Non enim adoramus (inquit) eā omnino in terram prostrati nec sacrificamus, sicut Deo, quod nos ex nihilo creauerit, sed quod per ipsum redempti sumus: ideoq; dicitur latria communi quadam significatione.* Hæc Alex. qui etiam. 4. p. q. 2. m. 3. art. 1. ad vltimū, adorationem debitam humanitati, appellat hyperduliam. Cum Alexandro faciunt, Gabr. in. 3. d. 9. q. 1. art. 2. concl. 3. & 4. Et in canonē, Lect. 50. indubitatione de hac re, Antonius de Corduba lib. 1. q. 5. dubitatione. 3. Quāuis enim ipse ibidem dicto. 3. Et Gabr. locis citatis, affirmant Christi humanitatē adorari adoratione latriæ proprie dicta, simul cū persona Verbi; hoc tamē intelligunt de ipsa in cōcreto significata, scilicet de hoc homine, quem ipsi putant supponi pro persona: ipsam tamē in abstracto nūquā cōcedunt adorari latriæ adoratione, de qua solūm est nobis cōtrouersia. Eorū sententiā sequutus videtur Palud. qui in 3. d. 9. q. 1. ar. 3. principali, videtur solūm cōcedere humanitati Christi adorationem hyperduliæ, nūquā verò, nec per accidens, latriæ: eamq; censent Gabriel, & Corduba, humanitati Christi, etiā sub vnione cōsideratæ, esse tribuēdā. Fundamētū huius sententiæ vnicū est huiusmodi. Latria proprie accepta, soli Deo debetur, & ei soli tribui potest, vt ex duab; præcedētibus disputationibus patet: sed humanitas nō est Deus: ergo ei nō potest latriæ adoratio exhiberi.

Prima opinio non humanitatem non esse adorandā latria.

Alex. Rab.

Gabr. Cordub. 63

Palud.

Humanitatem Christi simul cum Verbo eadem adoratione esse colendam, Conciliorum, & Patrum doctrina probatur.

C A P V T II.

Posterior opinio præcedenti opposita.



Posterior sententia, Scholasticis antiquis, & recentioribus communis, asserit, Christi humanitatem, eadem adoratione latriæ, simul cū Verbo esse venerandam. Eam tradunt S. Thom. Caietanus, & recentiores. 3. p. q. 25. art. 1. & 2. Henricus quodlib. 10. q. 6. Mag. in. 3. d. 9. atq; ibidem Albertus art. 9. Bonauēt. ar. 1. q. 1. Ricard. art. 2. q. 1. Scot. q. 1. §. de tertio articulo. Durād. q. 2. num. 7. Thom. de Argēti. art. 1. in fine. Capreol. q. 1. art. 1. concl. 1. Almai. q. 1. (qui sententiā quoq; Alexandri, & Gabrielis in bonum sensum interpretari conatur) Maior. q. 1. conc. 4. Marsil. in. 3. q. 8. ar. 2. concl. 1. & 2. Thomas Valden. tom. 3. qui est de sacramentalibus cap. 119. Quocirca mirandum est, quod Thomas de Argentina in art. 9. circa finem asserit, scilicet non esse concedendum, Christum in quantum est homo, adorari adoratione latriæ, etiā si particula, in quantum, solum sit nota distinctionis, & (vt aiunt) specificationis. Si enim verum est, vt ipse fatetur, Christi humanitatem in abstracto, adorari latria, cur non Christus, in quantum homo, nota illa solum distinguente, & specificante, dicetur adorari.

Hæc sententia meo quidem iudicio definita est ab Ecclesia, & à Patribus tradita. In primis Concilium Alexandrinum in Epistola ad Nestorium, quæ approbata fuit, in Concilio Ephesino, atq; 10. est inter Epistolas Cyrilli, reprehēdit asserentes, propter eum, qui homin induit, veneror eū qui indutus est: hic enim modus adorationis, Christū diuidit: subiungit deinde, sed vnus intelligitur Christus Iesus, filius vni genitus, qui vna adoratione, propria cum carne, adoratur: id quod in 3. anathematismo definitur, quem explicans Cyrillus in libro declarationum, & in apologetico in declaratione,

64

S. Tho.
Caiet.
Henr.
Mag.
Alb.
Bonau.
Ric.
Dur.
Thomas
Argē.
Capre.
Alm.
Maior
Marsil.
Thom.
Vual.

65

Concil.
Alex.
Cyril.
Cyril.

Probat per posterior sententia ex concilijs & Patribus.

Synod.
Const.
Trid.

ratione, & defensione illius, inquit, vt pote vnus existens filius (scilicet Verbum diuinum) non ab sive sua carne, sed cum illa potius adorandus est, &c. Id ipsum clariùs dicit circa finem, vt sequenti disputatione referemus, idem definitur in 5. Synodo Constantin. collatione. 8. cap. 9. Et in Concilio Trident. sess. 13. cap. 5. & Canon. 6. vbi decernitur, sacramentum Eucharistiæ latriæ adoratione venerandū esse, ob præsentiam ipsius diuinitatis: si ergo sacramentum, quia verè continet deitatem, latria est adorandum, eodē quoq; modo humanitas, in qua habitat tota deitatis plenitudo corporaliter, colenda est.

Eucharistia adoranda.

66
Atha.

Est etiam constans doctrina Patrum, præsertim Græcorum. Athanasij oratione. 5. contra Arrianos ad Adelphiū fratrem, cuius verba sequenti disputatione c. 5. recitabimus & libro de incarnatione Verbi, post primū folium, vbi de Christi carne ait, & quia increati corpus factum est, ideo eius corpus dicitur cuius factum est. Ac proinde illi sacra offertis, adhibetisq; vestram adorationem, eaq; de causa, rite, legitimaq; ratione adoratur, & diuina adoratione colitur. Quid est diuina adoratione coli, nisi latria? Et in hūc sensum explicat illud Ioā. 20. qua accedentes, tenuerūt pedes eius & adorauerūt, hoc est, diuinam, seu latriæ adorationem ipsi exhibuerunt. Epiph. in Anchorato, post. 7. folia, inquit in hæc verba, adoras Saluatorem incorporatum, aut non adoras? Quo modo vero non adorauero? si enim non adorauero, non habebō vitam. Ecce igitur creaturam adoras, ipsum corpus. Ingens autem est vesania eorum, qui talia dicunt. Nam Rex purpura indutus, ab omnibus adoratur. Nunquid ergo purpura adoratur, aut Rex? manifestum est, quod Rex: adoratur autem cum ipso, etiam purpura, quam gestat: vbi autē Rex hanc exuit, & in locum reposuit, non amplius vestis purpura adoratur. Hactenus Epiphanius, qui non solum hanc sententiam nobis tradidit, sed paucis etiam indicauit, modū huius adorationis, quem sequenti cap. explicabimus. Cū verò dicit, purpuram separatam à Rege non adorari, nō ideo asserit, quia nequeat separata adorari; id enim optimè fieri posse patebit, sequenti libro disputat. 8. cap. 5. sed quia semel depositam vestem non confueuimus venerari: sicut

Ex his & sequētib; probatur, Christum vnicā adoratione adorandum cū carne sua.

Ioan. 20.

Epiph.

Pulcher locus Epiphaniij.

67

coniunctam, Adducit quoq; Epiphanius exemplum throni Regis, quem simul cum Rege, eadem adoratione veneramur. Sententiam Epiphaniij mutuatis fere verbis, desumpsit ex ipso Damascenus lib. 3. de fide cap. 8. & lib. 4. ca. 3. & oratione prima de imaginibus, pagina secunda, vbi constanter docet vna adoratione Christi carnem, cum diuinitate esse colendam. Afferit autem aliud appositissimum exemplum ferri igniti, quod (inquit) *timeo tangere propter ignem coniunctum, atque simul fugio ferrum & ignem*. Ferro comparat ipse (vt alibi sepe numero) humanitatem; igni vero diuinitatem. Id ipsum docuit Cyr. in scholijs de incarnatione cap. 26. & lib. 1. ad reginas, aliquantulum à principio: refert autem hæc verba ex Athanasio, in libro de incarnatione Christi, quæ modò in eius operibus non habentur. *Confitemur etiam ipsum (nempe Christum) esse filium Dei, & Deum secundum spiritum, & filium hominis secundum carnem, non duas naturas, vnum filium; vnam, quæ adoratur, & vnam, quæ non adoratur: sed vnam naturam Dei Verbi incarnatam, & adorabilem cum carne sua vna adoratione*. Quorum verborum omnia difficultate illa, quæ tempore Cyrilli exagita fuit, quòd ipse dixisset cum Athanasio, *vnam Verbi naturam incarnatam*, cuius occasione apud aliquos male audiuit, de qua in tertiã partem S. Thomæ. q. 2. art. 1. fusius differemus, quod ad nostrum attinet institutum, patet ex Athanasij sententia, non esse asserendum, ita duas in Christo esse naturas, vt vna adoretur, alia non adoreretur. loquitur verò de adoratione patrie, in quem sensum, superiori disputatione cap. 1. notauimus, aliquos Patres, interdum docere, solum Deum esse adorandum: sed esse in Christo naturam Verbi incarnatam, cum carne sua, vna & eadem adoratione colendã. Eandem sententiam expresse habet Elias in orationem. s. Nazianz. in illa verba, *Quo circa mens nostra*. Ex patribus latinis Aug. in illud psalm. 98. *Adorate scabellum pedum eius*, & inibi Calliodorus, qui per scabellum, intelligetes Christi humanitatem, dicunt propter vnionem, quam habet cū Verbo ipso, & deitate, simul eadem adoratione esse venerandam. Desumpserunt autem ex Ambr. lib. 3. de Spiritu sancto

Humanitas
in Christo
ferro ignito
comparatur.

Humanitas
Christi scabellum
Dei.

Damasc.

68

Cyrillus.

69

Elias in
Nazian.
August.
Cassiod.

Ambr.

sancto cap. 12. Accedit Leo. 1. in sermone. 1. de Ascensione circa finem, vbi de Christi humanitate in cœlũ ascēdere, sic ait. *Nec ullis sublimitatibus modum suæ profectionis habitura, nisi aterni patris recepta consensu illius gloria sociaretur in throno, cuius natura copulabatur in filio*. Cum ait Christi humanitatē in eodem throno cum patre sedere, & glorię ipsius participem fieri; plane indicat eadem cum ipso adoratione coli. Cum ergo ex sententia Patrum, & Conciliorum vna sit vtriq; naturę in Christo debita adoratio, & diuinę tribuatur adoratio patrie, fit, vt humana cultu etiã patrie adoret. Sed respōdet Gabriel, ideò Damasc. dixisse, vna adoratione humanitatē cum Verbo esse adorandam, non quod ipsa quoq; adoretur, & cū eo sit terminus adorationis: sed quia vna, & eadē persona, subsistēs in natura humana & diuina adoratur vna adoratione: quare ipse nūquã vult cōcedere naturã humanã adorari Verbi adoratione. Sed eius respōsio friuola est, cū diferte Patres citati, nō tãtum personam, quę est in duabus naturis, sed etiã naturã humanã, simul cū Verbo, dicāt adorari. Epiphanius dixit, coadorari carnem Christi cum ipso: & ipsam vt vnitam Verbo, adorari, Athanas. citatus à Cyril. naturam Verbi, adorabilem cum carne sua: idem Concilia citata. Dama. 3. de fide cap. illo. 3. tandē cōcludit, vttranquam Christi naturam simul adorari. Elias autem, vnã, & eandem earum (scilicet naturarũ in Christo) esse adorationem. Adde quòd Christi humanitatē, hi Sãcti comparant purpurę, & diademati, aut throno Regis, quę omnia (inquiunt) à rege separata, nō cōsueuerūt adorari, cōiuncta verò adorantur: sed hæc omnia sunt terminus adorationis, ergo eodem modo humanitas in Christo. Ex quo etiã apparet, nō loqui Patres de adoratione humanitatis, per cōmunicationē idiomatũ, cū humanitatē cōparent purpurę, quę per hãc cōmunicationē nō dicit adorari eo ipso qd Rex adoret, sed tãquã aliquid illius qui adorat. Ceterũ nonnulli recētiore, ita hãc nrã opinionē probabiliore putat, vt tũ existimēt, eã nō esse aperte ab Ecclesia definitã, qd Cōcilia, & Patres cōtra Nestoriũ solũ cōtēdāt, nō esse diuidēdũ Christũ in duas personas, nō aut esse adorandã vtram-

70

Gabriel.

Epiphanius
Athanas.

Damasc.
Elias.

71

Respōsio
Gabrielis ad
patres
supradictos
& respicitur.

Humanitas
in Christo est
terminus
adorationis.

vtrâq; in ipso naturam, eadem adoratione: fallitur tñ manifestè. Nestorius nanq; duo dicebat, nempe in Christo esse duas personas, deinde duas adorationes ei esse adhibendas: ideoq; in Concilio Ephes. Anathematismo. 8. illius Epist. 10. Cyrilli, damnatur, qui dixerit, (scilicet cum Nestorio) vnum cum alio adorari, & qui non vna adoratione adorat Verbum, cum carne sua. Non solum ergo Concilia definire voluerunt, vnitatem suppositi in Christo: verum etiam vnitatem adorationis, & Nestorianorum modum adorandi, & loquendi de adoratione, corrigere.

Concil.
Ephes.

72

Eadem opinio ratione confirmatur.

C A P V T III.

VT hanc opinionem ratione confirmemus, duo nobis præmittenda sunt. Vnum est, adorationem duobus constare, exteriori scilicet signo submissionis, & interiori affectu exhibendi illud alicui, ex apprehensione excellentiæ, & dignitatis ipsius: vt disputatione. 1. explicatum est. Affectus verò circa excellentiam personæ, & signum exterius, nõ sunt duæ adorationes, vt lib. 2. disp. 8. cap. 12. fusiùs probabimus, sed ex vtroque vna conflatur adoratio. Signum enim, quod non procedit ex affectu, nec habet rationem veræ adorationis, neq; cultus. Alterum est, quod annotauit Durand. loco allegato, bifariam nempe aliquid adorari, aut per se, aut per accidens. Per se illud dicitur adorari, in quo est excellentia dignitatis, mouens ad exhibendam notam, & signum submissionis, quæ est exterior adoratio. Per accidens verò, illud, cui non conuenit per se excellenita dignitatis, habet tamen ordinem, & habitudinem aliquã ad id, in quo ea primò reperitur. In eo etiam, quod per se dicitur adorari, considerare possumus, & causam adorationis, & id quod adoratur. Causa est excellentia, & dignitas aliqua: quod adoratur est persona ipsa, in ea dignitate constituta: partes verò, si quas habet, non per se, sed per accidens,

73

dens, hoc est cum ipso supposito coadoratur cultu, & veneratione totius. Hoc pacto, cum Pontificem adoramus osculo pedum, pedes quoq; adoramus, vel potius, eadem adoratione coadoramus: totus autem Pontifex est, cui honorem illū primo deferimus: dignitas vero ipsius est ratio, quæ mouet ad cultum exhibendum.

74

Ex his perspicuè explicari, & confirmari potest, hæc posterior sententia. Nam cum dicimus, humanitatem Christi adorari latria, non intelligimus, in ipsa esse rationem, quæ mouet ad cultum; aut circa ipsam, primò affectū adorationis versari; cum in ea per se non sit excellentia, quæ mouet, & cui per se adoratio exhibetur; sed tota sit deitatis, quam primò latria in spiritu, & veritate respicit, vt lib. 2. disp. 8. cap. 12. & 13. videbimus. Neq; intelligimus, exteriorem adorationē, quæ ex affectu interiori latriæ procedens, eundem cum ipsa honorem constituit, ad solā humanitatem referri, cum etiam comprehendat, quidquid in ea persona est: sed docere volumus, vna, & eadem adoratione, quæ ex affectu circa excellentiam deitatis, & personæ, atque signo exteriori submissionis coalescit, comprehendere totum, quod in Christo est: cumque illa sit latriæ adoratio, fit, vt humanitas sub adoratione latriæ, quæ toti Christo exhibetur, contineatur, & hac ratione, tanquam aliquid illius, eadem veneratione coadoretur. Atque in hūc modum loquutos fuisse Patres, perspicuum est. Ideò namque dixisse videntur, carnem Christi, non nudam, sed vt deitati vnitam, simul adorari, aut coadorari. Imò dixit Epiphanius, ipsam humanitatem Christi, & purpuram Regis, non adorari, sed coadorari. Negat verò vtranque adorari: quòd hic modus loquendi, adorationem per se, indicare videatur: coadorari tamen concedit, quia adorationem vnus simul cum alio, denotat. In eundem sensum, Cyrillus in Apologetico, pro 12. capitulis, in defensione 8. circa medium, dixit, Dei Verbum ita adorari cū carne sua, sicut animam hominis cum corpore suo: subiungit illico; *Vna autem appellatione, quod ex vtriusq; constat, appellatur animal.* Ac si diceret, illud vnum animal rationale, est totū quod adoratur;

Humanitas
Christi coa-
doratur la-
tria.

Exponitur
Epiphanius.

Epiph.
75

Cyri.

Quis fuerit
error Nesto-
rii contra
Christi ado-
ra. ionem.

Duo esse in
adoratione,
signum exter-
num, & affe-
ctū internū.

Adorari per
se & per ac-
cidens quid sit

Quid sit in
adoratione
quo, & quod
vt aiunt.

adoratur: corpus vero adoratur, ut aliquid illius, simul cum eo.

*Durandus de
fenditur con-
tra theologos
quosdam.*

Ex eadem doctrina infert Durandus, totum Christum per se adorari latrā, eius autem humanitatem per accidens, eadem tamen latrā adoratione: quem modum loquendi aliqui Theologi acriter notant. Putant enim ideo Durandus dixisse, Christi humanitatem per accidens adorari, quia sensit, etiam unionem illius cum Verbo esse accidentariā, id quod merito ab omnibus reprehenditur, ut in tertiam partem S. Tho. q. 1. ar. 5. dicemus. Probāt vero, per se esse adorandam. Quoniam si Christi humanitas est perse, & substantialiter unita Verbo, non accidentarie: ergo per se adoranda est, non per accidens. Verum hi Doctores mentē Durandi in præsenti questione non sunt assequuti. Quāvis enim merito notari debeat eius sententia, de unione humanitatis cum Verbo: id tamen quod dixit de adoratione illius, nulla nota dignum est. Nam quod de humanitate Christi docuit, idem etiam de partibus substantialibus alicuius asserit, hoc est de manu, pede, imo de toto corpore, eas nimirum per accidens cum toto adorari, ob id tamen non docuit, nec ullo modo sensit, eas accidentaria unione toti coniunctas esse. Quamvis ergo idem de unione humanitatis cum Verbo, docuisset, nihilominus affirmaret eam per accidens, cum tota persona Verbi adorari. Sed neque ratio illorum, quidquam roboris habet. Ut enim constat ex Ari. 5. Physicorum ca. 1. non solum ea dicuntur moveri per accidens motu alterius, quæ unione accidentaria coniuncta sunt toti, sicut musicum, & album: verum etiam partes substantialis illius, quæ ipsi substantiali unione adherescunt. Sic igitur licet humanitas substantiali unione coniuncta sit Verbo, quia tamen comparatur toti supposito, ut pars illius, in qua, & ex qua subsistit, per accidens cum illo dicitur adorari, sicut pars cum toto moveri: alio enim modo illud, per accidens, accipitur, cum de unione dicitur, quā cum de adoratione. Unioni namque tunc solum convenit, quādo id quod alteri unitur, accidens illius est, & unione accidentaria illi adherescit: de adoratione vero dicitur non alia ratione, quā quod aliquid non

Durand.

76

Aristo.

77

*Asseveri alii
quid per acci-
dens dupliciter.*

*Quomodo
Christi huma-
nitas dicatur
per accidens
adorari.*

non seorsum, sine alio: sed cum eo, cui comparatur ut pars, & ut aliquid illius, coadoratur. Ex vno ergo modo per accidens, non licet aliud inferre. Id autem, quod Durandus per accidens dixit adorari, Bona. ad 5. Ricard. ad. 1. & Thomas de Argentina locis citatis, dixerunt ex consequenti adorari: sed siue vno siue alio modo loquamur, idem sensus verus, & catholicus est.

*Durand.
Bonauen.
Ricard.
Thom. de
argenti.*

Argumenta, quibus adversarij probant, humanitatem non adorari eadem cum Verbo adoratione, diluuntur.

C A P V T III:

Obiect.

SED contra hanc opinionem obijcere aliquis potest primò. Diuinitas cum toto Christo ex duabus naturis composito, se habet ad modum partis, & partes per accidens, totum vero per se adoratur: diuinitas ergo per accidens erit adoranda, sicut humanitas; cum neutra habeat in Christo rationem totius; sed utraq; sit ad modum partis, & aliquid ipsius Christi. At hoc est absurdum: nam diuinitati per se tribuitur latrā, cum ratione sui sit ipsi debita: atque idcirco nunquam Patres, aut Concilia dixerunt, diuinitatem coadorari cum corpore, nec cum ipso Christo: sed diuinitatem, aut diuinam personam adorari cum carne sua: quo modo loquendi, aperte denotant ipsam carnem coadorari, non tamen diuinitatem. Respondeo, non solum totum ipsum per se adorari, sed etiam partem illam, in quam primo conuenit excellentia, quæ est ratio exhibendi adorationem. Talis enim nature est, ut ipsa sine alijs adorari possit, quod in se habeat omnem dignitatem: alie vero sine ipsa nequeant, cum nullum habeant respectum excellentiæ, nisi ratione coniunctionis cum illa. Ea de causa optimè Cyrillus in defensione 8. anathem. citata dixit, animam adorari cum corpore: loquebatur autem de adoratione toti homini exhibita, ut præcedenti cap. notauimus: quod in anima sit sanctitatis, & aliarum virtutum

78

Solutio.

Cyrillus.

79

*Quomodo par-
tes dicantur
per se adorari
& quando.*

virtutum excellentia, cui primò cultus adorationis defer-
tur: aliter vero esset, si alicui ob excellentes corporis do-
tes, vt propter robur, honor, & reuerentia exhiberetur.
Sic enim nec corpori per se, nec animæ, sed toti composi-
to, cui primò illa virtus inest, tribueretur: animæ autem,
& corpori, per accidens, vt partibus illius. Cum ergo in
persona Christi insit primò deitatis excellentia, cui latria
debetur, etiam si ipsa toti Christo comparetur, vt pars: nò
per accidens, sed per se adoratur: humanitas verò, cū non
habeat illam excellentiam sibi propriam, & solùm cola-
tur, quia diuinitati coniuncta est, non dicitur per se, sed
per accidens adorari, aut coadorari, quod idem est.

Secundò contra idem arguet aliquis, hoc modo. Sicut
partes moueri dicuntur per accidens motu totius: sic etiã
contrà, totū aliquando per accidens mouetur motu par-
tis, vt docuit idem Aristot. 5. Physicorum c. illo 1. Si ergo
humanitati primò exhibetur adoratio: totus etiam Chri-
stus per accidens dicitur adorari: sed primò adhibetur
adoratio eius humanitati, aut tenendo pedes eius, & of-
culando, aut ei corpus inclinando: ergo ratione illius, se-
cundò, & per accidens toti Christo tribuetur. Verum ar-
gumentum hoc nihil momenti habet. In qualibet namq;
adoratione duo sunt, vt cap. præcedenti notauimus. Vnū
est nota exterior submissionis, quæ sanè primò adhibetur
humanitati, & ratione illius, diuinitati, & personæ Chri-
sti. Nam qui osculatur pedes Domini, infigit primò oscu-
lum humanitati quod ratione illius, quodam modo indi-
uinitatem transit; & eam secundò, & per accidens tãgit.
Sed hæc exterior nota, secundum se, non habet completam
rationem cultus seruitutis; ita enim fieri potest, ex affectu
submissionis, atq; irrisionis & ioci. Alterum & præcipuū
in adoratione est affectus seruitutis, ex quo signum illud
exterior procedit, qui, quanuis habeat pro obiecto notã
illam submissionis, eam tamen respicit, ex apprehensione
dignitatis, cui, tanquam excellenti illam cupimus exhibe-
re: & hæc est potissima, & formalis ratio cultus adoratio-
nis. Licet ergo exterior illa nota, vt exterior est, primò
huma-

*Cur diuinitas
in Christo
per se adore-
tur, non autē
humanitas.*

Solutio:

*Duo in adora-
tione affectus
interior, &
signum sub-
missionis ex-
terioris.*

*Nota na-
urã adoratio-
nis.*

*2. Obie-
ctio.*

80

Solutio.

81

humanitati, & ei, quod videtur, exhibeatur, secundò vero
excellentiæ, quæ non videtur, affectus tamē, qui est veluti
animus adorationis, primò fertur in excellentiam inuisi-
bilem, & ratione illius, medio signo exteriori adorationis
in id, quod sub aspectum cadit. Quare perfecta, & abso-
luta adoratio latriæ primò cōueniet deitati Christi, cuius
excellentiæ inuisibilis est, & ratione illius carni visibili.
Atq; in hunc sensum, Athanasius libro de incarnatione
Verbi, post primū folium, videtur intellexisse illud Ioan.
20. *accedentes, nempe mulieres, tenuerunt pedes eius, & adora-
uerunt, vt manibus suis pedes Christi, non eius diuinitatē,
nisi secundò & per accidens, tenuerint: sed eam primò af-
fectu suo latriæ adorauerint: corpus verò ipsius, & pedes
secundò & per accidens.*

Atha.

Ioan. 20

82

Epiph.

83

Tertio superiori doctrinæ obstare videntur verba Da-
mas. oratione 1. de imaginibus, pag. 5. circa finem, qui de
Christi humanitate sermonem faciens, inquit, *Non materiã,
sed materiã autorem adoro, qui propter me materiã factus est, &
in materiã voluit habitare, vt per materiã mihi salutem prabe-
ret: materiã vero, per quam mihi salus parta est, colere non desi-
nam, non tamen vt Deum, absit.* Hæc Damasc. Qui cum asserat
carnem, & humanitatem Christi, quam ibi materiã ap-
pellat, non esse, vt Deum, adorandam: docere quoq; vide-
tur, latriæ adorationem ei non esse deferendam. Respõ-
deo Damasc. nò negasse, humanitatem Christi, eadem ado-
ratione, & cultu latriæ, cum diuinitate adorari, id quod
ipse alibi sæpenumero docuerat, vt vidimus capite præ-
cedenti, sed solùm dixit, ipsam nò adorari vt Deum, quod
per inde est, atq; ei nò deferri primò, & ratione suæ excel-
lentiæ cultum adorationis; aut affectum seruitutis in ip-
sam non ferri, sed in deitatem, cuius excellentia est ratio,
vt omnia ei coniuncta, simul cum ipsa, eadem adoratione,
& nota submissionis ab illo affectu profecta veneremur.
Id ipsum voluit Epiphanius citatus cap. 1. cum dixit, Re-
gem adorari, non purpuram illius, sed purpurã solùm coa-
dorari, ac si dixisset, purpura non adoratur, vt Rex, sed
coadoratur cum Rege, vt aliquid illius, ratione dig-
nitatis

*3. Obiectio:
Locus ex Da-
mascono.*

Solutio.

*Expositio
Damasc.*

D nitatis

nitatis non ipsius purpuræ, sed Regis.

Satis fit argu-
mentis contra
vires positus in
capit. 1. huius
disputationis

Iam verò fundamentum prioris sententiæ conuellere opus est, cuius sanè infirmitas ex superiori doctrina, perspicuè satis apparet. Concedimus ergo, humanitatē Christi non esse creatorem, ac proinde excellentiam summam, quam latriæ adoratio in obliquo primò respicit, non esse ipsius propriam, sed deitatis. Hinc tamen solùm fit, vt ea adoratio ex affectu latriæ profecta non feratur primò in ipsam, sed in deitatem, & personam Verbi. Nihil tamè ob est, quominus in ipsam humanitatem secundò tendat, atque sub nota illa submissionis, quæ ex affectu latriæ procedit, & ob id eadem adorationem cum affectu ipso constituit, humanitas ipsa, tanquàm aliquid illius personæ, cōprehendatur, & cum diuinitate, cui est coniuncta, eodem cultu coadoretur. Ex quo etiam sequitur, vt ab vna, & eadem adoratione, quæ interiori affectu submissionis, & signo exteriori cōstat, alio modo denominetur humanitas, quàm deitas, & ipsa Verbi persona. Ea nimirum ratione, quia eadem adoratio diuerso modo respicit vnā atq; aliā naturam: humanitas enim per accidens dicitur adorari, aut coadorari, quoniam affectus latriæ in ipsam non fertur ratione sui, sed per notam & signum exterius, quod ad eandem pertinet adorationem, & ab ipso affectu procedit: diuinitas vero per se, & primò: nam affectus ipse, qui est latriæ in spiritu, & veritate, in ipsam directe, & per se tendit. Quocirca decepti vidētur Alex. Gabr. & Cordub. locis allegatis, vt assererent, inferiori quadā adoratione, eaq; distincta ab adoratione deitatis, humanitatem adorari; quòd viderent, alio modo ad humanitatem, quàm ad diuinitatem adorationem referri; cum tamen vna eademque sit adoratio totius, & partis; & nihilominus ab eadem adoratione alio modo dicatur pars adorari, quàm totum. Tum etiam in vniuersum eadē est adoratio affectu interiori, & signo exteriori constans: affectus tamen fertur in excellentiā ipsam Regis v.g., aut alterius primò & ratione sui; secundò verò, & per signū exterius, fertur in purpurā eius, & in alia, quæ sunt in ipso, vt lib. 2. disp. 8. c. 12.

Humanitas
in Christo nō
primario, sed
secundario a-
doratur, quā-
uis eadē ado-
ratione.

Quæ fuerit or-
casio erroris
Doctores
tales.

Alex.
Gabr.
Cordub.

84

de ima-

85

de imaginum adoratione agens, declarabo: eadem namq; proportionem dicendum est. Eodem quoque libro, disput. 9. differemus, de varijs modis loquendi circa adorationē imaginum, an dici possit, ipsis deferendam esse latriam, & similia: vbi etiā de humanitate Christi quomodo loquendum sit, perspicuum erit. An verò possit humanitas per se adorari peculiari adoratione, quæ non tendat in personam, & an esset virtutis religionis, vel alterius, sequenti disputatione patebit.

Glos.
Ambr.
Aug.

Refertur à multis scholasticis, pro priori sententiā glossa quædam in illud Psalm. 98. *adorate scabellum pedum eius*, quæ dicit, cum Ambr. & August. scabellum esse Christi humanitatem; eamq; esse adorandam non latria, sed dulia: eam tamen glossam in venire non potui, & puto non esse alicuius antiquioris Patris; quare de ea non est multū curandum. Postremò deniq; quod Rabanus dicebat, nos scilicet non adorare Christum prostratos, ac proinde ipsum nō adorari adoratione latriæ, friuolum est. Primū quia signum hoc non est peculiare latriæ, sed commune cuilibet affectui adorationis, etiam duliæ. Nā licet sepius in Scriptura ad colendum Deum id factū referatur, Iudith. 4. & 10. tamen 2. Regum 19. Semei prostratus adorauit Regem Dauid, nec ob id reprehensus ab eo est: & Iudith, quæ cultum Dei optime nouerat, adorauit Holofernem prostrata in terram: credendum verò non est, honorem Deo debitum ei detulisse; cum nec cibus gentilium, ne secundum legem contaminaretur, vesci voluerit. Tum etiam alij, vt referemus disp. 5. cap. 3. arg. 3. prostrati in terram homines adorauerunt. Deniq; multi ex ardenti affectu religionis erga Christum, in terram prostrati, Eucharistiæ Sacramentum quotidie venerantur, nec ob id reprehensione digni sunt. Inde ergo non recte probat Rabanus, humanitatem

Prostratio nō
est signum pe-
culiare latriæ

Raban.

68

Christi non adorari ad-
oratione latriæ.

(.)

D 2

An lu-

An humanitati Christi per se possit peculiaris adoratio exhiberi. Disput. 4.

- Prior opinio. cap. 1.
- Declaratio, & defensio precedentis opinionis ex mente Caietani, & aliorum cap. 2.
- Eadem opinio duobus alijs modis defenditur cap. 3.
- Humanitatem per se sine Verbo non posse adorari Conciliorum testimonijs probatur cap. 4.
- Testimonia Patrum pro eadem sententia cap. 5.
- Rationes eiusdem sententiae cap. 6.
- Solutio argumentorum prioris sententiae cap. 7.

Prior opinio.

CAPVT I.



Maior de hac re inter scholasticos dissensio est, nā etiā illi, quos superiori disp. pro 2. opinione commemorauimus, inter se diuisi sunt, cum tamen, mea quidem sententia, perspecta diligenter Patrū, & Conciliorum doctrina, non minū hęc questio definita videatur, quā præcedens. Duræ nihilominus in ea sunt oppositæ sententiæ. Prior eorum, qui affirmāt, præter adorationem latriæ, qua humanitas cū Verbo adoratur, posse quoq; eam à nobis coli peculiari adoratione, quæ inferior sit adoratione latriæ, & sub qua Verbum ipsum non comprehendatur. Id docent Caiet. & multi recētiotes in 3. p. S. Th. q. 25. art. 2. Scot. in 3. d. 9. q. 1. §. præstat vna, & §. sequenti. Dur. q. 3. n. 7. Palud. q. 2. Almai. q. 1. cōc. 4. Henricus quodlib. 10. q. 6. aliquantulū à principio, Picus Miradulanus in Apologia q. 3. non longè à principio, Canisius lib. 5. de beata Virgine cap. 15. §. verum ad hyperduliam Cordub. lib. 1. q. 5. dubitat. 3. puncto, 4. Gabr. locis superiori disputat. citatis. Qui duo licet defendant, humanitatē nō adorari propriè adoratione latriæ, sed quadā latria inferiori: affirmāt nihilominus, eā posse per se propria adora-

Prior opinio inferiorē adorationem latriæ debere humanitati Christi.

S. Tho.
Caiet.
Scot.
Duran.
Palud.
Almai.
Henr.
Picus.
Canis.
Cordub.

adoratione, quæ non comprehendat deitatem, adorari, eaque hyperdulix adorationem appellant.

Hyperdulix humanitati per se sumpta debere. Ratio præcedētis sententiæ.

Hac ratione, in vniuersum probari potest hæc opinio. Humanitas vnita Verbo habet dignitatem sanctitatis, & excellentiam distinctam à sanctitate, & dignitate Verbi: sed cuilibet excellenti, & in dignitate constituto debetur adoratio per se, & ad ipsum primò referri potest, quòd si distincta sit excellētia, & dignitas, diuersa quoq; erit adoratio: ergo humanitati, quæ excellentiam in se habet, à dignitate Verbi distinctā, exhiberi potest, & debetur adoratio distincta à Verbi adoratione, quæ intra se Verbum nō comprehendat: hæc autem non poterit esse latriæ, quæ soli deitati debetur: erit ergo inferior, quam multi hyperdulix vocant. Atque hic modus adorationis facilis est. Cum enim, vt notatum est disputatione. 1. cap. 4. non signis externis, sed solo affectu adorationes distinguantur: & cogitatione facile possimus, dignitatē humanitatis apprehendere nō cogitando Verbi excellentiam: facile quoque in ipsam possumus signa externa submissionis, affectu nostro ita referre, vt nullo modo Verbum, tāquā terminum adorationis, respiciant: sicut cū sanctos viros adoramus, licet eos propter Deum veneremur, ipsum tamen sub termino adorationis, non comprehendimus. Est autem longè alia ratio purpuræ, quæ cum Rege adoratur, & humanitatis, quæ cum Verbo colitur. Purpura namq; nullam sibi propriam habere potest excellētiā, & dignitatem, sed tota est regis, cui adheret, & ideo, nisi coniuncta cū Rege, re ipsa, vel saltē cogitatione, adorari nequit. Humanitas verò habet dignitatē sibi propriā, ratione cuius separata à Verbo saltē cogitatione, postulat per se adorari.

Distinctio humanitatis Christi & purpuræ.

Declaratio, & defensio precedentis opinionis, ex mente Caietani, & aliorum.

CAPVT II.



Vtores huius sententiæ variè eam explicant, & defendunt: quare vel hac sola ratione, robur illius, in tot partes diuisum, debilius redditur.

89
Caietan.
Corduba
Canis.

Expositio Caietani Corduba & Canis.

Postulari à Christo postulat orat pro nobis.

Refellitur Caietani Corduba & Canisij sententia.

Primum quidem eam explicantes Caietanus, Antonius de Corduba, & Canis. dicunt, Ecclesiam quidem exterius merito abstinere ab hoc genere adorationis, ne detur occasio Nestorianis diuidendi Christum: atque ideo sacerdotem sumpturum Eucharistiam latrā Christum adorare, cum dicit, *Domine non sum dignus, ut intres subtectum meum*: nec unquam Ecclesiam Dei, cum Christo loquentem consueuisse ab eo petere, ut pro nobis oret, & intercedat, sed tamen verum Deum omnipotentem, ipsum deprecari, ut petita concedat: quinimò oratione ad ipsam Christi animam solum directa, cum dicimus, *anima Christi sanctifica me*, ab ea postulare, ut faciat, non tamen, ut pro nobis oret. Deinde dicunt nihil obesse, quo minus interiori mentis affectu ab ea postulemus, ut oret, & pro nobis intercedat, & ipsam non latrā, sed duliā, aut hyperduliā adoratione colamus.

Verum si ea, quæ à nobis dicta sunt disputatione prima, rectè aliquis consideret, videbit procul dubio Caietani subtilitatem parum momenti habere. Cum enim nulla adoratio ex nota exteriori discerni possit, an sit latrā, vel duliā, ut inibi probatum est; sed tota differentia, ex affectu interiori pensanda sit, sit, ut exterius nullum periculum appareat, nec vlla Nestorianis detur occasio, si vir catholicus, & pius, cogitatione solum diuidens humanitatem a Verbo, hoc est, sine illo eam considerans, hyperduliā adoratione ipsam adoret, secus esset, si signum aliquod peculiare latrā esset designatum. In cultu tamē orationis est peculiaris modus orandi exterius ex religione, & latrā, quæ solum Deum respicit; & ex duliā, quæ ad sanctos viros refertur. Quare posset exterius periculum apparere, si quis nunc humanitatem Christi tanquam aliquem ex sanctis hominibus deprecaretur, ut ipsa pro eo apud Deum intercederet, & postulata impetraret: & hac forsitan ratione, Ecclesia nunquam eo modo orat, sed Christum semper deprecatur tanquam Deum, qui potens est petita facere, & nobis concedere. Quocirca ex eo, quod semper oramus Christum tanquam Deum, nec unquam ad illius humanitatem, prout à Verbo diuisam orationem dirigimus, propter pe-

90

91

propter periculum, non rectè inferunt, eadem de causa, nunquam à nobis posse adorari separatam. Siquidem cultus, orationis alius est ab adoratione: & hæc nullum peculiare signum latrā, aut duliā exterius habet; ac proinde nullum ex ea incommodum, aut scandalum oriri potest, sicut ex oratione, quæ exterius optimè apparet, an sit latrā ad Deum, an verò duliā ad aliquem Sanctorum. Porro oratione Ecclesiæ, *Anima Christi sanctifica me*, non postulamus à sola anima per se, tanquam ab autore sanctificationem, quæ est opus Dei, sed ab ipso Christo, propter meritum anime ipsius: sicut etiam à sanguine Christi petimus, ut abluat nos, hoc est ab ipso Christo, per meritum passionis, in qua sanguinem effudit, aut per sacramentum ipsius, sub quo anima, sanguis, & caro eius continentur. Cæterum alia quoque optima ratio est, ob quam Christum post eius mortem non deprecamur, ut pro nobis oret, quæ explicabimus in 3. p. S. Tho. q. 21. art. 1. Quia scilicet Christus peracto negotio redemptionis nostræ, nihil noui à Deo postulare potest. Omnia enim, & singula, quæ ad nostram iustificationem pertinent, minutim, & sigillatim cum ipso optimè cōposuit: & hanc esse ferè omnium grauissimorum Patrum doctrinā, ex quibus, multi non rectè à recentioribus intellecti sunt, non obscure inibi demonstrabimus. Quocirca non solum exteriori, sed nec interiori oratione, ex qua scandalum nequit oriri, Christi humanitatem nunc deprecari possumus, ut ipsa pro nobis oret, cuius oppositum immeritò docuerunt Caiet. & alij in hac sententia. Postremo denique, quod asserunt, nos quoque posse Christi humanitatem per se adoratione duliā interiori venerari, quia omne periculum, & scandalum re ipsa cessaret, falsum etiam est. Tum quidem si existimant adorationem illam interiori consummari: huiusmodi enim nulla esse potest, ut disputatione prima probauimus: quare si interiori esset adoranda, affectus deberet aliquod exterius signum, in apprehensione saltem, respicere: tum etiam, quia nulla ratione humanitas per se adorari potest: ut contra alios Doctores prioris sententiæ subinde demonstrabimus.

Discriminē ter orationē & adorationem.

Cur non deprecemur Christum ut oret pro nobis.

92

C A P V T III.

Humanitatē
per se posse
adorari pro-
pria adora-
tio ne, etiā prout
deitate san-
ctificatam.



Lij verò, absque vlla distinctione interioris, & exterioris adorationis asserunt, posse humanitatem etiam coniunctam Verbo, & pro vt ab eo sanctificatam, peculiari adoratione, quę non comprehendat ipsum Verbum, per se adorari. Id tradunt Hēricus, Almai. & Paludanus, qui alias humanitati Christi latræ adorationē non concedit. Nec obstat quod Almaianus, hanc adorationem dicat esse latræ latiori significatione, statim enim subdit, *quæ nihil aliud est, quam hyperdulia*. Nonnulli etiam scholastici recentiores dicunt, esse latræ, elicitam à virtute religionis, alterius tamen rationis, & distinctam ab ea, quæ Deo exhibetur, sicut ab eadē virtute caritatis, & Deus diligitur propter se, & proximus propter Deum: qui duo amores inter se differunt. Nihilominus concedunt, hanc adorationem posse appellari hyperdulię.

Henr.
Almai
Palud

Ratio prima

Probat hęc opinio, primum hac ratione. Si quis humanitatem, etiam Verbi vnione sanctificatam oraret, non liceret ab ea, tanquam à Deo, petere sanctitatem, & alia id genus; sed solum tanquam creaturā, perfectissimè sanctificatā deprecari, vt eius fauore, id posset à Deo obtinere: & si quis, ipsam laudare vellet, aut etiam gratias agere, non tanquam Deum eam prædicare, nec tanquam Deo gratias ei reddere, liceret. Si ergo nec laudis, nec orationis cultus ex latræ, tanquam Deo, humanitati hoc modo deferri potest, sed alius inferior: sit, vt adoratio latræ, quæ Deo debetur, ipsi nequeat exhiberi. Sic igitur inferiori adoratione per se adorabitur, non adorato Verbo, cui est coniuncta. Deinde alia est ratio excellentiæ humanitatis, cui hoc modo cultus exhibetur, quā ipsius Verbi. Ea enim est eius sanctificatio, quæ licet proueniat à deitate, tanquā à forma, sicut album ab albedine; non tamen est ipsamet excellentia deitatis; ac proinde alia est humanitatis, hoc modo

Ratio altera

modo

modo sanctificatā, quam ipsius deitatis, & Verbi secundū se: sed peculiari excellentiæ, peculiari debetur adoratio: ergo humanitati sic vnitæ, & sanctificatæ ab ipso Verbo, debetur adoratio distincta à Verbi adoratione. Sub hac igitur adoratione Verbum, cui vnita est humanitas, non comprehenditur, etiam si propter ipsum quodam modo dicatur adorari, sicut Sancti propter Deum, quorum adoratio non fertur in ipsum Deum, vt terminum, cui proximè cultus exhibetur.

Hęc sententia, preterquam, quod manifestè Conciliorum, & Patrum doctrinæ aduersatur, vt sequenti capite patebit; contradictoria quoque aperte docet. Quoniā si hęc adoratio, quæ tribuitur humanitati per se, Deo non exhibetur; sequitur non esse opus elicited à virtute religionis. Hęc enim soli Deo cultum defert, vt omnes fatentur. Nam veluti obseruantia debitum reddit honorem hominibus, sic religio Deo. Cū ergo adoratio illa non sit Dei, sequitur non esse cultum ipsius, ac proinde nec obiectum religionis. Tum etiam frustra illa adoratio hyperduliæ vocatur, si ea est opus religionis. Nam si vere dicitur hyperdulię, potius erit virtutis duliæ, quæ est pars obseruantie circa dominos, cuius aliquod opus, etiam hyperdulia appellatur, quę nimirum est eximia quędam reuerentia, & cultus, nō circa Deum, sed circa homines, qua etiam beata Virgo dicitur adorari, cum tamen ipsi non exhibeatur cultus ex virtute religionis, vt disputat. 6. videbimus.

Refutatur
precedens mo-
dus.

Religio solū
Deo cultū de-
fert.

96.

Quod verò pro hac sententiā adducitur, de duplici amore proximi & Dei, ab eadem virtute caritatis profecto; magni momenti non est. Nam amor proximi, ex virtute caritatis, quæ constituitur Theologica virtus, mea quidē sententia, nō est velle proximo bonum, vt bonum illius est, sed vt bonum Dei est, qua ratione obiectum amoris, vt est amicitie, non est proximus, sed Deus, id quod fusiùs explicabimus libro 3. disputat. 1. cap. 4. Quauis autem, secundum aliquorum opinionem, dicamus etiam amorē proximi, quo volumus ei bonum, vt bonum illius est, esse elicited a virtute caritatis, & actum secundarium illius

Nota obiter
de amore &
Dei & pro-
ximi.

Religio solū
Deum nō san-
ctos respicit.

(quem tamen ego arbitror esse beneficentiæ) nullus ta-
men hæcenus ex scholasticis, docuit esse aliquem actū se-
cundarium virtutis religionis, qui alteri, quam Deo, etiā
propter Deum, cultum exhibeat. Nam si hoc verum esset,
non sola humanitas hoc actu secundario ex religione ef-
set colenda: sed omnes etiam Sancti Dei, propter ipsum,
cum tamen eorum cultus specialis, virtuti dulciæ, aut ob-
seruantix, tribuatur.

Pulchra com-
paratio ignis
& ferri. &
diuinitatis
cum humani-
tate.

Quomodo autem hæc sententia doctrinæ Conciliorū,
& Patrum contraria sit, sequenti capite latius ostendemus:
vbi in vniuersum probandum nobis est, humanitatem,
sine diuina persona adorari non posse, hoc est, non in-
cludendo ipsam personam sub eadem adoratione: in quo
hæc sententia, aut modus explicandi præuocem, cum omni-
bus alijs conuenit. Nunc autem contra hunc modum suf-
ficiant nobis Damasc. & Nicetas, atq; vnica ratio, ex con-
cessis deducta. Nicetas in oratione, 31. Nazia. in illa verba,
Quo circa, ait, quemadmodum igitur, si totus aer igneus esset, vel
potius ignis esset, & granum quoddam ferreum in eum congeretur,
neceße profecto esset, hoc quoq; eadem qualitate affici, qua id quod
excellit ac superius est: & quidem ita, vt meo quidem iudicio, ni-
hil aliud quam ignis esse videretur, tametsi essentia ratio, integra
ipsi, & incolumis esset: eodem modo humana natura, diuina copu-
lata vsque adeo superata est, vt hominis natura, ne manere quidem
videretur, tametsi alioqui proprietates suas retineret. Ac propter
ea sancti quoque Patres, deificatam ipsam dixerunt, nimirum ad
id, quod præstantius, & valentius erat, respicientes. Vnde etiā vna
& eadem eorum adoratio est, propter vnā harum naturarum hy-
postasim & diuisionis omnino expertem. Eodem exemplo ignis,
vtitur Damasc. 4. de fide cap. 3. Nam quemadmodum non
audemus accedere, sed fugimus ferrū, aut lignū ignitū: sic
etiā humanā naturā ignitā, & deificatā deitate, veneramur.
Qui autē fugit, aut tāgere nō audet ferrū ignitum, simul
tāgere nō audet ignē, imo ipsum ignē præcipue fugit: ergo
qui adorat humanitatem, nō cogitatā secundum se, sed igni-
tā, & penetratā, ac proinde sanctificatā deitate, nō potest
nō eius adoratio in ipsam quoq; deitatem proxime referri.

Elogans ra-
tio Damasc.
de adoratione
ne humanita-
tis Christi.

Dicet

97

Damas.
Nicetas

98

Damas.

99

100

101

Dicet quis, diuersam esse rationē igniti ferri, vt ignē ne-
cessariō cū ferro fugiamus, & humanitatis deificatæ, vt ip-
sam deitatem cum humanitate necessariō veneremur: quia
tactus fit re ipsa, nō cogitatione, ferrū autē & ignis re ipsa
cōiuncta sunt, quare qui fugit vnum, fugiet & aliud: ado-
ratio verō fit cogitatione, qua separari potest humanitas,
& sine deitate cōsiderari. Verūm hæc obiectio nihil fauet
prædictæ opinioni. Nūc enim agimus cōtra eos, qui dicūt
humanitatem deificatam, & ignitam deitate, adorari posse
ratione deificationis, nō adorata ipsa deitate, quod ita vi-
detur impossibile, atq; fugere ferrū, qua ratione ignitum,
nō fugiendo ignē. In quo sane doctrina, & exēplū horum
Patrū mirum in modum nostræ sententiæ fauet, id quod
sequens ratio magis perspicuum faciet.

Ad eā vero præmittendū est id, in quo Doctores oppo-
siti sententiæ cōueniunt: nēpe Christi humanitatem, propter
coniūctionē cū Verbo, ita deitate deificari, vt etiā si nulla
esset in ea gratia habitualis, aut aliud creatū donū, præter
ipsā vnionē, ab ea sola, ac si esset forma inherēs, sanctifica-
retur: vt in 3. p. S. Th. q. 7. ar. 1. ex doctrina Patrū ostēdemus
Quocirca permulti Patres, quos ibi cōmemorabimus, ip-
sam deitatem dicunt esse vnguentū, quo delibuta, & vnctā
est humanitas, vnde dicitur Christus. Hoc posito, facile iā
apparet, non posse humanitatem deificatā adorari, non ado-
rata deitate, nec sub eadē adoratione cōprehēsa. Nā si ip-
si defertur honor adorationis, ratione excellentiæ deifica-
tionis, & sanctificationis, & vnctionis, quā à deitate, vt à
forma habet, & ad hūc effectū quasi formalē, cultus termi-
natur: ergo eadē ratione, ad formā ipsam deificatē, sancti-
ficantē, & vngentem, que est ipsa deitas terminari debet.
Nā qui fieri potest, vt homini iusto, tāquā excellenti, ratio-
ne iustitiæ adoratio exhibeatur, & nō cōprehendatur sub
ea adoratione ipsa gratia, quæ est forma huius effectus ex-
cellentis, & dignissimi, cui cultus adhibetur? Ea vero
differentia est, quod cum gratia habitualis sit res inani-
ma, & per se non sit capax adorationis, ipsa quidem com-
prehenditur sub adoratione, que tribuitur homini iusto,

Obiectio no-
tanda,

Solutio.

Cur deifica-
ta humanitas
nō possit ado-
rari deitate
non adorata:

Cur deitas
cum humani-
tate neces-
sario adore-
tur non item
excellentiā
sua creatū
gratia.

tanquam

ranquam excellentia, ob quam ipsi iusto, ut excellenti honor deferretur, per se tamē nō adoratur: si tū ipsa per se esset rationis capax, non tantūm comprehenderetur sub adoratione, sed etiam ei tanquam digniori, quōd in se nō modo haberet dignitatem, sed eā quoq; homini iusto, ut forma communicaret, eadem adoratio tribueretur. Diuinitas verō non solūm nequit sub adoratione humanitatis deificatę non contineri; sed etiā ipsa per se digna est adoratione; cumq; suam excellentiam, & dignitatem per modum formę humanitati communicet, ut prædictū est; eadem adoratio, quę humanitati deificatę tribuitur, primō ad ipsam deitatem refertur; ac proinde humanitas ita deitate penetrata, sicut ferrum igne, diuina adoratione colitur; non quōd ipsa secundūm se Deus sit, sed quia in ipsa sic deificata, non possit nō Deus includi, sicut ignis in ferro ignito non apparere.

Ex dictis patet solutio posterioris argumenti pro hac sententia. Nam quauis dignitas humanę nature, etiā deificatę, non sit ipse Deus in se, quia tamen est effectus quasi formalis ipsius deitatis, & eam non potest non ita in se includere, ut nec cogitatione possit separari, fit, ut sine diuinitate adorari nequeat; ac proinde ipsa deitas, primo ea adoratione colatur. Nam quo pacto deificata cogitari potest humanitas, quin secum habeat deitatem, & ipsa veluti ferrum igne penetrata sit? Quemadmodum, & homo iustus, qui adoratur, sine gratia & iustitia nequit cogitari; quod ipsa sit ratio excellentię, cuius intuitu ei honor deferretur. Supererat ut responderemus ad prius argumentum eiusdem sententię, sed quia communem cōtinet difficultatem, & afferri potest pro opinione aliorum, quam statim referemus, ideo in fine disputationis diluetur.


Est alius modus explicandi opinionem priorem, quem tradunt recentiores Theologi, Scotus, Durandus, Marsilius, & Gabriel vbi supra; videlicet humanitatem Christi per se posse alia adoratione coli, quam deitatem, si consideretur solum sanctificata gratia habituali, & alijs donis creatis, non tamen ipsa deitate, ut paulo ante dicebamus.

Id ip-

Id ipsum concedit Caietanus, & Corduba, quod attinet ad interiorem adorationem; nam de exteriori eorum sententiam Paulo ante explicuimus: & fortiori ratione cum his facient Henricus, Paludanus, & Almainus; qui superiorum modum dicendi sunt sequuti. Nam si concedunt humanitatē sanctificatam ipsa Deitate posse adorari alia adoratione, quam Deitatem, necessario etiam dicent, sanctificatam gratia habituali, eodem modo posse. Pro hac opinione afferri potest prius illud argumentum, quod fecimus pro præcedenti. Deinde cōfirmatur, quoniam cum adorationes distinguantur, non signo exteriori, sed affectu, & cogitatione; & quisque possit cōsiderare in Christi humanitate sanctificationis excellentiam ex gratia habituali, & alijs donis, non considerata deificatione, quę a deitate prouenit; facile quoque poterit ipsam adorare, non adorata deitate. Hactenus de priori opinione, quam varijs modis explicatam, placuit referre. Nam cum diuerso modo ab autoribus defendatur, non eodem pacto impugnari debet. Superest ergo, ut sequenti capite veriorē sententiam exponamus, & vniuersę probemus nunquam humanitatem sine deitate decenter adorari, & ob id semper latria cum Verbo esse venerandam.

Humanitatem per se sine Verbo non posse adorari, Concilioꝝ testimonijs probatur.

C A P V T III.



Ihi sane summo opere semper placuit sententia, quę affirmat in vniuersum, humanitatē Christi nunquam decenter adorari, nisi adorata simul deitate, & ipso Verbo, cui est vnita. Iuxta quam non solum dicendum est, non posse humanitatem, ut deificatam Verbo, per se coli sine illo, ut præcedenti capite probatum manet: sed etiam nō posse decenter adorari, considerata solum sanctificatione gratię habitualis, & aliorum donorum. Hęc opinionē sequitur Thomas Vvalden.

Decenter humanitas non adoratur sine Verbo.

*Henric.
Palud.
Almai.*

104

102

105

103

*Scot.
Durand.
Marsil.
Gabr.*

Deificatam humanitatē, sine deitate velle considerare, frivolum.

Alio modo exponendi priorē opinionem. Humanitatē ratione solis gratia habitualis per se posse adorari.

Probatum hic modus.

den. tom. 3. qui est de sacramentalibus cap. 119. prope finē, Catherin. opus. de adoratione Imag. colum. 4. Claudius Sainctes de rebus Eucha. repetitione 9. c. 3. satis ante medium, Clichtoueus lib. 2. de Euchar. c. 10. numer. 5. & 6. & Bonauēt. in 3. d. 9. art. 1. q. 1. Docet enim humanitati Christi secundum se, cum donis alijs gratiæ consideratæ deberi dulciæ tantum adorationem; si tamen esset re ipsa separata à Verbo: at quia coniuncta semper est, sic esse semper apprehendēdā, & simul cum Verbo adoratione latriæ adorādā. Fauet eidē sententiæ Mai. eadē d. q. 1. ad 4. cōtra 4. conclus. qui asserit, humanitati secundum se hyperdulciæ adorationem fore assignandā, si à Verbo dimitteretur. In tota vero q. nullam aliam ei nunc assignat, quā latriæ simul cum Verbo. Et Ricard. qui cū eadem d. art. 2. q. 1. nullam aliā, quā latriæ ipsi simul cū Verbo concedat, in solut. 2. solū docet primò & per se non deberi humanitati cultū latriæ, ei tamen per se consideratæ nullā aliam tribuit: imo in solut. 3. eadē cū diuinitate adoratione dicit adorari. Fauet deniq; Albertus eadem d. art. 9. dum asserit, bifariam posse humanitatē considerari. Primum, vt est aliquid personæ Verbi, & sic adorari latria: tum etiam vanè nudam sine deitate, & sic hyperdulciam ei deberi: cum dicit *vane*, intelligit sine dubio non decenter apprehēdi, vt status illius postulat. id quod in præsentī quæstione solū cōtendimus. Neq; enim dicimus, humanitati ratione donorum, non considerata vnione, deberi latriam, sic enim sola hyperdulcia esset tribuenda: sed non decenter apprehendi, vt adoretur, nisi cum ea, qua re ipsa prædita est, excellentia deitatis: sic autem apprehensam, iam demonstrauius superiori capite, nō posse non latria adorari. Quare dicēdum est, debitū honorem humanitati eos nō deferre, qui nudā sine Verbo eā venerantur, & colunt. Nec oppositum sensit beatus Th. et si aduersarij pro se ipsum allegent, vt in fine capitis ostendemus.

Hanc sententiā sic explicatam, videntur mihi Concilia, & Patres tradidisse. In primis in illa Epist. 10. Cyrilli, quæ est Concil. Alex. & approbata in Ephesino, in medio illius sic dicitur.

Vald.
Cather.
Claud.
Clichto.
Bonan.

106

Maior.

Richar.

Alber.

107

Concil.
Alex.
Concil.
Ephes.

Gemina adoratione humanitatis vana.

Conciliorum autoritate præcedēs sententia confirmatur.

dicitur. Recusamus autē & hoc, vt de Christo quisquā dicat propter eum, qui hominem induit eum, qui indutus est veneror, propter inuisibile, adoro visibilem. Et in eadē Epistola, anathematismo 8. ita scribitur. Si quis audet dicere, assumptum hominem, vnā cum Deo Verbo adorandum, & glorificandū, & Deum tanquā alterū cū altero appellandū esse (illud enim particula C V M perpetuo si adiungatur intelligere cogit) & non magis, vnā adoratione Emanuelem honorat, & vnā illi glorificationē, sicuti Verbum caro factū est, adaptat, anathema sit. Et Conc. 5. Constantinopolitanum, quod germanū dicitur, collatione 8. canon. 9. ita definit. Si quis in duabus naturis adorari dicit Christum, ex quo duas adorationes introducit, separatim Deo Verbo, & separatim homini, vel si quis ad interemptionē, vel ad confusionē deitatis, & humanitatis, vnā naturā, siue substantiā eorū, quæ conueniunt, introducens, sic Christum adorat, sed non vnā adoratione. Deū Verbum incarnatum cū propria ipsius carne adorat, sicut ab initio Dei Ecclesie traditū est, talis anathema sit. Quibus in locis, nō rātūm loquendi modū Concilia definiunt, sed etiā verum genus adorationis debite tradunt. Cum ergo Concilium Alex. reprehendit eos, qui dicunt, adoro visibile propter inuisibile, & hominē quem induit, propter eum (scilicet filium Dei) qui ipsum induit; damnat duas in Christo adorationes, etiā si vnus adoratio sit propter aliud. Nam si duas in Christo adorationes introducimus; verē dicere possumus, adoro humanitatē propter Verbum, ac proinde visibile propter inuisibile: sicut cū Sanctos adoramus, alia quidē adoratione, quā Deum, ipsos propter Deum colere dicimur. Hominē autē posuit Conciliū, pro humanitate, non pro supposito; id quod Patribus familiare est. Loquitur enim de homine assumpto, qui non erat suppositum, sed sola ipsa natura humanitatis. Non solūm autē suspēctū modum loquendi, ex quo videtur sequi in Christo diuisio, Concilia damnāt, sed etiā adorationis modū nobis tradūt, quia statim adijciunt, non tantūm eos damnādos, qui dicunt, vnū propter aliū in Christo adorandū, verū etiam eos, qui non potius vnā toti Christo exhibent adorationē, sed duas introducunt. At si possent duæ adorationes ipsi tribui, etiā si suspe-

Humanitatē non diuidi à deitate in adoratione.

108

Conc. 5.
Const.

109

si suspe-

si suspectus esset hic modus loquendi, *adoro visibilem propter invisibilem*: adorationis tamen modus damna. i. nō posset: nec necessarium videretur, vnam tantum Christo adhibere adorationem, cum id ex nostra cogitatione pēdeat, ex qua varius modus adorationis sequi potest.

110

7. Syno.

Præterea in 7. Synod. Generali actio. 1. tom. 6. refertur definitio septimæ Synodi generalis, sic falso nuncupata, quæ, vt auferret omnem cultū imaginum, damnabat eos, qui Christi humanitatem depingebant, quo facto ipsam à deitate separari dicebat, quod deitas depingi non posset. Respondet autem septima Synod. Nicena ibidem his verbis. *Cum Ecclesia catholica Christum pingit humana figura, non diuidit eum a diuinitate illi vnita*. Subditque exemplum, *Sicut qui hominem depingit, non inanimatum depingit*. Cū Synodus dicit, non diuidi Christum intelligit, nec cogitatione diuidendum proponi, quinimò, vt per id, quod videtur, inuisibile etiam simul colamus; quod si sola cogitatione, ad adorandum diuidere liceret, vt opposita sententia docet, non responderet ita Synodus, sed concederet saltem posse cogitatione separari, vt adoretur. Et Theodorus Patriar. Hieros. in epistola, quæ habetur in eadem synodo, actio. 3. prope finem ipsius, inquit, *Adoramus Christi imaginem quemadmodum facies eius visa est non tamen à deitate separata, absit, vt ita sentiamus cum ab ipsa prima conceptione cum deitate vnita sit*. Ac si dicat, sic non diuidimus imaginem Christi à deitate, cum eam adoramus: sicut qui videbant faciem Christi, ipsum non sine diuinitate adorabant. Reddit rationem: quia semper coniuncta fuit: quam rationem cap. 6. latius explicabimus.

Theodo.

111

Nota argu-
menti conse-
quentiam.

Solutiones ad
uersariorum.

1. Solutio ad-
uersariorum
ostenditur es-
se nulla.

Respondent aliqui hunc modum loquendi, *Adoro visibilem, propter invisibilem*, damnari tantum in sensu Nestorij, qui duo supposita in Christo introducebat: at in sensu, quem sequitur prior sententia, non reprehēdi. Verum cōtra hoc est manifesta ratio. Nam si hic modus loquendi, *Adoro visibilem propter invisibilem: & eum, qui assumptus est, propter eum qui assumpsit*, ex se nō significat adorationē vnus suppositi propter aliud (vt volebat Nestorius) atq; catho-
lico

lico sensu ad ipsas naturas potest referri, ex quibus vna sine altera adorari possit, quamuis nō propter se, sed propter alteram adoretur, vt ipsi dicunt, nō deberet Cōciliū, ita absolute damnare, sed tanquam suspectum declarare id, quod in malum sensum retorqueri posset. Cum ergo ita acriter damnet, quia ex modo significationis introducit diuisio, fit, vt in eodem supposito vna natura non possit propter aliā adorari, nec vna separatim ab alia; sed vna simul adoratione ambæ cū supposito veneranda sint. Imo in Anathemat. illo 8. reprehenditur hic loquendi modus, *assumptus homo*, id est humanitas, *vna cum Deo Verbo adoratur*. Quia particula *cum*, vt ibidem dicitur, perpetuo cogit intelligere, tanquam alterum cum altero, humanitatem cum Verbo adorari; ac proinde tanquam duo supposita: *alterum enim, & alterum* cum masculinē accipiuntur, supposita significant, vt in 3. par. S. Tho. quæst. 17. art. 1. dicemus. Sicut si aliquis dicat, se simul Regē cū Regina adorasse, intelligitur suā unicuique adorationem tribuisse. Si igitur particula *cum*, perpetuo cogit sic intelligere, sequitur ex vi suæ significationis id denotari, ac proinde illum loquendi modum in bonum sensum, salua vobis significatione, explicari non posse: & hæc de modo loquendi.

112

Respondent deinde nonnulli circa modum ipsum adorationis, mentem Conciliorum esse duas adorationes ita negare, vt vna tribuatur Verbo separatim, alia verò carni seorsum; non tamē prohiberi duas, quarum qualibet tribuatur toti Christo; diuersas quidē, propter diuersam naturam: vt ita per duas naturas, quæ sunt vnus Christi, ipse diuersa adoratione colatur. Quocirca asserunt eadem supposito Christi, & patriæ, & hyperdulie adorationem separatim exhiberi. Responsio hæc videtur ex Sanct. Thoma desumpta 3. part. quæst. 25. art. 2. quam tamen non esse iuxta mentem ipsius, & Conciliorum mox apparebit. Primum, quia si humanitas coniuncta Verbo, & nō omnino separata, cogitatione nostra apprehenditur, non poterit non adorari latria: sic enim non potest non ap-
E parere

Altera ad-
uersariorum
solutio nul-
lius momenti
esse ostenditur

1. Impugna-
tio.

parere deificata, & ignita, & ita multo excellentior, & nobilior, quam solo dono gratiæ habitualis, & alijs huiusmodi: ut talis ergo veneranda est: nec decet vlla ratione relicta maxima dignitate, & excellentia, minori tantum cultum deferre. Tum etiam hinc saltem habemus, non posse humanitatem per se adorari propria adoratione, nisi Verbo coniuncta apprehendatur: si Verbum etiam per illam adorandum est, ut prædicti Doctores affirmant: qui ergo saltem introduceret duas adorationes, alteram humanitatis sine Verbo considerata, alteram Verbi, damnaretur in Concilijs citatis. Ad hæc, si tantum vellent Concilia negare duas adorationes eo modo explicato, nõ deberent definire, vnã tantum esse exhibendam, cum duæ quoque sano modo tribui possent: at definiunt, vnum esse deferendum honorem, vnã adorationem, quam proculdubio intelligunt esse latriæ, & diuinam, ut Athanasius appellauit, de qua in præcedenti disputatione satis dictum est: ergo tollere contendunt duas diuersas adorationes. Atq; hinc etiam colligitur non solum negari duas adorationes tanquam quorum suppositorum, ut volebat Nestorius, sed duas absolute; quia ex illis sequitur suppositorum diuisio: alioqui non putarent Concilia necessarium vnã tantum duabus naturis in Christo adorationem exhiberi.

Quod si verba S. Thom. 3. p. quæst. 25. art. 1. & 2. rectè expendamus, non docuit Christi humanitatem per se sine Verbo posse adorari, nec posse Christo duas exhiberi adorationes seorsum, alteram hyperduliæ ratione gratiæ habitualis, & donorum; alteram latriæ, ratione diuinæ naturæ, & suppositi, ut quandoq; suppositum vna illarum solū, quandoq; altera tantum adoretur: imo plane asseruit, vnã esse debere Christi adorationem, hoc est vnũ motum adorationis tam affectu, quam signo exhibitum vni Christo, atque ita putat in Concilijs definitum. Quo fit, ut secundum mentem B. Tho. & Concil. in hoc motu adorationis semper habeatur respectus ad deitatem Christi, & suppositi: tum quia ut c. 6. probabitur sine excellentia deitatis numquam

113

Atha.

D. Tho.

114

2. Impugnatio,

3. Impugnatio.

Explicatur locus.

apprehenditur: tum etiam quia in adoratione semper debemus attendere ad maiorem dignitatem illius, quæ colimus. Solum addit S. Doctor id, quod non inficiamur, videlicet hanc adorationem delatam Christo, duplici titulo ipsi deferri, & ratione gratiæ habitualis, & donorum; & ratione deitatis præcipue. Quia vtramq; apprehendimus, & ratione vtriusq; adoratione dignus est: sed vnã ab alia nõ separamus, aut vni seorsum adorationem exhibemus. Sicut eidem homini vna defertur adoratio interior, & exterior, etiam si in illo ratione Ducis, Regis, & Imperatoris, aut alias varias excellentias apprehendamus. Erit ergo Christi adoratio vnã: ex varijs tamen dignitatibus, quas in eo apprehendimus, diuersam habebit rationem: id quod nec Patres, nec Concilia negarunt. & in hoc sensu dici poterit humanitas Christi adorari latria, & hyperdulia, simul tamẽ, eodemq; motu adorationis.

Testimonia Patrum pro eadem opinione.

C A P V T V.

Cyrrill.

115

Vvald.



IN confirmationem eiusdem sententiæ occurrit nobis in primis Cyrrill. Alex. in libro apologetico pro 12. capitibus defensione 8. quo hæcenus nostra opinionem præcipue comprobauimus: vbi docet, filium Dei cum carne sua, vna confidentia, esse honorandum, & adorandum non duabus, ita ut vna corpori tribuatur, altera Verbo: ex quo etiam Thom. Vvalden. superius citatus optimè colligit, vnã solū esse adorationem, humanitatis, & Verbi, quia eadẽ est sedes Dei, & agni, Apoc. 22. id quod ipse quoq; ex Aug. confirmat. Cum ergo confidentia sit ratio adorationis, quia scilicet humanitas sedet à dextris Dei in throno deitatis, & vna, non duabus confidentijs Christus sit adorandus, vna erit in ipso ratio adorationis, nõ duæ, licet in eo duæ sint natura, atq; humana nõ sola deitate sanctificata sit, sed etiã ornata gratia habituali, & alijs donis. Si autẽ duæ possent Christo seorsum exhiberi adorationes, & natura humana in ipso duabus adorationibus:

Ex mente Cyrrilli vnã esse in Christo confidentiam, & eã esse rationem adorationis.

rationibus: tum ratione deificationis, tum ratione gratie habitualis, & donorum tantum, sequeretur, duas in ipso esse confidentias. Alio namque modo federet ratione vnionis ad dexteram Patris: alio vero sola gratia habituali, & alijs donis: sicut Sancti, qui etiam sedent cum Deo in suis sedibus iudicantes 12. tribus Israel. Sentit ergo Cyrillus nullam esse humanitati confidentiam, quae cum Verbo communis non sit in eodem throno maiestatis, quia est in eadem persona: cumque confidentia necessario sit ratio adorationis, existimat, vnam tantum ipsi exhiberi posse. Quare qui plures introducit adorationes seorsum, plures etiam debet concedere confidentias humanitatis, ac proinde Christum in duos diuidere: ideoque Patres, & Concilia duas adorationes semper damnarunt. Doctrinam Cyrilli habet quoque Damasc. lib. 4. de fide cap. 2. vbi cum docuisset corpus Christi sedere ad dexteram Patris, & nomine dexteram intelligendum esse deitatis honorem, & gloriam, subiungit. *In eandem nimirum gloriam ascita ipsius carne: vna etenim eademque cum sua carne adoratione ab omnibus rebus conditis afficitur.* Vbi pro eodem accipit Damascen. confidentiam humanitatis, atque honorem ipsius: quod ipsa confidentia non possit non esse ratio adorationis, & honoris: cumque ea sit vnica ad dexteram Patris, in eodem throno cum Filio, consequitur, eadem cum ipso adoratione, & non alia adorandam esse. Idem plane inquit Leo 1. sermone 1. de ascensione, cuius verba retulimus disputatione 3. cap. 2. Atque haec testimonia contra eos praecipue probant, qui duas introducunt adorationes, etiamsi humanitas coniuncta Verbo intelligatur.

116

Damasc.

Dextera Patris honore est deitatis in Christo.

Testimonium Athanasij ad idem probandum.

Accedit Athanasius oratione illa citata contra Arrianos ad Adelphium fratrem aliquantulum a principio, vbi ait. *Nec istiusmodi corpus (scilicet Christi) seorsum discriminatum a Verbo, adoratione prosequimur, neque Verbum adoraturi, Verbum a carne longe seponimus: sed cum sciamus, vt dictum est, Verbum carnem esse factum, illud iam in carne situm Deum agnoscimus.* Non ait Athanasius cum adoramus corpus Christi, non asserimus esse a Verbo separatum: sed ait, non discrimi-

Leo 1.

Atban.

117

discriminatum adoramus. Quare non solum reprehendit eos, qui dicunt, re ipsa non esse coniunctum, id enim satis manifeste falsum erat, sed eos etiam, qui ipsum seorsum sine diuinitate, vel sola cogitatione diuisum adorant. Adoratio enim tendit in rem, prout a nobis cogitatur. Nec minus disertè id tradit Ambrosius libro de incarnationis dominicae sacramento cap. 7. post medium his verbis. *Nunquid, cum & diuinitatem eius adoramus, Christum diuidimus? Nunquid eum in eo imaginem Dei, crucemque, veneramur, diuidimus cum? quasi dicat, minime.* Per imaginem Dei non intelligit depictam coloribus, sed viuam ipsius imaginem, scilicet filium eius, qui est Christus: per crucem vero, non intelligit lignum, in quo Christus pependit, aut figuram illius depictam, sed eius humanitatem crucifixam: quae omnia ex contextu facile constant. Cum ergo non admittat Ambrosius in Christo diuisionem, quando ipsum adoramus, nullo modo concedet crucem, id est, naturam humanam sine imagine, id est, sine filio Dei, vel sola cogitatione diuisam adorari. Diuisio namque, quae fit in adoratione, ad solam cogitationem refertur.

Ambr.

Theodor.

118

Aug.

Esai. 66.

Deinde Theodoretus, qui ante Nestorianus fuerat in illud ad Ephe. 1. *Secundum operationem virtutis*, ait, *Quod autem assumpta ex nobis natura eiusdem honoris cum eo, qui sumpsit sit particeps nulla videatur adorationis esse differentia, omne miraculum superat.* Quisane dum nullam adorationis differentiam, hoc est, pluralitatem admittit, nostram plane opinionem confirmat. Adde August. in expositione Psal. 98. qui explicans illud, *adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est*: docet scabellum esse humanitatem Christi, quam etiam terre nomine significari arbitratur Esai. 66. cum dicitur. *Terra scabellum pedum meorum.* De terra igitur, & de scabello pedum Domini, nempe de humanitate, sic ait. *Ipsa Dominus dixit, esse remanendum in carne cum de commendatione ipsius terra loqueretur, spiritus est, qui vivificat, caro autem nihil prodest. Ideo & ad terram quamlibet cum te inclinas, atque prosteris, non quasi terram intuearis, sed illum sanctum, cuius pedum scabellum est, quod adoras: propter ipsum enim adoras. Ideo & hic subiicit, adorate scabellum pedum eius,*

E 3 quoniam

Fulera Ambrosij explicatur autoritas Imago Dei, filius Dei.

Theodoro confirmat supra praedicta.

Augustinus testimonium

Cognitionem esse remanendum in carne Christi, unam eam adoramus.

quoniam sanctum est. Quis sanctus est, in cuius amore adoras scabellum pedum eius? Et cum adoras illum, ne cogitatione remaneas in carne, & à spiritu non uiuificeris. Hactenus Aug. Qui autem adorant humanitatem non considerata diuinitate, & deificatione illius, remanent in carne: nec sanctum illum inuentur, & adorant, cuius scabellum est caro illa. Non ergo mirum, si non uiuificentur. Spiritus enim huius carnis ex mente Aug. est Deus, cuius ipsa scabellum est. Id ipsum testatur Patres citati in preced. disp. quos tamen breuitati studens prætermitto, tum etiam, quod manifesta sint eorum testimonia pro hac sententia.

Obiectio.

Sed occurret aliquis, & dicet: iuxta modum philosophandi recentiorum Theologorum, ita humanitatem hyperdulia adorari, ratione donorum, & gratiæ habitualis; ut nec cogitatione à Verbo separetur: imo etiam Verbum ipsum, ratione humanitatis hyperdulia colatur. Verum hanc rationem infirmam esse, si cum verbis Athanasij attentè conferatur, illico apparebit. Nec enim solum dixit, corpus adorari non discriminatum à Verbo, sed etiam eadem, & diuina adoratione cum ipso Verbo, cuius est, adorari: adorato nimirum Deo in carne, ita ut propter coniunctionem, quæ etiam in cogitatione manere debet una sit utriusque adoratio, non dua. Nam, ut dixit Nicetas à nobis citatus cap. 3. disputationis cum coniuncta consideratur humana natura Verbo, ita est quasi igne quodam tota accensa, & deitate penetrata, ut hominis natura ne manere quidem videatur: tametsi alioqui proprietates suas retineat, & ideo deificata à sanctis Patribus dicitur: unde (inquit) etiam una, & eadem earum adoratio est: quod fusius cap. illo tertio prosequuti sumus. Demum Germanus Patriarcha Constanti. in Epist. quæ habetur in 7. Synodo act. 9. ante medium, sic ait. *Hanc ob causam in fide certi sancti illius carnis characterem (id est imaginem) delineantes salutamus, & cultu & honore omni quo decet dignamur: nec ob aliud, nisi in recordationem diuinitatis illius.* Non ait, humanitatis, sed diuinitatis, ut ostendat necessariam rationem adorandi imaginem Christi, ac proinde eius quoque humanitatem, esse

Solutio.

119

Nicetas.


120

Germanus

esse deitatem illius, de quo testimonio iterum redibit sermo lib. 2. disputatione 8. cap. 6.

Rationes eiusdem sententia.

CAPVT VI.



121

Eliguum est, ut ratione quoque, opinionem nostram robaremus, qua simul etiam oppositam refutare necesse erit. Cum verò bifariam ab autoribus defendatur. Primum ut humanitas coniuncta Verbo, & prout ab ipsa deitate sanctificata, possit per se, sine deitate adorari: deinde ut non considerata unione cum Verbo, aut saltem non attendendo ad illius deificationem; sed ad sola dona habitualia, quibus ornata est, etiam si coniuncta Verbo apprehendatur, peculiaris, & distincta ei tribui possit adoratio; probandum nobis superest hoc posteriori modo non posse per se adorari: ex quo perspicuum fiet, nullo modo per se venerandam, & colendam esse. Nam contra primum modum cap. 3. huius disputationis satis pugnatum est; nec alius excogitari potest, quo per se humanitas adoretur.

Prior ratio. Quando humanitas peculiari cultu adoratur, non adorato Verbo, aut ipsa cogitatur sine illo, cum sola gratia habituali, & alijs donis, aut coniuncta: si coniuncta, ut videntur docere nonnulli recentiores, ita ut ratione solius humanitatis, quam colimus etiam Verbum sola hyperdulia adoretur; est sane modus ineptus, & incongruus adorationis. Cum enim, humanitas apprehendatur, ut pars, adoratio respicere debet totum suppositum, & ratione ipsius etiam humanitatem, ut aliquid ipsius: ut ita ratione maioris dignitatis suppositi humanitas potius in eandem adorationem reuocetur, quam Verbum ipsum ad solam inferiorem sibi debita inepte trahatur.

122

Nec refert, quod abiecta prædicata humanitatis Verbo

E 4 tribua-

1. ratio bimembris.
1. Membrum

Cur abiecta
prædicata na-
tura huma-
na tribuan-
tur diuina, nõ
itẽ adoratio

tribuamus, vt eadem ratione adorationem, & honorem solum inferiorem deferre quoque possimus. Nam prædicata mutuò communicantur ratione vnionis, etiam si vnã tantum naturam afficiant; hoc enim sufficit, vt prædicatione ab vna in aliam refundantur: at cum hi autores dicunt adorationem, quæ tribuitur humanitati secundum se ratione illorum donorum, ad suppositum quoque referri; docent etiam, ipsum Verbum ea adoratione affici, nõ sola idiomatum communicatione; sed etiam quia affectus, & cogitatio venerationis, seu ipse cultus, & adoratio externa Verbum quoq; respicit, vt id, quod adoratur & colitur. Decens igitur, & congruens modus adorandi suppositum est ille, qui debetur ratione maioris dignitatis, quam in ipso apprehendimus, & qui sub eadem adoratione humanitatem, vt aliquid ipsius suppositi complectitur. Et quidem de mente S. Thomæ dubitari nõ potest, ipsum nõquam afferuisse duas Christo deberi adorationes: id enim expresse negauit, vt c. 4. notauimus; solumque contēdit, vnã esse adorationem vtriq; nature exhibitam in eodem simul supposito, sed duobus titulis debitam. Exemplum autem, quo S. Thom. probat eidem Christo, ratione duarum naturarum, tanquam duobus titulis eandem deberi adorationem, quia scilicet eidem Deo dulia, & latria tribuitur, ratione diuersarum perfectionum, iam à nobis impugnatum est, disputatione 2. cap. 3.

Alterũ me-
brũ rationis.

Aut humanitas apprehenditur, non considerata coniunctione cum Verbo; sed sola gratiæ habitualis sanctificatione. Et quanuis hic modus adorandi esset possibilis, atque si hoc modo à nobis humanitas illa coleretur, non deberet maiori veneratione, quam hyperdulia adorari; verum nec decenter, nec vt oportet, hoc modo eam nunc veneremur. Licet enim cultus & honor rebus deferatur, media cogitatione; vt tamen digna sit illis adoratio, debent apprehendi, secundum maiorem dignitatem, quam in se habent. Quemadmodum si aliquis haberet titulos Regis, Ducis, & Comitis, ratione quorũ diuersi ei deberentur honores, nisi cultu regio coleretur, valde inniquũ esset, nec vl-

Adoratio
semper ferri
debet in maio-
rem excellen-
tiam eius qui
adoratur.

123

nec vllus debito satisfaceret, si tanquam Comiti inferiorem cultum, quam regium exhiberet; nisi forsan vna eademque persona, in vno regno, aut publico conuentu, iure regio solum gauderet; in alio vero, iure Comitis, aut Ducis. Sicut imperatrix Maria, anno 1585. Madriti in Ecclesia Diui Hieronymi, cum Philippo 3. Hispaniarum Principi ab omnibus regni Episcopis, & Dynastis iuramentũ præstaretur obediētiæ, ipsa quoque & homagij iuramento, eũ principem agnouit, non iure Imperatricis, quo non erat inferior, sed iure Infantis, vt loquuntur Hispani, quo hac in re in Hispania solum potiri potest. Ita ergo qui Christi humanitati honorem defert, ratione gratiæ tantum habitualis, nec considerat excellentiam deificationis, quã habet ab vnione, non adoratur ipsum, vt decet, quia non considerat in ipso, maiorem dignitatem, quam habet; ratione cuius maiorẽ quoque ei exhibeat adorationem: ac proinde facto suo videtur inducere in Christo diuisionem. Qui enim nature humanæ non tribuit honorem debitũ supposito, in quo est, & si non dicat, ab eo separatã esse, ipse tñ separare videtur, cum adoratione sua protestari videatur, ei nullã aliã inesse dignitatẽ, vt maior cultus & honor deferatur. Atque idcirco Concilia, & Patres adeo execrantur duas adorationes. Existimant enim suppositi dignitatem humanitati communicari; sicut dignitatẽ totius partibus; & cum ea necessario esse considerandã, quãdo adoratur, vt dignè eam veneremur. Sic autem consideratam, eodem honore, & cultu, non posse non adorari, satis superque probatum manet. Id quod optimè notauit contra Oecolampadium Clichtoue. lib. 2. de Eucharist. ca. 10. numero. 4. & 5. Dicebat enim Oecolampadius in hæc verba. Imo non satis adhuc iustificabitur adoratio, etiam si corpus adesse conuincat. Qui enim corpus seorsum cogitat, vt sancta illa verba dicunt: hoc est corpus meum, non implet quod dicit Deus Deuter. 6. dominum Deum tuum adorabis. Neque soluisse credimus Christũ, legem de adorando patrem in spiritu, & adoratore ad carnem suam transmississe, à qua semper reuocauit. Respondet autẽ Clichtoue. Caterum non adoratur illic corpus Christi cogitatione separatũ à

Qui adora-
ret humanita-
tem Christi
propter crea-
tas excellen-
tias videatur
inducere diui-
sionẽ in Chri-
sto.

124

125

E 5

Verba

Verbo, ut subinsinuat hic O Ecolamp. sed ne ipsi Verbo indi-
uiduè, & inseparabiliter unitum, & paucis interiectis, Quare
adorans Sanctum illud corpus in Eucharistia, verè & pie Deum
adorat.

Altera ra-
tio humanita-
tè Christi nō
posse a nobis
sine deitate
considerari.

Posterior ratio. Non tantum indecens est, Christi huma-
nitatem hoc modo apprehendere, & adorare, verum etiā,
si adsit recta, & sincera fides, & ignoratio non impediāt,
non possumus humanitatem Christi unitam Verbo non
considerare, cum eam adoramus. Aut enim loquimur de
ijs, qui oculis corporalibus ipsum intuebantur, hi autem,
si credebant ipsum esse Deum, nunquam ipsum, ut purum
hominem, sed ut Deum venerabantur: nunquā ergo, nec
cogitatione humanitatem à diuinitate separabant. Si verò
fermo sit de alijs, qui fide solū, ex auditu credūt esse Deū,
id ipsum patet. Quia nunquā illius recordantur, aut visa
eius imagine, aut alio modo, cogitantes solū naturā hu-
manā in vniuersum, sed particularē: nec alio modo eā ab
alijs singularibus distinguunt, nisi quia illa est Christi, qua
mūdum redemit. Nos enim, quod nesciamus rerum essen-
tias, per notissima accidentia propria vnam ab alia distin-
guimus: sic autem necessariō unita iam consideratur, & di-
gnitate deitatis ornata: ut talis ergo veneranda est. Veluti
cum quis videt imaginem Philippi II. Hispaniarum Re-
gis, statim in eo apprehendit simul regiam dignitatē; inō
ratione illius, ipsum ab alijs distinguit: nunquā ergo hu-
manitas Christi potest sine deitate considerari, ac proinde
nec per se coli.

126

Obiectio ex
Damasceno.

Sed obijcies Damascenum, qui lib. 4. de fide cap. 3. in-
quit, Si diuidas subtilibus conceptibus, quod videtur, ab eo, quod
intelligitur, inadorabilis est, ut creatura. Id quod intelligit S.
Thomas de adoratione latriæ, ut sit sensus. Si humanitas
diuidatur à Verbo, non potest adorari latria: tunc autem
adorari potest ratione alicuius excellentiæ: ergo inferiori
cultu, quàm latriæ. Respondeo, eo loco Damascenum nō
esse sollicitum, an humanitas illa separata à Verbo, cū alia
solum inferiori dignitate cogitari possit, & inferiori cul-
tu, quàm latriæ solum adorari: sed contendit, ostendere
vnde

Obiectio
Damasc.

Respons.

127

Exponitur
Damascenus

vnde ei adoratio latriæ conueniat, nempe ex vnione cum
diuinitate. Quare optimè dixit sub conditione, si subtili-
bus cogitationibus ab ea separaretur, non posse hoc modo
coli. An verò ita possit considerari hæc indiuidua natu-
ra, non determinat: neque vtrum ille esset decens modus
adorationis. Mitto rationem Claudij Sainctis, qui ideo
putat humanitatem non per se decenter sine deitate ado-
rari, quia adoratio terminatur ad id, quod existit: huma-
nitas autem non habet aliam existentiam, quam deitatis:
nam quod hæc ratio assumit in maiori, & minori propo-
sitione, satis difficile est.

Obseruandum verò est, non esse eandem rationem de
Verbo, ut possit sine sua carne, & de humanitate, ut possit
sine Verbo adorari. Tum quia caro, ut est Christi, non po-
test sine deitate à nobis considerari, ut probatū manet: tū
etiam quod in ea maxima dignitas cōsideranda est, ut di-
gnè a nobis colatur, sicut prædictum est: hæc autē non po-
test sine Verbo cogitari. Verbum autē diuinū primū qui-
dem optimè cōsiderari potest ut secunda persona Trinita-
tis, sicut ante incarnationem, non considerata ipsius car-
ne; nec enim per hanc ipsum ab alijs distinguimus perso-
nis: deinde, cum maximam dignitatem, secundum quam
adorari debet, ex se habeat, & non a carne; ac proinde ra-
tione sui sit colēdū, optimè sine carne potest adorari. Qua-
re cum Athanasius oratione illa supra sapius citata dixit,
nec Verbum sine carne, nec carnem sine Verbo coli, non putauit
æquā esse vti iusq; necessitatē. De Verbo quidē ideo dixit,
sine carne nō adorari, quoniā caro illius, non est reijcien-
da ab adoratione, ac si impediret, non quia sine illa Ver-
bum cogitari nequeat, nec adorari: de ipsa verò carne eò
asseruit, sine Verbo non adorari, quod non deceat

128

Athan.

Cur humani-
tas non sine
Verbo, Ver-
bum tamē si-
ne humanita-
te adoretur.

Locus ex A-
thanasio de-
claratus.

vllō modo, sine maxima eius dignitate,
ipsam venerari, ut expli-
cauimus.

(o. r.)

Solutio



Reliquū est, vt duo argumēta diluamus, quæ ex priori sententia tertio modo explicata c. 3. huius disputationis in fine supersunt. Ad primū, quod in vniuersum, iuxta quemlibet modum probare videtur, respondemus: aliam esse rationem orationis, & laudis, quam adorationis. Licet enim hi omnes tres actus sint patriæ, & religionis, sunt tamen inter se diuersi, vt ex disputat. 1. cap. 4. perspicuum est. Quare nō est necesse, vt eodem modo referantur in eum, cui cultus ipsarum exhibetur. Concedimus ergo orationem, & laudē dirigi posse ad solam humanitatē; ita vt ipsam solūm laudare dicamur, & orare: non tamen adorationem, nisi etiā Verbum simul cum humanitate eadem adoratione colatur. De oratione constat: quia cū hac postulemus aliquid pro nobis fieri, & humanitas per se sola possit pro nobis facere aliquid, quod non facit Verbum (nisi communicatione idiomatum, de quo non est quæstio) scilicet pro nobis deprecari, & intercedere apud ipsum Verbum: fit vt oratio dirigi possit ad ipsam humanitatem: ita vt non nisi sola communicatione idiomatum Verbum afficiat: tūc verò oratio non erit actus religionis, & patriæ, sed duliæ. Oratio namque, quæ constituitur actus religionis, distinctus ab adoratione, & laude, ea solūm est, quæ fit ad Deū, hæc enim est cultus Dei, quem solum respicit religio: quæ verò fit ad Sanctos, non est cultus Dei proximè, sed Sanctorū, quos ex dulia varijs modis, sicut Deum ex religione colimus, vt disput. 1. cap. 4. notauimus. Cum autem dicimus, orationem fieri posse ad humanitatem, vt pro nobis intercedat, intelligimus iuxta notata in hac disputat. cap. 2. non post mortem suam, sed ante illam potuisse, atque ex se minimè id repugnare. Eodem pacto & laus ad solā humanitatem dirigi potest, quæ tñ nō erit religionis, sed duliæ opus, vt de adoratione diximus. Quia quātum-

uis

Per se explicatur quomodo oratio, & laus humanitati soli competat non tantum adorationi.

Humanitas per se sola potest intercedere apud Verbum.

Distinctio orationis quæ fit ad Deum & sanctos.

129

130

uis eius excellentiam, etiam deificationis, prædicemus nūquam ipsam Deum esse dicemus: quare nec diuinis laudibus, sed quæ superant omnes alias humanas, commendabimus. Cum enim laus sit prædicatio quædam, & enuntiatio dignitatis, & gloriæ eius, quod laudatur; dignitas verò humanitatis, etiam deificatæ, non sit esse Deum, aut esse ipsammet deitatem, sed sit quasi effectus eius, etiam si deitatem, veluti causam formalem, extrinsecam tamen, includat: fit, vt laus tantum afficiat humanitatem, tãquam id, quod laudatur, non Verbum, aut deitatem. Adoratio verò non potest solam humanitatem afficere, quin etiam comprehendat, & afficiat ipsum Verbum: eius namque alia diuersa omnino ratio est, atque natura. Nam adoratio est voluntas exhibendi alicui notam submissionis ex apprehensione dignitatis, & excellentiæ illius: cumque vt alicui dignè adoremus, debeamus ad maximam illius dignitatem attendere, etiam si alias simul excellentias illius cogitemus, & ratione omnium submissionis ei notam tribuamus, fieri non potest, vt Christū ratione solius gratiæ habitualis, & aliorum donorum dignè adoremus, nisi simul deitati illius cultum deferamus. Cum verò laudamus rem aliquam, non opus est, ad maximam illius dignitatem animum conuertere, sed circa omnes illius dotes, & dignitates singulatim laus nostra versari potest. Quare nulla mentione facta Verbi, & deificationis, laudare possumus gratiam habitualement, scientiam, & reliquas dotes humanitatis. Præterea cum deprecamur, oratio non fertur in purpuram Regis, aut thronum, sed in solam personam, vel naturam, quæ sola præstare potest id, quod postulamus. Eadem quoque ratione sacrificium, quod est aliud religionis opus, non dicitur offerri ijs, quæ coniuncta sunt Deo, neque humanitati, neque imagini eius, sed ipsi soli quatenus Deus est; cum tamen adoratio tribuatur humanitati, & imagini etiam ipsius Christi: quia nota illa submissionis ex affectu submissionis hæc omnia comprehendimus: sacrificium verò cum sit solūm protestatio diuinæ potestatis, & dominij, qua ipsum colimus, vt vitæ & mor-

131

132

Discrimē adorationis & laudis, respectu humanitatis deificatæ.

Sacrificiū humanitati Christi si non potest offerri.

& mortis autorem, non potest alium, quam Deum ipsum, ut Deus est, respicere. Iccirco neque eius humanitati sacrificium offertur, ita ut ipsam respiciat, licet per communicationem idiomatum, homini etiam dicatur offerri. Verum, ut supra notauimus, praesens quaestio non est, an per idiomatum communicationem honor patriae humanitati tribui dicatur; sed utrum ita humanitatem afficiat, ut in ea quoque feratur, & adorationis patriae aliquo modo ipsa sit particeps. Dicimus ergo, sacrificij nullo modo participem effici Christi humanitatem, ut aliqua ratione ei dicatur offerri, ob rationem praedictam; tamen sub adorationem, quae defertur deitati, ipsa quoque humanitas cadat. Sic August. 10. de ciuitate, cap. 20. de Christo homine inquit. *Cum in forma Dei sacrificium cum Patre sumat: tamen in forma serui sacrificium maluit esse quam sumere; ne vel hac occasione quisquam existimaret, cuiuslibet sacrificandū esse creatura.* Nec vero ex his verbis colligere licet, Christo potuisse sacrificium offerri, quatenus homo erat; illud autem sibi offerri noluisse, ne alijs occasionē praerberet cuicunque sacrificandi: sed cum alias soli Deo natura sua debitū sit sacrificiū, nec alteri dignè, quam ipsi possit offerri, ut docet S. Tho. 2. 2. q. 85. art. 3. plane affirmat Aug. humanitatē Christi (quae sua erat humilitas) noluisse sibi illud arrogare, ita tamen, ut nec velle potuisset, sicut neque peccare; atque hac sua humilitate exemplum nobis praebuisse, ne vllus sibi sacrificium usurpare vellet.

Neq; oppositum infertur ex verbis Athanasij in lib. de incarnatione Christi post primum folium; ubi, ut retulimus disput. 3. cap. 2. de Christi corpore, quod unitum sit Verbo, inquit: *Ac proinde illi sacra offertis, adhibetisque vestra adorationem.* Nam cum dicit, *sacra offertis*, non intelligit sacrificium, sed signa adorationis, quae sacra merito dicuntur, sicut in 7. Synodo act. 7. in definitione fidei, definitur imagines colendas esse oblationibus suffituum, & luminariū, de quibus lib. 2. disp. 9. c. 4. dicemus: sed de differentia inter laudē, orationem, sacrificium ex vna parte, & adorationē ex alia iterū ibidē. Ad secundū verò, ex praedicta doctrina

133

Aug.

134

S. Thom.

Atham.

7. Synod.

Expositio
cas Athan.

Strina totius disputationis, quid sit respondēdū patet. Nam humanitas Christi, ratione gratiae habitualis, sine vnione, ideò nequit, ut oportet, adorari; tum quia indecens est, sine maxima dignitate ipsius, & suppositi, cuius est natura, eā apprehendere: tum etiam quia sine Verbo nunquam à nobis cogitatur, ut notatum est.

Sed obijciat adhuc aliquis, frustra reprehendi à Concilio Alexandrino, & Ephesino, in illa Epistola 10. apud Cyrillum, & in illo Anathematismo 8. modum illum loquendi, *Assumptum hominem, vnā cum Deo Verbo, adorandum, & glorificandum.* Eò quod particula *cum*, cogit intelligere, tanquam alterum cū altero adorari, & glorificari. Qui enim diceret, hominem seu humanitatem assumptam, cū Verbo adorari, nec adderet *tanquam alterum cum altero*, non censeretur notam aliquam mereri. Quia particula *cum* non videtur necessario denotare, tanquam alterum cum altero, quandoquidem ex sententia Patrum (praecipue Epiphani) quos citauimus disputatione 3. cap. 2. purpura Regis non dicitur adorari, sed coadorari cum Rege: non tanquam alterum cum altero, sed tanquam pars, vel aliquid ipsius: & similiter humanitas Christi cum Verbo. Potius ergo notari deberet modus ille loquendi, quod concretum homo indicare videatur illam diuisionem, cum dicimus, *homo adoratur cum Deo*, tanquam si homo in alio esset supposito, simulq; cum Deo adoraretur. Respondeo, non reprehendi modum illum loquendi, quod utatur concretis, his enim utuntur Patres frequenter pro abstractis: atque manifestum est, eo loci hominem pro humanitate usurpari, cum dicatur homo assumptus, qui nō fuit nisi humanitas: sed notatur modus ille ratione particulae, *cum*, ut Concilia ipsa fatētur, verbis superius citatis cap. 4. quia ea particula, ut dicitur in eo Anathematismo ex vi sua cogit, tanquam alterum cum altero intelligere. Nihilominus tamen idemmet Cyrillus in Apologetico, in defensione illius Anathematismi, ea ratione cōcedit optimè dici posse, *Verbum cum carne sua propria adoratur*: quia sic particula *cum*, non denotat, tanquam alterū cū altero, colī, si quidem.

135

136

Cirill.

Solutio.

Obiectio.

Apud patres
concretis
nōna poni pro
abstractis.
Solutio.

Excusat
Cyrillus modum
loquendi quo
vix videbatur
contra anathematismo.

dē iā additur, cū carne sua. Qui enim dicit suā esse, dicit eā sibi substantialiter vnitam. Quemadmodum etiam optime dicimus (inquit Cyrillus) anima hominis adoratur cū carne sua: sic enim denotamus, animam conuenire cum corpore ad hominis constitutionem, & Verbum cū carne sua ad compositionem eiusdem personæ. Secus esset si diceremus, Ioannes ascendit simul cum Petro: sic enim (ait Cyrillus) tanquam alter cū altero significaretur. Hoc acto, & his exemplis respondet Cyrillus ad obiectionem Orientalium, qui ipsum fugillarunt, quod dixisset, Verbum cum carne sua adorandum: ex quo ratione particule cum, in Anathematismū incidisse videbatur. Cōcedit ergo hanc propositionem, *Christus adoratur, vel Verbum, vel Deus cum carne sua*. Cū enim additur *sua*, conuentus in vnā personam indicatur. Qua ratione, & purpura Regis cum Rege recte dicitur adorari. Nequit tamen dici, humanitas vel homo adoratur cum Deo, vel cum Verbo, aut coadoratur cum eo. Tunc enim, cum aliunde non denoteretur vnio, quia non adiicitur particula *sua*, inducitur diuisio suppositorum, quod vnicuique sua videatur tribui adoratio, & particula *cum*, non vnitatem adorationis, sed plurium adorationum concursum significet.

At vrgeat quispiam vlteriū in hunc modum. Humanitas secundum se perfectius adoraretur, quā per accidens, & vt Verbo coniuncta: cur ergo hic modus adorationis perfectissimus humanitati denegandus est? Respondeo, perfectius esse ratione coniunctionis arctissimæ, vt aliquid Dei, & cum sua persona honore diuino adorari, quā per se coli inferiori aliquo cultu, & honore: & quamuis imago eodem modo per se non adoretur, sed coniuncta exemplari, sicut humanitas Verbo: hæc tamen eò perfectius, hoc modo diuino honore colitur, quò perfectior est coniunctio eius cum Verbo, & potiori ratione aliquid illius esse dicitur, quā imago exemplaris. Imago enim sola cogitatione cum prototypo coniungitur, & secundum se capax non est honoris sine exemplari, vt lib. 2. disput. 8. cap. 8. & 9. mōstrabimus: humanitas verò est natura ipsius

Refleditur
Verbum ad
vari: cum car-
ne sua vnita
men humani-
tas vel homo
cum Verbo.

Obiectio.

Solutio:

Cur humani-
tatis Christo
non due ado-
rationes, sed
vna tribuatur

137

138

ipſius Verbi, ipſi hypſtaticè vnita, ſecundum ſe rationis, & honoris capax, quæ licet non ſit per ſe honore diuino veneranda; ratione tamen perſonæ, perfectiùs illum participat, quam imago cultum exemplaris: & hoc fatiſ eſt, vt perfectiùs humanitas, prout deificata, & Verbo cōiūcta, diuina adoratione colatur, quam per ſe inferiori aliquo cultu adoretur. Adde, quòd humanitas ita per accidens adoratur cum Verbo adoratione latræ, vt ſimul in ea apprehendamus excellentiam gratiæ habitualis, & donorū, quibus digna etiam redditur adoratione; & ratione quorum ſimul ipſi ex affectu honor deſertur: non quidem diuerſa adoratione, ſed eadem, quæ duobus titulis exhibetur, vt cap. 4. explicatum eſt, in quo etiam humanitas imagini depictæ antecellit. Eā verò nō poſſe per ſe ſine Verbo decenter adorari non derogat eius excellētia, ſed mirum in modum eam auget, quòd in eo ſuppoſito ſit, in quo maior excellentia ſit attendenda.

Humanita-
tis Chriſti
imaginis diſ-
crimen.

Duplici titu-
lo humanita-
ti Chriſti-
na ſimul ado-
ratio deſer-
tur.


139

De adoratione Sanctis debita. Disput. 5.

Qui negauerint, Sanctos eſſe adorandos. cap. 1.
Sanctis deberi ſacrum cultum adorationis. cap. 2.
Diluuntur hæreticorum oppoſitiones. cap. 3.

Qui negauerint, Sanctos eſſe adorandos.

C A P V T I.



Atenus eò difficilior fuit diſputatio, quòd cū Catholicis, qui maxima probabilitate, & prætextu religionis nobis aduerſantia docuerunt, pugnatum eſt. Nunc verò cū Ethnicis, & Hæreticis facilior ſupereſt pugna; cū tam manifeſtè pugnantia veritati, & pietati aſſerant, vt eorum falſitas, & abſur-

F ditas

*Dulia adora-
tionem laudē
& adoratio-
nem Sancto-
rum cōtinet.*

ditas, imperito etiam vulgo statim appareat, sed ne videamur ipsorum congressum effugere, catholica veritas contra ipsos probanda, atque imperitis, & inconcinnis eorū rationibus respondendum est. Cum verò dulia, quæ pars obseruantia erga dominos constituta à nobis est, disput. 1. cap. 4. non vno solum modo Sanctos colat, nam ipsos inuocando, aut adorando, aut laudando honore prosequitur: hac disputatione non de laude, quòd nullam habeat difficultatem; nec de inuocatione Sanctorum, quia peculiare postulat tractatum; sed de adoratione ipsis debita (quæ 3. loco proposita fuit) differere instituti nostri ratio postulat. Est igitur questio nobis examinanda, an Sancti non modo vt cumq; honorandi, & colendi, sed etiā peculiari honore adorationis afficiendi sint.

140

*Qui primi
ad adorationem
Sanctorum re-
prehenderint*

Nullus hactenus fuit, nisi Ethnicus, Mahumetanus, aut hæreticus, qui Sanctis ob ipsorum sanctitatem peculiare adorationis cultum plusquam ciuilem denegaret. Ex hæreticis verò primum autorem huius erroris fuisse Eustathium Sebastiensem putarunt, Alphonsus de Castro libro aduersus hæreses, verbo *Sancti*, & Gabr. Prateolus verbo *Eustathius*: imò addit Alphonsus damnatum fuisse in Concilio Gangrensi: allegant verò in suam sententiam Socratem lib. 2. ipse tamen eo libro cap. 33. & Nicephorus libro 9. cap. 16. & 45. vbi errores Eustathij recensent, huius nullam mentionem fecerunt. Nec in canonibus illius Concilij talis error expressè damnatur. In præfatione tamen illius similis error Eustathio ascribitur. De ipso namque dicitur, loca Sanctorum martyrum contemnere, & omnes, qui illhuc conueniunt reprehendere, & can. 5. qui refertur cap. *si quis docet*, dist. 30. definitur in hæc verba. *Si quis dicit domum Dei contemptibilem esse, & conuentus, qui in ea celebrantur, anathema sit.* De eodem inquit Socrates, & illis qui Ecclesias detestabantur, persuasit, vt in ædibus suis communionem facerent. Ex quibus non satis deducitur, adorationem Sanctis debitam abstulisse; sed conuentus solum in Ecclesia, communionis & cœnæ causa, damnasse. Quam etiā ob rem Concilium de eodem dicere potuit, loca San-

*Alph:
à Castro
Prateol.*

141

*Communione
in priuatis
domibus sua
sit Eustathi-
us.*

*Ionas,
Aurel.*

142

Hieron.

*Ion.
Aurel.*

143

ctorum martyrum contempisse. Sicut enim ex eo, quòd loca Sanctorum martyrum, & Ecclesias spreuit, non sequitur, adorationem Deo debitam, denegasse: sic etiam nò licet colligere, Sanctorum adorationem abstulisse. Ad hæc cū Eustathius, teste Iona Aurelianensi, tom. 5. Biblioth. sacrae lib. 1. de cultu imaginum, ante mediū, reliquias martyrum contempserit, sicut Vigilantius; forsan hac sola ratione, Ecclesias, & loca martyrum, in quibus corpora eorum condita erant, spernebat. Inde tamē, non licet inferre, adorationem ipsis martyribus exhibendam, sed cultū solum reliquiarum abstulisse, id quod longè diuersum est. Deinde in eodem errore fuisse videtur Vigilantius, Barcinonen. vt est apud Hieron. Epistola 57. Verūm ex Hieronymo nò colligitur, Vigilantiū ita docuisse, solum ille refert negasse reliquiarum venerationem, & ideo Christianos cinerarios, & idololatrias appellasse. Idem error ascribitur Claudio Taurinensi. ex Iona tamen Aurelian. lib. 1. & 2. de cultu imaginum solum constat id, quod ex Hieronymo de Vigilatio dicebamus: nempe cultum reliquiarum, crucis, & imaginum impugnasse: ex quo non potest inferri, contra ipsam quoq; Sanctorum venerationem, & adorationem aliquid docuisse. Nam hæretici nostri temporis Calvinistr, qui negant crucem Christi, imaginem, & reliquias ipsius adoratione prosequēdas, non statim hoc ipso docēt, Christum ipsum nò esse adorādū; imò ei latriæ honorem, & adorationem exhibent; cum tamen eius cruci, reliquijs, & imagini nullam concedant. Sic ergo, qui martyrum, & aliorum Sanctorum reliquias, vt Vigilantius, vel etiā imagines exsecratur, vt Claudius Taurinens. nò proinde negant, adorationem ipsismet Sanctis in propria persona debitam. De imaginibus namq; & reliquijs peculiaris est difficultas, & quoad modum attinet adorationis, & cultus, inter Catholicos adhuc non satis definita. Atq; forsan nihil aliud docere voluit Faustus Manichæus apud Aug. lib. 20. cōtra ipsum Faustū c. 21. dū Christianos reprehēdit, quòd martyrum memorias honorarēt; & idola in martyres cōuertissent, vino & dapibus defunctorū vmbas placātes; negans

*Reliquiarum
veneratio ju-
blata ab Euf-
tathio & vi-
gilantio, &
Claudio Tau-
rinensi, nò au-
tem sanctorū
adoratio.*

*Manichæus
cur in secta
retur mar-
tyricolas.*

negans nimirum cultum, & venerationem reliquiarum, & sepulcrorum, non ipsorum martyrum. Demum Liadanus in suo dubitatio dialogo 2. hunc errorem tribuit Porphyrio, quoniam teste Augustino 19. de ciuit cap. 23. ex quo desumpsit Thom. Vvaldens. 3. tomo cap. 118. numero 1. Christianos insimulabat, quia demones adorarent. Cæterum aperte non constat, an solum demonum malorum cultu Christianos notaret: vel quod omnes etiam Angelos, & Sanctos colerent.

Lindan.
Aug.

Vvald.
144

Julianus ap-
stat primus
osor cultus
sanctorum.

Primus igitur, qui absque dubio cultum, & adorationem Sanctorum negauit, videtur Iulianus apostata, qui apud Cyrillum lib. 6. contra ipsum §. quid tale, obijcit Christianis, quod multos miseros homines vsos quadam lege dura, & aspera, agrestemq; barbariem spirante (intelligit martyrium, & pœnitentiam) colerent. Eiusdem erroris Iuliani meminit Nazian. orat. 3. num. 27. & ibidem Elias in illa verba, *Non victimas pro Christo*. Idem opponebat Augustino Maximus Madalaurensis in Epistola ad ipsum, quæ est inter alias August. 43.

Cyrril.

Nazian.
Elias.

Qui prohibe-
runt cultum
sanctorum edi-
cto publico.

Verum his omisis, qui Gentiles erant, aut Gentilium superstitionem sectabantur, relictis etiam Mahumetanis, qui in eodem versantur errore, ex hæreticis primus fuit Leo Isauricus, quem sequutus est Constantinus Copronymus; qui publico edicto omni cultu, & inuocatione Sanctorum, populo interdixerunt, vt refert Cedrenus in vitis ipsorum, & est apud Nicephorum lib. 18. in fine ex Suida. Quocirca de beata Virgine, vt refert Nicephorus, asseriebant; eam solum honore, & reuerentia sacra dignam fuisse; quando Christum in vtero gestauit: postea verò, nihil alijs feminis dignitate præstitisse, vt ei cultus sacer, & plusquam civilis tribueretur. Atque hoc modo communem adorationis cultum Christo in vtero Virginis tribuebant, nullum autem ipsius Virginis sanctitati. Eundem errorem, post multos annos suscitauerunt Viceffistr, vt narrat Vvaldens. tom. c. 118. num. 2. eumq; tribuere videtur magistro eorum Viceffo cap. 130. tametsi dicat, hos hæreticos aliquam salutationem Sanctis concessisse; forsan vt hæreticos nostri.

Cedren.
Niceph.

145

Calu.
Centur.

nostri temporis, ciuilem tantum, non tamen magnificam illam, maiorem quam ciuilem, quæ ob ipsorum sanctitatem eis debetur. Quocirca Calvinus, lib. 1. institutionum cap. 11. §. 11. & cap. 12. §. 1. & 2. & Centuriatores centuria 1. lib. 2. cap. 4. qui sacram adorationem, & honorem, quem Sanctis deferimus, idololatriam appellant, antiquiores hæreticos, quos imitarentur, non habuerunt, quam Leonem Isauricum, & Constantinum Copronymum Imperatores: secuti sunt tamen antiquissimos Gentiles, & Mahumetanos, præcipuos huius erroris autores: rationes verò, quibus hanc suam hæresim confirmant, cap. 3. referemus.

A Caluino
Sanctorum cul-
tus idolatria
dicitur.

146

Sanctis deberi sacrum cultum adorationis.

C A P V T II.



Proposita sententia catholica est, perpetuo Ecclesie vsu, & traditione confirmata: nempe Sanctis deberi sacram adorationem, & cultum maiorem quam ciuilem, quem ciues sibi mutuo exhibent; minorem tamen, quam patrie, quem soli Deo tribuimus: eam vero adorationem Sanctis debitam scholastici merito duliam appellarunt, vt disput. 1. cap. 1. notauimus. Hanc doctrinam contra hæreticos latissime confirmant Thom. Vvaldens. & Alphonsus de Castro locis allegatis, Martinus de Ayala opus. de traditionibus 3. par. consideratione 7. de cultu Sanctorum, Alanus Copus dialogo 3. a cap. 21. Canisius lib. 5. de beata Virgine a cap. 14.

Thom.
Vvald.
Castro.
Ayala.
Alan.
Canisius.

Num. 22
147
Ios. 5.
1. Re. 28.
3. Re. 18.
4. Re. 2.

Primum autem ex Scriptura probari potest; Numerorum 22. Balaam adorauit Angelum pronus in terram: Iosue 5. cap. Angelum quoque eodem modo adorauit: 1. Regum 18. Saul animam Samuelis: 3. Regum 18. Abdias Eliam, cum tamen ipse esset in maiori dignitate ciuili constitutus: 4. Regum 2. filij Prophetarum Eliseum: qui tamẽ, ob id non reprehenduntur in Scriptura: imò id, quasi aliquid egregie ab ipsis factum, narratur: adoratio ergo Sanctis exhibita, laudanda potius, quam reprehendenda est. Illum

Loci ex scri-
ptura.

verò cultum non fuisse ciuile solum, quo ciues equalis dignitatis mutuò se prosequuntur, nec qui deferri solet ciuibus in maiori dignitate ciuili constitutis, ratione, quam paulò inferiùs adducemus, facillè patebit.

*E definitio
ne Ecclesie
idè probatur.*

Secundo eadem veritas ab Ecclesia definita est, & primum etiam ab Iconomachis in sua 7. Synodo generali, sic falsò nuncupata, quæ refertur in 7. vera Synodo Nicena. 2. actio. 6. tomo 6. Hi enim cum definissent, vt volebat Constantinus Copronymus, imagines non esse colendas: in hoc tamen articulo, ei noluerunt assentiri, qui cultum omnem Sanctorum auferre eodem pacto moliebatur. Ipsi ergo definierunt, vt constat ex 7. Synodo actione 6. tomo 6. in definitione 17. Sanctos, & adorandos esse, & inuocandos: quod dixerim, vt pudeat Caluinum, aliosque hæreticos nostri temporis, qui contra imaginum cultum, definitionem illius Synodi proferunt: cui tamen in articulo de cultu Sanctorum nullam omnino fidem habent. Eadem veritas expressè recepta & definita fuit in 7. Synodo Nicena 2. actione 2. in Epistola Adriani 1. ad Constantinum, & Irenen: & actione 3. in Epistola Theodori, & actione 4. in Dialogo Leontij Episcopi Neapoleos lecto in eadem sessione, & in Epistola Germani Patriarchæ demum actione 7. in definitione fidei, in Concilio Tridentino, sessione 25. cap. de inuocatione, & veneratione Sanctorum. Accedunt Concilia omnia, quæ 2. lib. disputat. 6. cap. 2. pro adoratione imaginum, & quæ 3. lib. disputatione 3. cap. 2. pro reliquiarum veneratione, allegabimus: in quibus cum definitur, imagines, & reliquias Sanctorum colendas esse, & adorandas; idem fortiori ratione, de ipsis Sanctis decernitur. Loquuntur autem Concilia omnia de cultu illo, & adoratione sacra, maiori quàm ciuili, de qua cum hæreticis erat controuersia. Nec video aliam peculiarem in Ecclesia de hac re definitionem vnquam fuisse, quòd res adeò nota esset, vt ea, nisi ad Imperatorum, & hæreticorum insolentiam, & procacitatè reprimendam, necessaria non videretur.

Tertiò, id ipsum Patres permulti tradiderunt ex Græcis

7. Syno.

148

*Adr.
Theod.
Leontius
German.
Concil.
Trid.*

149

*Iustin.
Origen.
Euseb.
Athanas.
Basil.
Nazii
Nyssen.
Epiph.
Cyrill.
Chryst.
Theod.
Tertul.
Cyprian.
Ambr.
Max.
Aug.
Ber.*

150

cis quidem Iustinus in 2. Apologetico pagina 7. Origen. homil. 3. in diuersos, Euseb. 13. de præparatione. Euangelica cap. 7. Athanas. lib. de virginitate circa finem. Basil. lius orat. in S. Mamantem & orat. in 40. marty. Nazi. in orat. 1. in Iulianum, quæ est 3. in ordine Nyssen. orat. in Theodorum martyrem, Epiph. heresi 79. vbi solùm de honore beatæ Virginis agit, Chryst. homil. de Sanctis Iuuentino & Maximo, Cyrill. 6. lib. in Iulianum, Theodoretus libro 8. Græcarum affectionum, Damasce. 4. de fide cap. 16. & 17. Ex Latinis verò Tertullianus libro de corona militis, Cyprianus Epistola 34. Ambros. sermone 6. Maximus sermone de natali Sanctorum Octauij, Aduentoris, & Solutoris, Hieronymus Epistola 53. August. sermone 1. de sanctis Petro, & Paulo, & Epistola 44. & lib. 20. contra Faustum, cap. 21. Bernard. sermone in illud Apocalypsis 12. *Signum magnum*, &c. Ex quibus omnibus Iustinus, Athanasius, Augustinus, sermone illo 1. & Bernardus, loquuntur non solùm de honore in vniuersum, sed etiam de cultu adorationis, de quo nunc est difficultas. Ceteri verò licet de honore vniuersè loquatur, eadem ratione de peculiari illo, qui est adorationis, intelligendi sunt. Qui enim semel concedit, Sanctos esse honore afficiendos, adorationem quoque eis non denegabit. Honor enim ideò latius patet, quòd etiam equalibus, & maioribus, atque alijs signis, quam submissionis, in quibus solùm adoratio sita est, deferri potest. Cum ergo in Sanctis sit dignitas excellentiæ, qua ipsos maiores, & superiores nobis agnoscere debemus; ea etiam sufficiens est, vt nota exteriori submissionis eis adorationem exhibeamus. Hunc verò honorem, ac proinde adorationem Sanctis debitam, maiorem esse, quam ciuilem, quod contra hæreticos probare contendimus; facili ratione mox apparbit: interim tamen nobis illud sufficiat, si semel concedimus Sanctis honorè & cultum, adorationem quoque tribuere opus esse, cum ipsi superiores nobis sint. Nec nomine adorationis, aliquè offendi iure posse, vt optimè notauit 7. Synod. act. 4. ex S. Anastasio. Nec enim idè est quod

*Testimonialia
tinorum.*

*Et honorari,
& adorari
sunt.*

latria, vt idem Pater ibidē dixit:quinimò, vt scribit Tharasius ad Constantinum, & Irenen, cuius Epistola habetur in 7. Synod. actio. 7. adorationis vox ad cultum Regibus etiam exhibitum extenditur. Quare & hæretici nostri tēporis, qui cultum ciuilem Sanctis concedunt, adorationē etiam ciuilem non denegabūt:eam verò debere esse sacrā, & plusquam ciuilem hac ratione probatur.

Adoratio-
nem Sancto-
rum esse plus
quam ciuilem
contra here-
ticos ratione
probatur:

Cum adoratio, quæ est submissionis nota, exhibeatur semper alicui ratione excellentiæ, vt disput. 1. explicatum manet: quò maior fuerit excellentia, eò maior esse debet adoratio, siquidem perfectio adorationis ex apprehensione excellentiæ expendi debet: quo fit, vt eadem corporis inclinatio, interdum latriæ, nonnūquā verò sit duliæ adoratio. Sed in Sanctis, siue inter nos degāt, si vt Sancti habeantur, siue mortui sint, & cū Deo iam esse credantur, vel in eius gratia ex hac vita migrasse, apprehendimus excellentiam quandam maiorem, imò alterius ordinis, cū eos adoramus, quam sit quæcumq; ciuilis dignitas, nimirum sanctitatis, filiorum Dei, & heredum Regni cœlestis: ergo nota submissionis, quam ipsis ea ratione exhibemus, maior adoratio est, quam quæ tribuitur cuilibet in dignitate ciuili constituto: & idem de quouis cultu & honore dicendum est. Cum ergo Scriptura, & Patres loquātur de cultu, & adoratione Angelis, & alijs Sanctis exhibita ratione sanctitatis, non alicuius ciuilis excellentiæ, fit vt de maiori honore, & adoratione, quam ciuili intelligantur.

Diluuntur Hæreticorum oppositiones.

C A P V T III.

Prima hæ-
reticorum obie-
ctio.



A Eterum pro sententia hæreticorum, sunt aliqua argumenta nobis diluenda: primū est. Non videtur medius aliquis cultus inter religiosum, qui est à virtute religionis erga Deum, & ciuilem, aut ex virtute obseruatiue erga maiores in dignitate cōstitutos, de qua sanctus Thomas agit 2. 2. q. 102. aut ex vir-

152

ex virtute duliæ, de qua sequenti quæstione disputat, qua serui dominis suis debitum honorem deferūt: ergo plusquam ciuilis cultus Sanctis non est exhibendus: siquidem præter ciuilem, alius non est quam religiosus, qui cum sit vera latria, vt sequenti disputatione patebit, soli Deo adhiberi potest. Respondeo, tametsi virtus, qua Sanctos colimus, & adoramus non sit virtus distincta à virtute duliæ, quæ respicit sæculares dominos, vel ab obseruantia, quæ maiores in dignitate constitutos honorat: actus tamen, & cultus erga Sanctos omnino diuersus est a cultu ciuili. Natura enim & ratio cultus, ex dignitate & excellentia eius cui defertur, pensanda est. Vel ergo ab eodem habitu virtutis, aut obseruantie, aut duliæ, erūt diuersi actus cultus, & honoris, aut constituenda est specialis virtus duliæ erga Sanctos: de quo sequenti quæstione fusiùs tractabitur. Nullo tamen modo cultus Sanctorum cum ciuili confundi debet, cum diuersa omnino sit excellentia, cui exhibetur.

Solutio.
Qua virtute
sanctos colimus.

151

Deut. 6.
1 Tim. 1.
Mat. 4.
153

Secundò ex Scriptura opponunt nobis aliqua testimonia. Deuteronomij 6. dicitur, *Dominum tuum adorabis, & illi soli seruias*, i. ad Timotheum 1. *Soli Deo honor & gloria*, & cū diabolus Mat. 4. a Christo postulasset nō λατρείαν, *Latriam*, sed προσκύνειν, *Proskynisin*, hoc est, adorationē: Dominus respōdet, illis verbis Deutero. *Scriptū est, Dominū Deum tuū adorabis, & illi soli seruias*: ostēdit ergo sine crimine idololatriæ creaturæ non posse exhiberi cultum adorationis, itē ad Galat. 4. *ijs, qui natura non sunt Dñi, seruebatis*, Græce est ἐδουλεύσατε, *Edulensate*: ergo nec licebit ijs, qui nō sunt Dñi, duliam adhuc deferre.

2. Obiectio.

Cæterum his omnibus facile occurrere possumus. Ad illud Deuteronomij dicimus, sicut supra disput. 1. cap. 1. ex sententia Patrum, quos ibi commemorauimus; cum Scriptura dixit, *Dominum Deum tuum adorabis*, non addidisse *solum*, quia alteri, quam Deo adoratio exhiberi potest: sed cū dixit, *seruias*, Græce λατρεύεις *Latreusis* addit *soli*, quia sermo erat de seruitute latriæ, soli Deo debita. Et quāuis

Solutio.
Exponitur lo-
cus scripture
cum dicitur il-
li soli seruias
Deute 6. &
Matth. 4.

Græcè non esset verbum illud, quod peculiarem cultum Dei, sed δαλέυσις *Duleusis*, quod communem seruitutem significat, sicut in Hebreo est verbū *תָּגַבּוֹד* *Tagabod*, quod etiam communē seruitutem denotat, ut ibi diximus: quia tamen eo loco sermo erat de cultu Deo debito, pro eo tantum verba hæc, aliās quidem cōmunia, vsurpāda sunt. Cū verò dāmō *Matt. 4.* solūm *προσκύνησις* *Proskynisim*, hoc est adorationem postulauit, etiamsi nomen ad omne adorationis genus commune sit, non communem quomodo- cunque poposcit, sed diuinam, ut scilicet ipsum tanquam Deum, Christus agnosceret: ideòque meritò dominus respondit, sententia illa Deuteronomij 6. *Dominum Deum tuū adorabis, & illi soli seruiēs.* Cum ergo his verbis, adorationē illi denegandam esse protestatus est, de diuina, quam ipse Dæmon postulabat, intellexit: tamen si nulla alia ei possit exhiberi, quippe qui nullam in se excellentiam, sed summam habeat abiectiōnem, & vilitatem.

154

Matt. 4.

*Exponitur il-
le locus soli
Deo honor &
gloria ex prin-
cipio ad Timo-
theum capi. 2.*

Illud quoque i. ad Thimoteum 1. quidam interpretantur de gloria, & cultu diuino, ideòque dixisse Paulum soli Deo exhibendam esse. Nam alia gloria inferior debetur omni homini operati bonū, Iudæo primū & Græco ad Romanos. 2. Verūm cum Apostolus eo loco gratias agat Christo, quòd venerit in hunc mundum, ut peccatores saluos faceret, inter quos ipse eius merito misericordiam consequutus fuerat, subiūgit statim. *Regi autem sæculorum immortalis, & inuisibili soli Deo honor, & gloria, ut ostēdat, tantam misericordiæ Deo deferendas esse gratias, & omnem gloriam, & honorem, non meritis hominum, sed ipsi Deo tribuendum esse.* Loquitur ergo Paulus ibi de cultu patriæ, non in vniuersum, sed laudis, & gratiarum actionis, quam ob misericordiam redemptionis, soli Deo & Christo debemus. Denique tamen ad Galatas. 4. verbum *Seruiēbatis* latinū, Græcè sit, *δαλέυσατε* *eduleusate*, quod ex se cōmunem seruitutem denotat: ibi tamen ad cultum Dei significandum vsurpatur. Ijs enim, qui non erant Dij, Galatæ tanquam dijs seruiēbant: quare ex Scriptura nihil obstat, quo-

1. Tim. 1.

Ad Rom. 2.

155

Galat. 4.

*Locus ad Gal.
4. expositus.*

quominus cultus seu adoratio dulix, ut a nobis explicata est, alteri, quam Deo exhibeatur.

*Hest. 3. et
13.*

156

Act. 10

Act. 14

Apo. 19

Tertio argumentatur heretici exemplis. Primūm Mardocheus Hester 3. noluit flectere genu Amano, & cap. 13. idem Mardocheus ad Deum sic ait. *Scis quia non pro superbia, & contumelia, & aliqua gloria cupiditate fecerim hoc, ut non adorarem Aman superbissimum (libenter enim pro salute Israel, vestigia pedum eius de osculari paratus essem) sed timui ne honorē Dei mei transferrem ad hominem, & ne quenquam adorare excepto Deo meo.* Secundo Acto. 10. cum Cornelius adoraret Petrum, Surge (inquit) & ego ipse homo sum. Tertio actorum 14. Paulus, & Barnabas recusarunt à Lycaonibus adorari 4. Apocalypsis 19. Angelus domini, Ioanni ipsum adoranti dixit, *Vide nefeceris, conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum Deum adora.* Porro in nullo ex his exemplis, sermo est de adoratione patriæ, sed de communi veneratione, ratione cuius excellentiæ. Aman enim noluit diuino honore adorari, nec Cornelius Petro diuinum honorē deferere, optime nāque nouerat non esse Deum, nec Angelus putabat, sibi à Ioanne patriam exhiberi, nullum ergo genus adorationis hominibus tribuendum est.

3 Obiectio.

157
*S. Thom.
Lyran.*

Sed hæc quoq, friuola sunt. Ad primum respondent aliqui catholici Aman patriæ adorationem, & cultum diuinum postulasse, quod quidem colligunt ex verbis citatis Mardochei, ca. illo 13. Dixit enim, *Sed timui ne honorem Dei mei transferrem ad hominem.* Sic Sanctus Thomas secunda secunde, quæst. 84. articulo. 1. & Lyranus in eum locum, allegans in hanc sententiam glossam quandam Hebraicam.

*Respondetur
exemplis ha-
reticorum. V-
trum Amā
voluerit ut
Deus adorari
& cur eum
Mardocheus
noluit adora-
re Hest. 3. &*

Verūm id mihi non satis habeo persuasum: primum quoniam si Aman voluisset diuino cultu a populo adorari, debuisset illud palam proponere, alioquin, si ipse solū affectu interiori desiderasset, etiamsi populus, & Mardocheus genuflexione eum adorassent, solum tanquam principem, nō tanquam Deum coluissent: at ipsum Amanum talem honorem postulasse, in Curia, & Palatio Regis Assueri, cui seruiēbat, credi nō potest. Primū quia sūmā

*13.
1: Expositio
Tho. & Ly-
rani.
Refutatio e-
iusdem, 1*

Regis

Regis indignationē sibi cōciliaret: tum etiam, quia si Rex Assuerus nunquam illum honorem sibi voluit, cur dicere debemus, Aman famulum, seu seruum ipsius, illum postulasse? Porrò Assuerum, nunquam diuinum honorē, sed solum cultum regium sibi arrogasse, ex eo facile apparet, quia Hester semper ipsum consueta reuerentia, & cultu adorauit, quod nō fecisset, si Rex voluisset signū illud exterius, & notam submissionis tanquam Deo, sibi exhiberi, ipsaque Hester pateretur, millies a Rege repudiari, sicut Regina Vasthi reiecta fuit, quam exterius simile quid profiteri. Si ergo Assuerus nunquam postulauit, nec voluit, vt Deus adorari: cur id de aulico ipsius, in ipsomet palatio dicere debemus? Ad hęc, vt cōstat ex cap. 3. ex Regis Assueri mandato, Aman adorabatur a populo: at quis credat, Aman propositum fuisse a Rege, tanquam Deum adorandum, qui similem honorem sibi nunquam vsurpauit: p̄ceptum igitur Regis tantum fuit, vt a populo sicut Princeps, & primus post Regem in Regno coleretur.

Deinde probatur Mardocheum non denegasse cultum patrię, nec eum ab Amano vnquam fuisse requisitum. Nā sicut Mardocheus fatebatur, se noluisse Amano flectere genu, sic etiam dixit, se paratum fuisse aliquod maius reuerentię signum ipsi exhibere, nimirum osculari vestigia pedum illius, si pro salute Israel opus fuisset. Sicut ergo exhibere noluit adorationem genuflexionis sine causa: sic etiam dixit, se paratum esse, maiorem adorationē ipsi tribuere, si causa liberationis sui populi id postulasset: at neq; pro liberatione populi erat paratus, signa patrię ipsi exhibere, sed solum tanquā Principem in eo Regno adorare: ergo neq; vt patrię signum, genuflexionem negauit; sed tanquam nimium cultum humanum, & reuerentiam deferre noluit.

Ea igitur ratione, vt optimē notauit Caiet. 2. 2. q. 84. art. 1. noluit illud signum honoris p̄bere, quia indignum ei videbatur, vt solū reuerentię ciuilibis gratia, nisi magna aliqua causa exigente, homini quotidie signum illud exhiberetur; non quòd lege Iudaica id prohibitum esset, sed quia

Vera exposi-
tio facta
Mardochei
Hester 3. &
13.

Caiet.

159

3. Reg. 8.
2. Par. 5.
1. Esd. 9.

Ruth. 2
Iud. 10.
1. Re. 25.
2. Reg. 9
4. Reg.

160

Alan.

quia ex communi consuetudine, nō nisi magna aliqua ex causa Regibus, & Principibus illud signum exhibebatur: sed soli Deo, tanquam supremum communiter reseruatum erat. Atq; hac ratione dixit Mardocheus, *Timui ne honorem Dei*, id est signum, quod consuetudine populi nostri Dei cultui applicatum est, *in hominem transferrem*. Quocirca in Scriptura non legimus, consuetum modum adorationis, quæ Regibus tribuebatur, fuisse genuflexionē: cōtra verò passim inuenitur, Deum adorari solitum vtroq; genu in terram fixo, 3. Regum. 8. 2. Paralip. 5. 1. Esdrę 9. & alibi sepe numero. Neq; obstat, quòd in Scriptura legamus, homines in terra prostratos, vel vtroq; genu flexo, Regem, vel alium hominem excellētem, adorasse. Id enim nec frequenter, nec sine magna causa fiebat, vt indicium esset aut doloris eximij, aut magnę gratitudinis. Sic Ruth. 2. cap. adorauit Booz, Iudith 10. Olophernem 1. Reg. 25. Abigail Dauidem, 2. Regum 9. Miphiboseth etiam Dauidem, & 4. Regum 1. Quinquagenarius vtroq; genu flexo, adorauit Eliam, & Mardocheus paratum se esse dixit, si opus esset, osculari vestigia Amani: quantò magis ipsum flexis genibus adorare. Ceterum absq; alia causa, ex consuetudine sola, tale signū quotidie p̄bere, videbatur illi superuacaneum: quòd soli Deo ex consuetudine reseruatum esset: atq; ad eò, in contemptum diuini cultus cedere, alijsq; Iudeis scandalum futurum, si tunc Amano exhiberetur, iudicabat. Qua ratione cap. 2. cum alij ab ipso Mardocheo peterent, cur honore genuflexionis Amanum nō prosequeretur, subiūgit Scriptura, *Et ipse nollet audire, &c. dixerat enim, se esse Iudæum*, nimirum morem Iudaicum, tanquam rationem p̄tendens, ne signo ex consuetudine ipsorum diuino cultui applicato, homini cultum & honorem deferret.

Genuflexio
olim exhibi-
ta magnis vi-
ris sed raro,
quotidiana
& frequens
ad Deū per-
tinebat.

Ad secundum exemplum respondet Alanus Copus Dialogo 3. cap. 7. ex Hiero. contra Vigilantium: ideo Cornelium à Petro subleuatum, ne ipsum adoraret, quia diuinum cultū ei p̄bere vellet, sicut Barnabas, & Paulus detinuerunt Lycaones, quòd ipsis, tanquam Ioui, & Mercurio, im-

Cur Corne-
lius prohibi-
tus sit adora-
re Petrum
A. Cor. 10.

rio, im-

rio immolare volebant. Sed licet hoc de Lycaonibus verum sit, ut ex ipso textu apparet, ex quo etiam ad tertium exemplum responsum est: de Cornelio tamen, non video cur id dicere debeamus, cum verum Deum, antequam ad ipsum veniret Petrus, optimè cognouisset. Respondeo ergo cum Chryostomo in eum locum Actorum 10. Petrum ex modestia honorem illum recusasse, ut inter homines quotidie fieri solet, quod nihil impedit, ei alioquin cultum & adorationem ratione sanctitatis iure debitam fuisse.

Ad quartum exemplum respondet primum Alanus Copus eodem c. cum Augustino. q. 61. in Genesim, talè apparuisse Angelum, ut pro Deo adorari posset: unde corrigendus fuit adorator, inquit Augustinus: ac si dicat, corrigendus fuit ne ob errorem personæ, diuinum cultum ei tribueret. Deinde melius respondet idem autor, Ioannem verè cognouisse illum esse Angelum, non Deum. Nam postquam eo capite dixit, audiuisse vocem quasi tubarum multarum dicentium, alleluia, subdit, & dixit mihi scribe: beati qui ad cenam nuptiarum agni vocati sunt. Et dixit mihi: hæc verba Dei vera sunt, & cecidi ante pedes eius, ut adorarem eum, & dixit mihi, vide, ne feceris: ex quibus ea verba, & dixit mihi, hæc verba Dei vera sunt, non possunt ad ipsum Deum ita dicentem, sed ad Angelum commode referri. Iam ergo cognouit Ioannes esse angelum, qui dicebat, verba Dei vera esse, & ipsum voluit adorare: ergo non tanquam Deum, cum ipsum optimè nosset. Accedit quòd cap. 22. cum iam plenè cognouisset Ioannes, angelum esse, quem etiam capit. 21. dixerat esse Angelum, & ab eo iam esset prohibitus eum adorare, iterum voluit ei adorationem exhibere, cecidi inquit Ioannes ante pedes Angeli, ut adorarem. Et nihilominus, iterum prohibitus est: non ergo quia errore deceptus illi vellet latriam exhibere. Itaque ratio, ob quam Ioannes ab Angelo prohibitus fuit, ut optimè tradunt Beda, Ricardus de Sancto victore, Anselmus, & Rupertus in eum locum, ea est, ut indicaret scilicet quanti ab Angelis homines fierent, ob dignitatem naturæ ipsorum à Deo assumptæ præsertim verò Apostoli ipsius Christi, & principes Ecclesiæ, qualis erat Ioan-

161

Alex.
Augu.

162

Beda.
Ricardus
Victori.
Anselm.
Rupert.

Cur Ioann.
prohibitus sit
ab angelo
adorare se,
Apocal. 19.

Angelorum,
ergo homines
reuerentiæ pro
pter Verbum
incarnatum.

163

Ioannes. Idque maximè confirmatur, quia cum hæc visiones fuerint in spiritu, nec exterius res illæ gererentur, ut constat ex cap. 1. & cap. 4. ubi dicitur, & fui in spiritu, Ioannes nunquam exterius signum illud re ipsa exhibuit, ut adoraret, sed in spiritu visus est sibi adorationem voluisse exhibere, & ab Angelo prohibitus fuisse, ut inde cognosceret Angeli modestiam, & dignitatè Apostolatus. Ad hoc enim omnes visiones Apocalypsis videtur ordinatæ, ut dignitas agni, idest Christi, & Ecclesiæ ipsius manifesta fieret.

Ioannes in
spiritu visus
est sibi ange-
lum adorare

Quarta ob-
iectio hæreti-
corum ex pa-
tribus desum-
pta.

Athan.
Ambr.
Angu
Leo. 1.
Epiphani.

Quarto obijciunt hæretici testimonia quædam Patrum: aliqui enim dicunt, nec homines, nec Angelos a nobis esse adorandos. Sic Athanasius ferm. 3. contra Arrian. Ambro. in cap. 1. ad Roma. Aug. lib. de vera, & falsa religione c. 55. Leo primus in sermo. 2. natiuitatis in fine, qui ait non creaturam, sed creatorem esse adorandum. Demum Epiphanius hæresi. c. 9. dixit beatam Virginem non esse adorandam. Respondeo tamen, hos Patres loqui de adoratione latriæ, quæ soli Deo debetur, quam simpliciter adorationem voluerunt appellare, ut notauimus disp. 1. capit. 1. Ut enim constat ex Tharasio, loco allegato in secundo argumento, græcum nomen προσκυνσις, Proskynisis, latinè adoratio apud Patres, & Scripturam, non tantum communem cultum, sed etiam latriam aliquando significat. ut 2. lib. disp. 8. cap. 11. dicemus. Atq, in hunc sensum Damas. li. 4. de fide c. 3. dixit, humanitatè Christi, si cogitatione a Verbo separaretur esse inadorabile: & Cõcilium Antiochenum in cõfessione fidei, quæ habet in Cõci. Ephe. rō. 6. c. 1. in fine, de Christo sic ait, Totum rursus adorabile etiam cum corpore. sed non secundum corpus adorabile

Solutio.

5. Obiectio:

164

Quinto allegant pro se hæretici canonem 35. Concilij Laodicensi, ubi sic dicitur. Non oportet Christianos derelicta Ecclesia abire, & ad Angelos idololatriæ abominandæ congregationes facere: quicumque autem inuentus fuerit, occultè huic idololatriæ vacans, anathema sit. Quoniam derelinquens Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei, accessit ad idola. Verum cum canone 34. cultum Sanctorum martyrum idem Concilium admittat: manifeste colligitur, canone illo 35. non damnasse venerationem Sanctorum Angelorum, sed malorum, quos aliqui magiæ causa inuocare solebāt, & venerari, ut testatur Tertull. in Apologetico, c. 23.

Tertull.

Sexto

6. Obiectio,

Sextò posset aliquis nobis opponere verba Adriani, in Epistola ad Constantinum, & Irenen, aliquantulum ante finem, vbi de Sanctorum adoratione, inquit, *Qualis vero iste est adorationis honor? profecto non alius, quàm is, quo nos peccatores quoque inuicem prosequimur salutantes nos inter nos per honorationem, & dilectionem: sed ciuili tantùm salutatione, & honore inuicem nos honoramus: ergo Sanctis etiam non debemus maiorem, quàm ciuilem adorationem exhibere.* Respondeo Adrianum paulo ante dixisse, Sanctis cultum & honorem deferendum, propter eorum iustitiam, vt omnes qui viderint eos, in imitationem illorum ducantur: nõ ergo putauit esse purè ciuilem, quem dixit esse exhibendum, non ob ciuilem aliquam dignitatem, sed propter sanctitatem, & iustitiam. Comparauit ergo cultum Sanctorum cum ciuili; quo se mutuo ciues prosequuntur, solum vt ostendat, nõ esse latriæ, nec ipsos, vt Deos, sed vt domesticos Dei, venerandos esse, & colendos: sicut etiã ciues nostros ciuili cultu honoramus, non vt Regem, & principè, sed vt conciuies, & fratres nostros.

Solutio, in qua difficultas ea Adriani locus exponitur.

An sit de fide sanctos esse adorandos.

Ceterum, vt probent aliqui Catholici, non esse certum secundum fidem nostram, Sanctos esse adorandos, vtuntur hoc argumèto. Nõ est de fide omnes, quos colimus, esse Sanctos: ergo nõ est de fide eos, vt Sanctos, esse à nobis honorandos. Ratio tamè futilis est, & inanis. Vt enim certum sit de fide Sanctos esse colendos honore, plusquam ciuili, non opus est, certum esse & de fide, ipsos esse Sanctos; sed satis est, eorum sanctitatem indubitata esse. Est enim fidei dogma, piũ esse, colere, & venerari cultu maiori, quam ciuili eos, quos non dubitamus esse Sanctos: tamen, vt publice eorũ sanctitatẽ celebremus, opus sit auctoritate publica Ecclesię eã nobis celebrandam proponi. Quare etiã laudabile & piũ est, secundum fidẽ nostrã, eos, quos in hac vita Sanctos esse credimus, hoc modo venerari, vt affirmat Aug. lib. 20. cõtra Faustũ c. 21. vbi sic ait, *Colimus ergo martyres eo cultu dilectionis, & societatis, quo & in hac vita coluntur Sancti Dei homines, sed illos tanto deuotius, quanto securius, post incerta omnia superata.*

166 Solutio.

167

Aug.

Adorati

Disputat. 6. Cap. 1. 49
Adoratio Sanctis debita cuius virtutis opus sit
Disputat. 6.

Non esse opus virtutis religionis, sed dulia. cap. 1.
An eadem caritate diligamus Deum, & proximum, & eadem religione colamus. cap. 2.
Obiectio contra superiorem doctrinam. cap. 3.
Corollaria precedentis doctrinæ. cap. 4.

Non esse opus virtutis religionis, sed dulia.

C A P V T I.



M inter Catholicos certum sit, Sanctos Dei cultu aliquo sacro, & plusquam ciuili colendos esse: est tamen non leuis dissensio de ea adoratione, cuiusnam virtutis sit opus. Marsilius in 3. q. art. 1. ad 3. dubitationem, circa finem articuli existimat, eandem virtutem re ipsa esse latriam, quam dixit ver fari circa cultum Dei; & duliam circa cultum & honorẽ Sanctorum: solum autè differre, per diuersa connotata. Ac si diceret, eundem esse habitum virtutis religionis, qui latria appellatur, ex ordine ad cultum Dei, & dulia ex respectu ad cultum Sanctorum: cuius sententia vnica ratione efficaci probari videtur. Nam sicut eadem caritate secundum rem, & Deus diligitur propter se, & proximus propter Deum: eadem quoq; religionis virtute, Deus potest coli, & adorari propter se, & Sancti propter Deum.

Marsil.

168

Marsilij opè. mo. latria & duliam esse eundem habitum.

Verior tamen sententia est, duliam peculiarem esse virtutem, à latria aut religione distinctam, qua Sanctis adorationem & cultum exhibemus; atque ad eam religionẽ circa cultum solius Dei versari. Sic tradunt, & tãquam certũ supponunt, Albertus in 3. d. 9. art. 6. in corpor. ad 3. & art. 7. Bonau. art. 2. q. 4. Gabr. q. 1. art. 1. notat. 1. Almai. q. 1. ante mediũ, Durand. q. 3. Ricar. art. 3. q. 1. Palud. q. 2. art. 1. deniq; S. Th. 2. 2. q. 103. virtutem dulia, sub obseruantia constituit; & vtranq; distinguit à religione, & locis inferius citandis idem S. Th. contendit, non eadem religione adorari Deum & Sanctos; sicut eadem caritate diligitur Deus

Albet.
Bonau.
Gabr.
Almai
Durand.
Ricar.
Palud.
D. Tho.

Dulia nõ est aelus religionis, religio enim solius Dei respicit.

G & pro-

& proximus. Omnes igitur affirmant, ad aliã virtutẽ, quã religionis, cultũ Sanctorum pertinere. Cum enim religio circa cultũ Dei solũ versetur, cultus & honor, qui proximẽ Sanctis defertur, ad ipsam non poterit referri; alioquin si esset actus religionis, latriã quoq; diceretur: latria enim, & religio idem sunt, vt notauit disp. 1. cap. 4.

An verò sit vna & eadem virtus, quæ Sanctis, & omnibus in dignitate ciuili cõstitutis honorẽ adhibet, non satis cõuenit inter Doctores allegatos. Aliqui videtur sentire, vnã, & eandẽ esse virtutem. Sic Bonau. Albert. Gabr. qui solũ virtutẽ duliẽ, ad exhibendum cultum hominibus, à religione, & latria, quæ cultum Dei respicit, distinguunt: nec amplius ipsam duliam diuidunt, sed sub ea, omnem cultum debitum hominibus, siue in ciuili dignitate constitutis, siue Sanctis, comprehendunt. Imò vero Albertus varios hominum cultus, solũ secundum magis & minus intra eandem speciem differre putat. Almainus autem solũ distinguit cultũ duliã, & hyperduliã non tamen satis explicat, an specie differant. Et vtrum virtus duliã nõ solum Sanctis, sed etiam in ciuili dignitate constitutis, debitũ honorẽ exhibeat. S. Th. nullam planẽ virtutem peculiare cultui Sanctorũ assignat: sed cũ q. 102. ponat obseruantiam erga maiores, sicut antea posuerat pietatẽ erga parentes colẽdos; statim q. 103. constituit duliam erga dominos tẽporales, & ciuiles. De ea verò, qua honorẽ Sanctis deferimus, nullam aliam peculiarem facit mẽtionem, præterquã in ea q. 103. ad 2. vbi omnẽ cultũ Sanctorũ vocare videtur hyperduliã: & dicit esse, nõ virtutẽ specialẽ, sed speciẽ quandã præcipuã duliã cõmuniter acceptẽ: duliam autẽ cõmuniter acceptã, dixit in corpore art. esse, quẽ sub se cõplectitur pietatẽ, & obseruatiam, qua maioribus, & in dignitate cõstitutis honorẽ deferimus. Nã duliam proprie existimat esse seruorũ erga dominos. Quare vel ad duliam cõmuniter, vel ad obseruatiam peculiariter cultũ Sanctorũ pertinere putat. Tametsi in 3. d. 9. q. 2. ar. 2. plures duliã habitus distinguat, vt Durandus, secundũ varios gradus dignitatis eorũ, quos colimus. Paludanus tres species hyperduliẽ di-

stinguit:

Quid sentiat
Bonau. Alber.
& Gabr.

Bonau.
Alber.
Gabr.

Alber.

Quid Almainus

Almai

168

S. Tho.

Quid Beatus
Tho.

Palud.

169

Durand.

Ricard.

170

stinguit: primã, quã dicit deberi Christi humanitati secundũ se: secundã beatẽ Virgini, tertiã generatim cuilibet Sancto: virtutẽ vero duliẽ ad id tantũ dicit esse constituendã; vt debitũ cultum omni creature rationali, præter damnatos, tribuamus. Deniq; Durandus aut distinguit virtutem duliẽ, qua Sanctis honorem deferimus ab ea, qua reueremur homines in ciuili dignitate constitutos, aut saltem, si putat esse eundem habitum virtutis, actus reuerentiã erga Sanctos, & cetera alios homines existimat differre: imò secundũ varios gradus dignitatis, cultus etiam distinguit. Quare aliũ putat deberi honorẽ magistro, aliũ gubernatori, aliũ duci in bello, &c. duliam verò proprie, putat esse seruorum erga dominos tantum. Id quod probabile putat Ricardus loco allegato.

Possit sanẽ aliquis in hac q. probabiliter existimare, nec distinguẽdos plures habitus, neq; varios actus honoris omnino cõfundẽdos esse. Quare nõ ineptẽ cõstitui posset vna & eadẽ virtus, siue eã obseruatie, siue duliẽ velis appellare, qua debitũ cultũ, & honorẽ maioribus, & in dignitate cõstitutis deferremus, dominis videlicet, ducibus, gubernatoribus, senatoribus, & sacerdotibus, siue etiam Sanctis hominibus. Cũ enim ratio exhibendi reuerentiã, sit creata excellentia & dignitas, nõ videretur diuersa ratio cõstituenda virtutis. Neq; vero dicendũ est, tot actus reuerentiã, & cultus specie differre, quot putauit Durandus, sed quotquot debentur, ob excellentiam aliquã ciuilẽ, siue ea sit domini, siue gubernatoris, & senatoris, siue ducis, sub eadẽ specie cõmodius cõstituuntur: cultũ autem & honorem, qui Sanctis debetur, ad aliã prorsus speciẽ pertinere, existimadũ est. Excellentia enim sanctitatis, est alterius, & longè diuersẽ rationis, quã quẽuis ciuilis dignitas: quocirca & honor illius differre debet: ideoq; hic honor sacer, & plusquã ciuilis, ceteri autem, cuiuscunq; dignitati tribuantur, ciuiles tantum merito nuncupantur. Quare non videretur necesse, duliam, & obseruantiam distinguere, dum modo ei non solum cultum quemlibet ciuilem, sed etiam sacrum, tanquam varios actus eidem virtuti assignare-

Tres species
hyperduliẽ ex
Paludano.

Opinio Durand.

Auctoris opinio.

Duliam sanctis
exhiberi
est plusquam
ciuilem

mus: sicut religio non vnū tantū, sed plures actus cultus & honoris complectitur, quos disp. 1. c. 4. annumerauimus.

Mihi tamen magis placet specialē habitū virtutis circa cultū Sanctorū, & sacerdotū cōstituere, q̄ in his specialis quedā ratio dignitatis, alterius quidē generis, quā ciuilis, moueat ad venerationē: quā quidē virtutē videtur S. Tho. vocasse hyperduliā, vt supra retulimus. At cū Durādo nullo modo sunt tot species obseruatiā assignāda, quot sunt in Republica gradus ciuilis dignitatis, & excellentiā, cum omniū eadē sit ratio honoris, & adorationis. Addendum tamen est, cultū Sanctorū nō solum dicendū esse sacrum, sed religiosum vocari posse: nō quia sit ex speciali virtute religionis, quā scholastici diuersam cōstituunt ab obseruantia, & hyperdulia, sed quia cum diuino cultu maxime coniunctus est. Eisdē namque rebus, & cōceremonijs sacris honorē Sanctis deferimus, & Deo, rēplis nimirū, hymnis luminaribus, & similibus, quibus non liceret homines in ciuili dignitate constitutos honorare.

An eadem caritate diligamus Deum, & proximum, & eadem religione colamus.

CAPVT II.



Difficilis sanē videtur ratio, quam pro sententia Marfilij cap. 1. adduximus, vt probarem, eadē religione coli Deum & proximū, sicut eadē caritate diliguntur. Atq; difficilius multo redditur, si opinionē S. Th. 2. 2. q. 25. art. 1. sequamur. Qui docet virtute caritatis, qua Deum diligimus, volēdo ei bonum, vt bonū eius est, ex ipsius cōplacentia, diligi etiā fratrem, volēdo ei quoq; bonū, vt bonum ipsius est: vt ita obiectū proximū amoris, quatenus amicitia est, quandoq; sit Deus, nonnunquā etiā frater. Hac ergo supposita doctrina, ratio illa multo difficilius redditur: nihil enim obesse videtur, quo minus & Deus eadē religione, & homo etiā proximē colatur.

Adhuc tamē S. Th. in eo ar. 1. ad 2. assignare nititur discrimē inter caritatē & religionē, vt defendat, etiā si diligatur homo

171

Marfil.

S. Thom.

homo eadem caritate propter Deum nunquam coli eadē religione propter ipsum. Afferit ergo, amorē versari circa bonum in vniuersum: honorem verò circa bonum proprium eius, quem colimus: ideo amorem non esse specie diuersum, propter diuersas bonitates particulares, dummodò omnes illę referantur ad aliquod vnum commune bonum. Quocirca, inquit, caritate eadem diligimus Deū, & proximum, etiā si respiciamus in proximodiuersam bonitatem particularem. Quoniam bonū proximi, quod ei volumus, ad cōmune bonum, quod est Deus, refertur. Honor verò distinguitur ex diuersis bonis particularibus eorum, quos honoramus; quia in bonum particulare semper tendit; ac proinde, cum patria respiciat bonum Dei: dulia autem bonum hominis particulare, fit, vt cultus Dei, & hominis, ad diuersas virtutes, non ad vnā religionē pertineat.

172

Ego sanē fateor meam ingenij tarditatem. Vix enim discrimen hoc mente concipere possum, nedum de illo iudicium ferre: in ea tamen doctrina, primū illud mihi est difficile, quod asserit, amorem tantum ferri in bonum vniuersū, cū re vera etiā particulare ipsius dilecti respicere possit. Deinde non satis apparet, quo pacto bonum particulare, quod volumus proximo, cū ipsum diligimus, referatur in bonum vniuersum, quod est Deus: sed cultus particularis Sancti in cultum & honorem ipsius Dei non referatur; cum verum sit, eum, qui martyre adoratur, ipsum quoque Deum & dominum martyris quodammodo adorare: de quo secundo libro disput. 8. cap. 4. dicemus.

173

Alio modo eidem difficultati satisfacere conatur sanctus Doctor. 2. 2. q. 81. art. 4. Assignat ergo differentiā, quia obiectum amoris est bonum; obiectum verò honoris, & cultus est excellentia, cui defertur: bonitas autem Dei cōmunicatur creaturæ, non tamen excellentia bonitatis: quare, non mirum, si eadem caritate, qua diligitur Deus ob suam bonitatem diligatur etiā proximus, propter ipsam: non autem, eadem religione colatur homo, qua Deus ipse. Verū neq; hæc solutio propositæ difficultati satisfacit. Aut enim nomine bonitatis Dei, quā dicit beatus Thomas pro-

Discrimē S. Thomae inter religionē, & caritatē.

Iudicium auctoris de precedenti distinctione. S. Thomae.

Altera responso S. Thomae.

Examinatur

Ratio dubitā di difficultis se eū dū S. Tho.

mas, proximo communicari intelligit dona creata, atque hoc non satis videtur. Nam sicut non communicatur creaturæ ipsamet excellentia Dei, sed quædam ab eo participata: sic etiam, nec bonitas ipsa Dei, sed aliquod illius vestigium, & participatum bonum. Sicut ergo, illa excellentiæ communicatio non sufficit, ut homo virtute religionis, propter illam honoretur: ita non satis erit illa communicatio bonitatis, ut propter ipsam, eadem, qua Deus, caritate diligatur. Aut intelligit S. Doct. bonitatem ipsam Dei creaturæ communicari, cum ipsemet Deus communicari, & donari dicitur. Et hoc non satis est, ut dicamus eadem caritate diligere Deum, & proximum. Amor enim amicitiae, quatenus amicitiae est, non respicit bonum, quod volumus, aut desideramus alicui: nam circa illud, dicitur amor concupiscentiæ: habet ergo rationem caritatis ex eo, cui volumus bonum. Caritas enim & amor amicitiae idem sunt. Si ergo volumus proximo, bonum ipsius Dei, quatenus ei dicitur ipse Deus communicari: hic amor non est caritatis Dei, & amicitia illius, sed proximi: circa Deum verò, quæ proximo concupiscimus, rationem potius habet concupiscentiæ. Quod si Deo ipsi in proximo, cui se communicat, volumus bonum; ille non est amor amicitiae proximi, sed Dei: vel ergo nunquam proximus diligitur, vel tunc tantum, quando illi volumus bonum, ut bonum illius est. Sic autem parum refert, si velimus illi Deum, vel aliud bonum, ut ratione bonitatis Dei ipsi communicatæ, dicatur ex eadem caritate, qua Deus, diligi.

Facilior multo solutio esse potest argumenti positi, si sequamur doctrinam, quam 3. lib. disp. 1. cap. 4. ex aliquibus scholasticis, latius referemus: nempe, quoties proximo volumus bonum, ut bonum ipsius, non diligi tunc ex speciali caritate, quæ ponitur virtus Theologica erga Deum, sed ex generali quadam caritate & amore, qui quatenus ad proximos extenditur, beneficentia dici potest. Specialis namque caritas Theologica solum Deum respicit, tanquam amicum, & dilectum; non autem, ut rem concupitam: cum verò Deo, quem in se, aut etiam in proximo consideramus, volumus

Nota obiter de caritate Dei & proximi.

Alio amore diligitur proximus, quam Deus.

174

175

176

volumus bonum: aut absolute, aut etiam in ipso proximo, cui bonum quoque desideramus, non quia bonum illius, sed Dei est: tunc, solum Deum, caritate theologica diligimus; proximus autem se habet ut materia dilectionis, in quo Deo volumus bonum, ut bonum ipsius est. Sic ergo, cum colimus proximum considerantes in ipso propriam excellentiam, & ei honorem deferimus, non ex religione, sed ex alia virtute, dulciæ nempe, aut observantiæ, ipsum colimus: si tamen in proximo Deum consideramus, sicut in quaavis alia re possumus considerare, & ipsi in proximo adorationem adhibeamus; ex religione, & latria ipsum colimus. Tunc autem proximus non per se, sed ut aliquid Dei, sicut imago cum suo exemplari, honoratur, ut latius lib. 3. disp. 1. cap. 9. dicitur.

Quomodo proximus caritate amari possit.

Quomodo solum Deus latria sit colendus nec creatura possit exhiberi.

Obiectio contra superiorem doctrinam.

C A P V T III.

Danie. 2.



177

Contra ea, quæ hactenus diximus, videtur esse id quod Danielis secundo narratur. Nam postquam Daniel interpretatus est Regi somnium, quod sapientes Babylonici explicare non potuerunt: cecidit Nabuchodonosor in faciem suam, & Daniele adorationem præcepit, ut hostias, & incensum ei sacrificaret: quæ ad religiosum cultum pertinere videntur. Nec quidquam refert, quod Nabuchodonosor, gentilis cum esset, in hoc errare potuit. Nam si error erat, Daniel deberet ipsum corripere, & impedire: ne simile quid faceret: at non legitur, Daniel quidquam dixisse: ergo passus est se adorari, & coli, cultu non solum plusquam civili, & sacro, sed etiam religioso. Signum ergo est, virtute religionis, Sanctos Dei colendos esse. Respondeo, in primis catholici omnes fateri tenentur, licet aliquis cultus, ex religione debeatur Sanctis, non posse quemcumque exhiberi nam sacrificium, non solum sanctis offerri nequit, sed neque Christi humanitati: ut disputat. 4. capite. 7. teste Augustino. libro. 20. contra Faustum capite 21. diximus. In hoc enim errore, nimirum hominibus sacrificandi, solum fuerunt Gentiles: hæretici ve-

Solutio. Sacrificium sanctis non potest offerri.

rò ingenuè nobiscū fatentur, id fieri nulla ratione posse.

Querēdū ergo est, quid fecerit Nabuchodonosor Daniel 2. ne manifestum errorem ipsi Danieli imponamus. Hunc locum, vt refert Hieron. ibidē, calumniabatur Porphyrius, & mendacio notabat, quòd nunquam superbissimus Rex captiuum adorauerit: ipsum tamen redarguit Hieron. exemplo Lycaonum, qui Paulo, & Barnabæ immolare voluerunt. Est enim, inquit, error Gentilium, omne, quod super se est, Deum putare. Refert ergo Scriptura simpliciter, quæ gesta sunt, absque vlla falsitate, & mendacio. Verūm, quia hac ratione notaretur Daniel, cum permisisset fieri id, quod ex errore nascebatur, respondet Hieron. causam immolandarum hostiarum, & incensū à Rege ipso optimè expositam fuisse; cum dixerit, *Verè Deus vester Deus Deorum est*: atque ad eò non tam Daniele, quā in Daniele Deum, qui mysteria reuelauit, adorasse: quod etiam Alexandrum Magnum in Pontifice Ioiada fecisse, legimus teste Iosepho 11. antiquitatum cap. 8. Sic ergo dicendum est de sacrificio: nempe, illud Deo in Daniele, nō tamen Danieli obtulisse: aut, si hoc displicet (inquit Hier.) asserendum est, magnitudine signorum, & stupore Regem confusum id fecisse: sic autem necesse est dicamus, cū Nicolao & Dionysio Carthus. Daniele, nihil horū permisuisse, licet Scriptura id non referat.

Verum, quia Nabucodonosor non putauit ipsum Daniele Deum esse, cum dixerit, Deum ipsius esse Deorū Deum, & omnium potentissimum: credi non potest, aliqua perturbatione confusum, voluisse ipsum Daniele, vt Deum, adorare. Frustra enim Nicolaus inquit, hæc verba dicta fuisse à Rege, postquā à Daniele admonitus fuit. Nam sicut absque vlllo fundamento asseritur: sic etiā absque alia ratione optimè reijcitur.

Mihi ergo placet expositio Theodoretī in eum locū, iuxta translationem 70. in qua, hoc modo legitur. *Mannaa, & bonum odorem dixit libare ei. Mannaa* vero interpretatur Theodoretus *Thus*. Consonat autem hæc interpretatio hebraico textui: nam vbi nostra vulgata legit *hostias*, & 70. transtu-

1. Solutio Hieronymi.

Quomodo Nabuchodonosor Danieli incensum obtulerit.

Authoris refusio ex Theodoretō.

178

Hieron.

Ioseph.

Nicolaus Dionysius Carthus.

179

Theod.

180

transtulerunt, *mannaa*, in Hebræo nō est *תבב* *Debab*, quod sacrificiū animalium significat, sed *מנחב* *minchab*, quod munera denotat, quæ etiam hominibus offerri solēt, quare 1. Regum 10. vbi dicitur, quosdam noluisse agnoscere Saulem Regem, nec ei dedisse munera, Hebraice est hoc nomen, *minchab*: sic ergo Rex Nabuchodonosor admirans sapientiam, & spiritum Danielis, in signum honoris & reuerentiæ, iussit ei offerri munera odorum, & suffituum, id quod nos etiam secundum fidem nostram imaginibus facere cōsueuimus; vt definitur in 7. Synodo art. 7. in cōfessione fidei, & notauimus disp. 4. cap. 7. Vulgata verò editio, cum trastulit, *hostias*, non ideo fecit, vt significaret propriam oblationem, quæ habet rationem sacrificij, sed cōmunem, quæ hominibus, & imaginibus offerri consuevit. Hęc enim donaria nō propriè, sed communi quadam ratione oblationes dicuntur, vt docet S. Tho. 2. 2. quæst. 85. art. 3. ad 3.

7. Synod. Editio. Vulga.

S. Tho.

Thus secundum fidem imaginibus offerri.

Corollaria precedentis doctrinæ.

C A P V T I I I I.

181

EX dictis nō omnino improbanda ratione colligi videtur, iniuriam, quæ fit personis sacris, qualis est clerici, aut monialis percussio, nō recenseri inter species sacrilegij oppositas peculiari virtuti religionis. Si enim ei opponeretur; cultus quoque, & honor, quem deferimus sacerdotibus, ad virtutē religionis pertineret: quod si sacerdotum, & ministrorum altaris cultus esset virtutis religionis opus; multo melius esset cultus Sauctorū, & martyrum Dei. Cæterū cum Sancti non sint colendi ex virtute religionis, vt probatum est; Sacerdotes, & ministri, non ex eadem religione, sed ex dulia, sicut Sancti, sunt venerandi: nam vtrorūque dignitas, & excellentia creata est. Quare religio, quæ est peculiaris virtus, non potest ipsis honorē deferre, quæ solum increatam Dei excellentiam, non autem creatam

Corollariū.

Percussio clerici est sacrilegium, non tamen religioni oppositum. Honor quidem fertur sacerdoti, non pertinet ad religionem, sed ad duliā.

proximè respicit. Iniuria ergo ipsis facta nõ est cõtra virtutem religionis, sed contra duliam. Erit ergo peccatum sacrilegij, non quia virtuti religionis opponitur, sed quia est iniuria rei sacræ, quæ tamen revera duliæ, aut observantiæ contraria est, & specialem rationem peccati constituit, in confessione explicandam. Videtur autè poni à S. Th. 2. 2. q. 96. art. 2. inter species religioni oppositas, propter affinitatem, quam habent cultus Sactorum, & Sacerdotum cum religione. Mirandũ tamen est, cur S. Thomas postquã 2. 2. q. 102. & 103. egit de observatiã, & dulia, non disputet de vitio peculiari ipsis opposito, sicut egit q. 96. de peccato sacrilegij, quod oppositũ est virtuti religionis. Est enim peculiare vitium observantiæ, & duliæ contrarium, licet nomine careat. Iniuria namq; simpliciter facta Sanctis, & Sacerdotibus duliæ potius, quam virtuti religionis opposita est ac proinde nõ sacrilegiũ, virtuti religionis contrariũ, sed peculiare peccatũ sacrilegij, duliæ, aut observantiæ oppositũ, vt diximus, debet constitui. Dixi iniuriã simpliciter factam: interdũ enim potest Sacerdotum, & Sactorum iniuria esse sacrilegiũ virtuti religionis oppositũ; quando videlicet nõ simpliciter fieret, sed ex odio peculiari ministerij, & institutionis: sicut contingit hæreticis, qui Sacerdotes insectantur, quod putent ipsorum ordinationẽ supersticiosam. Illa enim iniuria, licet fiat Sacerdotibus, qui iniuriæ, & honoris in se capaces sũt, transit tamen ad Deum, in cuius cultũ sunt instituti, etiã si expresse in Dei iniuriam animum non intendant. Parum autè refert, si illa iniuria, quæ fit Sacerdoti, quatenus est iniuria Dei, sit coniuncta cum iniuria ipsa, prout est Sacerdotis, & ab ea separari non possit, vt proinde dicamus, illam non esse peculiarem iniuriam contra virtutem religionis, in specie sacrilegij. Vt enim in specie sit sacrilegij contra religionis virtutem, satis est si peculiarem respectum habeat contra Deum, in cuius opprobrium illud cedere videtur: sic etiam contra, venerari possumus ipsos Sacerdotes cultu religionis, non quidem excellentiæ, quam in se propriam habent, honorem deferentes; sed

Deo

Quando iniuria sacerdoti facta, vel sancto, sit sacrilegium contra religionem.

S. Thom.

182

183

Deo in ipsis, cuius ministros esse cõsideramus, de quo fufius tractabimus, lib. 3. disp. 1.

Ex hac eadem doctrina, & his, quæ dicemus, lib. 2. disp. 8. cap. 8. & 9. sequitur præterea iniuriam factam imaginibus Dei, & rebus sacris in animis, cum irreuerenter tractantur, semper esse sacrilegium contra virtutem religionis, ac proinde semper iniuriam illam in Deum peculiari modo transire, ex quo peculiarem quoque fortitur speciem: sicut contra, adoratio imaginum Dei, & rerum sacrarum, semper est opus virtutis religionis. Nam, vt ibidem demonstrabimus, sicut imagines secundum se, nõ sunt honoris capaces, sed totus illarum honor est exemplaris, scilicet ipsius Dei, & totus honor, qui calici, & libro Euãgeliorum, & alijs rebus sacris defertur, est etiam ipsius Dei, non remotè, sicut est honor Sactorum, sed proximè, sicut eius, quod colitur, & honoratur simul cum re sacra: sic etiã iniuriæ capaces non sunt, sed tota iniuria in Deum transit. At Sacerdotes, & Sancti in se capaces sunt ratione excellentiæ sibi propriæ, & honoris, & iniuriæ. Ex qua ipsi aut coli, aut iniuriam pati dicuntur. Deus autem in ipsis non nisi remotè, & communi quadam ratione, veluti quocunq; opere malo dicitur affici iniuria, bono autè coli, & honorari.

De imaginibus verò Sactorum, & reliquijs, cum honor ipsarum in exemplar trãseat, vt in rem adoratam, nec ipsæ secundum se capaces sint adorationis: sic etiam nec iniuriæ, sed eam in exemplar quoque transire necesse est. Quare non erit sacrilegium contra religionis virtutem, sed contra duliam, vt de ipsorum Sactorum iniuria paulò ante dicebamus.

(. . .)

Corollarium

Irreverentia rerum sacrarum, vt calicis & similium est contra religionem proximè

[185

An beata

An beata Virgo cultu sacro, & plusquam civili veneranda sit. Disput. 7.

Doctrina Catholica. cap. 1.
Solutio obiectionum, quæ ab Hæreticis opponuntur. cap. 2.

Doctrina Catholica.

C A P V T I.

Vamquam ex disp. 5. satis perspicuè constat, deberi B. Virgini plusquã civilem cultũ; siquidem alijs quoque Sanctis tribuitur: quia tamẽ cum Hæreticis, imo cum Catholicis de modo adorationis peculiaris est difficultas, nouam disputationẽ de beata Virgine institute, necesse fuit. Quæstionem hanc eruditè, sicut reliquas, tractat noster Canisius libro 5. de B. Virgine, cap. 11. & sequentibus, vbi refert permultos nostri temporis hæreticos, qui cultum iam pridem in Ecclesia Dei vsitatũ, & ritulos delatos beatæ Virgini impudenter impugnant. Veritas tamen Catholica est, beatã Virginem cultu sacro, & plusquam civili colendam esse. Quæ quidem definita est locis citatis disp. 5. cap. 2. Et quidem si sanctitatem Virginis spectemus, in ea est dignitas eiusdem rationis; maior tamen, quã in reliquis Sanctis, vt ipsam adoremus: si vero dignitatem eximiam matris cũ sanctitate coniunctam; est etiam in ea peculiaris ratio dignitatis, quæ in alijs non reperitur, vt ipsam veneremur. Quocirca cum cæteri Sancti dicantur coli dulia, quæ inferior est religione, & latria; beata Virgo dicitur hyperdulia adorari, quæ idem est, quod excellens & eximia dulia. Quod nomen licet à Patribus vsitatum non fuerit, ab scholasticis docendi gratia meritò vsurpatũ est; vt indicarent in beata Virgine esse multo maiorem dignitatis excellentiam, ob quam eximio cultu duliæ adoranda sit.

Sic do-

Singulare genus adorationis deberi B. Virgini.

Canisius.

185

S. Tho. Caiet. Gabr. Palud. Almai Sic docent S. Thom. 3. p. q. 25. ar. 5. & ibi Caiet. Gabr. lect. 49. super canonem, Palud. in 3. d. 9. q. 2. Almai. q. 1. ante medium. Ex quibus, quamuis Palud. dicat hyperdulia deberi beatæ Virgini, propter singularem vitæ sanctitatẽ, qua super omnes choros Angelorum euecta est; id quod nullus alius Doctorum negat: ceteri tamen citati cum S. Tho. docent, peculiari ratione, hyperdulia adorari. Quod scilicet, sit mater Dei, atq; ideò inter ipsam & Deum, sit species quædam coniunctionis, & consanguinitatis secundum carnem, vt optimè aduertit Canisius lib. illo 5. c. 15.

Cõfirmatio ex Patribus

Casif.

Atha. Damasc. Germ. Patriar. Aug. Petrus Damia. Rupert. Ansel. Gregor.

187

Nazian.

Ioann. Cant.

Epiph.

Hoc sane singularis adorationis genus erga Virginẽ indicant Patres, qui asserunt, eam tanquam matrem Dei esse venerandam. Sic Athanas. in Euangelium, de sanctissima Virgine, Damasc. lib. 4. de fide cap. 15. Germanus Patriarcha in Epistola ad Ioannem Synnadon, quæ habetur actione 4. 7. Synodi, August. serm. 35. de Sanctis, Bern. sermone 1. de assumptione, Petrus Damascenus serm. 1. de natiuitate Mariæ, Rupert. lib. 3. in cantica, in illud cap. 4. *Veni coronaberis*: Anselm. opusc. de excellentia Virginis, c. 8. demum Greg. Papa in Epistola ad Germanum, circa finem, quæ habetur in eadem 7. Synod. act. 4. qui omnes cum Athanasio Virginem appellant dominam, & Reginã; ideòq; ipsi honorem deferendum affirmant. Id ipsum clarissimè testatur Nazian. in tragœdia de Christo patienti his verbis, *Admitte Virgo o inclyta, hic quãdo tibi Verbi parenti, sed supermodum tuum, legemq; solum inter omnes contigit honor.* Et Ioannes Cantacuzenus in Apologia 3. & 9. contra Mahometanos, *Credimus (inquit) & confitemur, quod Maria similis homo, nec natus sit, nec posthac ex viro & muliere nasciturus, vsque ad consumationem seculi, & secundum humanam naturam, eam Angelis inferiorem esse iudicamus, tanquam hominem: honore autem, & sanctimonia, ipsam, omnibus Angelis indubiè præferimus; eo quod Verbum, & filium Dei secundũ carnem peperit.* Accedit Epiphanius hæresi 79. in medio, qui dicit, Mariam Virginem ceteris esse honoratiorem, propter mysterium incarnationis; cuius verba in solutione argumentorũ referemus. Vbi nomine illo comparatiuo apertè indicauit,

Pulchritudo Virginis Maria.

genus

genus illud adorationis excellentioris, quam hyperduliam vocamus.

188

Solutio obiectionum, quæ ab hæreticis opponuntur.

CAPVT II.

SED obijcit nobis, Philippus Melancthon, in responsione contra Clerum Coloniensem Epiphanium, qui hæresi 78. circa finem, & 79. narrat, mulieres in Syria statuam Mariæ circumtulisse, & ei liba, & alia munera obrulisse: easque acriter reprehedit. Nunc uero (inquit Melancthon) magna pietas ducitur invocare Mariam, & donaria liberaliter cumulare. Hunc tamen locum Epiphani, fusius examinans Canisius, lib. 5. de beata Virgine cap. 16. fatetur, morem illarum mulierularum, merito ab Epiphanio reprehendi. Primum, quod ipsæ fungerentur munere sacerdotali, offerentes sacrificium beatae Virgini, cum nusquam mulieribus à Deo fuerit commissum sacrificare; sed ius sacrificandi, penes viros semper fuerit: quin imò Paulus 1. ad Corinth. 14. non permittat, ut mulier in Ecclesia loquatur, nec aliquod ministerium perficiat. Tum etiã, quod beatae Virgini sacrificium offerrent, cum tamè nulli alteri, quàm Deo, conueniat. Offerebant autè in sacrificium, *Κολυρίδα* & *kollyrida*, id est tortam panis, ut testatur idem Epiphanius. Vnde dicti sunt collyridiani, ut inquit Damasc. lib. de hæresibus.

Epiph.

Canisius

1. Cor. 14

189

Damasc. Epiph.

Ceterum, cum hæc hæresis, teste eodè Epiphanio, apud mulieres solum vigerit, ait enim hæresi 79. in principio, *Hi enim qui hoc docent, qui sunt præterquam mulieres?* Forsan hoc fuit in causa, ut benè notauit Canisius, quare Aug. lib. de hæresibus, ubi profitetur, se in unum collecturum omnes hæreses, quas Epiphanius recenset, Collyridianorum non fecerit mentionem: & cum referat Augustinus hæresim Antidicomarianitarum, contra quam disputat Epiphanius hæresi 78. & statim subiungit, errorem Collyridianorum: horum tamen ipse Augustinus non meminerit. Ad hæc Epiphanius optimè reprehendit mulieres illas, quod tortam illam

Obiectio Philippi Melancthonis: ex Epiphanio de prompta, Solutio.

Offerebatur in sacrificium B. Virginitortam panis.

Hæretici collyridiani vel potius hæretici.

190 illam panis, indie quodam solenni, per aliquot dies, beatae Virgini, tanquam Deo offerrent: quem cultum & honorem, nulli sanctorum, catholici adhibent; cum soli Deo sacrificium offerant. Quare eorum cultum, Epiphanius simulacriticum conatum appellauit, quia imaginibus sacrificarèt: ob id tamen non improbat Epiphanius donaria, quæ in honorem beatae Virgini, vel alicuius Sancti, in templis suspenduntur, quæ ignoratè admodum Heabrandus reprehendit: ut refert Canisius. Cum verò Epiphanius loco allegato, beatae Virgini adorationem denegat, de patriæ solè veneratione, planè intelligit. Verba illius sunt: *Reuera, Sanctum erat corpus Maria, non tamen Deus: reuera Virgo erat ipsa honorata, sed non ad adorationem nobis data: sed ipsa adorans eum, qui ex ipsa, carne genitus est.* Cum enim dicat ipsam esse honoratam, fatetur sanè dignam honore fuisse: sed non ad adorationem, quæ soli Deo debetur propositam: sicut infana illæ mulieres putabant; & cum statim concedat, Sanctos, ut Eliam, Ioannem, Teclam, imo ipsorum corpora honoranda esse, & beatam Virginem adhuc honoratioem, propter dispensationem mysterij (Græci *οικονομια* & *οικονομια* vocant) qua digna facta est; non solùm docet, Sanctos colendos & honorandos; sed etiam beatam Virginem, excellentiori cultu venerandam, quam adorationem hyperduliam nuncupamus. Complexus autem est paucis verbis, utrunque titulum, ratione cuius, hyperduliam Virgini tribuimus: nimirum maternitatis, cum dicit, *Propter mysterij dispensationem: & sanctitatis, cum ait: Qua digna facta est.*

191

Canisius.

Athanas. Bernard.

Idiota.

Deinde obijciunt hæretici, ut refert idem Canisius, lib. 5. cap. 11. & 12. & 13. quod honoris causa, beatae Virgini titulos deferamus, qui in solum Deum conuenire possunt. Ex quo Lutherus, idololatriæ Catholicos insinulat. Nam Athanas. ferm. illo de sanctissima Deipara, regeneratricè ipsam vocat: Bernardus verò, Epistola 174. restauratricè, intelligunt spiritualis regenerationis. idem Bernardus fermone 1. de Natiuitate Mariæ, & 1. de Assumptione, & Idiota homilia in domini hypopante, ipsam aduocata appellat: Ecclesia in Antiphona, *Salve Regina*, dicit spem nostram

Epiphanius la tria solum beata Virgini denegauit cultum vero neque illi, neque sanctis adimit.

2. Obiectio.

Epitheta beatae Virgini a sanctis tributa.

nostram, ad quem etiam modū alludit Bernard. serm. illo 1. de natiuitate beatæ Mariæ: Beatus Ephren in oratione de laudibus Virginis, gaudium, & salutem mundi ipsam esse prædicat: demum Matæus Philadelphienſis plures alios honorificos titulos habet in duabus preceationibus ad sanctissimam Virginem: nec his omnibus videtur inferior, quem tribuit Ecclesia in Antiphona illa, *Gaude Maria Virgo, cunctas hæreses sola interemiſti*: cuius meminit Bernard. 2. serm. de beata Virgine, ex verbis Apocalypſ. & Anselmus lib. 1. in cantica, imo & Hieronymus in serm. de assumptione, qui tribuitur Sophronio.

Bernard.
192

Ephren
Matæus
Philad.

Ansel.
Bernard.
Hieron.

Canis.

193

Ad hæc omnia, & his similia, optimè respondet Canis. cap. illo 12. titulos aliquos in Scriptura ita Deo tribui, vt alteri deferri nequeant; vt quod sit infinitus, omnipotens, æternus, &c. esse tamen plures alios, qui indiscriminatim, & Deo, & Sanctis accomodari possunt. Huiusmodi sunt pastoris, magistri, fundamenti, petra, & quos hæcenus retulimus. Neq; vero, beata Virgini tribuuntur, quia ipsi equalem cum filio suo dignitatem, inesse credamus: sed ad explicandam eximiam ipsius apud filium intercessionem, ideo dicitur spes nostra, aduocata, restauratrix, & regeneratrix, gaudium nostrum, imo, & hæreses etiam abstulisse: quod eius deprecatio apud filium, qui est spes vnica nostra, & autor restauratorq; vitæ spiritualis, & hæresum omnium extinctor, maximi ponderis sit: quãtum vero hoc ab idolatria distet, facile quisq; videre potest.

An adoratio, quæ beata Virgini tribuitur, sit opus virtutis religionis. Disp. 8.

Varia opiniones. cap. 1.

Verior sententia. cap. 2.

Varia opiniones.

C A P V T I.



ES hæc (mea quidem sententia) clarior erat, quã quæ disputatione indigeret, sed cum recentiores Theologi varia fuerint opinati; necessarium duxi, singu-

singulorū dicta refellere, ne veritas perspicua, argumētōrū tenebris offuscata maneat. Ex eo verò variæ inter Doctores opiniones exortæ sunt: quòd viderent in Virgine peculiarem rationem cōiunctionis cum filio, tactus nempe, & maternitatis. Cumq; rebus inanimis, vt reliquijs, ratione contactus cum Deo, patriæ adorationem exhibeamus: probabile aliquibus visum est, etiam Virgini candē quoq; adorationem tribuere. Huius difficultatis meminit S. Thom. 3. p. q. 25. art. 5. argumento 3. & respondet, ratione solius tactus, beatam Virginem non esse adorandã adoratione patriæ: quamuis res omnes inanimæ ratione illius, non alio modo, quam patriæ adoratione venerandæ sint. Assignat verò discrimen, quia cum beata Virgo dignitatem & excellentiam habeat sibi propriam, à dignitate filij sui distinctam, ratione illius capax est honoris, & reuerentiæ sibi debitæ, distincta quidem ab honore, & reuerentia debita filio: hæc autem est inferior, quam patriæ; quia dignitas etiam Virginis inferior est quam dignitas filij. Res verò inanimæ, cum nullam aliam in se contineant excellentiam, quàm exemplaris, quod repræsentat, aut rei quam tetigerunt; nulla alia adoratione possunt adorari, quam ipsius rei sacræ, ad quam referuntur, & coniunctæ cum illa, eadem simul adoratione colendæ sunt.

S. Thom.

195

Caiet.

Hanc Doctoris Angelici sententiam, intelligit Caietanus in eodem articulo non absolutè & simpliciter, sed ratione scādali, aut periculi, quo cessante, fatetur, posse beatam Virginem adorari adoratione patriæ, ratione solius contactus.

Alij verò recentiores Theologi, non solum ratione cōtactus, existimant, adorari posse adoratione patriæ, sed etiã ratione maternitatis, propter sanguinis coniunctionem. Adorationem autem patriæ appellant, quia sit ab eodem habitu religionis, quo Deum ipsum colimus. Probāt primum, quoniam licet dignitas matris sit creata, ac proinde finita, suaptè tamen natura ordinem habet ad increatam Dei dignitatem & excellentiã; in eodē ergo ordine cū ea, cū vnione personali humanitatis, constituenda est. Sicut

Ratio dubitandi.

Responsio S. Thomæ. Cur Mariæ ratione contactus adoratio patriæ non exhibeatur sicut rebus inanimis.

Caietani opinio.

Recentiorum opinio. Beatã Virginem ratione maternitatis, & cōtactus posse adorari patriæ.

H ergo

Solutio.

Quosdam titulos solum Deo conuenire, quosdam vero illi cum sanctis communes.

Alterū ar-
gumen:um.

ergo Christi humanitas, ex virtute religionis adoratur, & latria colitur: eadem quoque ratione, mater Dei veneranda est. Deinde mater Regis, eadem virtute, qua rex ipse colitur: ergo & mater Christi, eadem etiam religione, qua humanitas Christi, & ipse Christus adoratur: hæc autem est latria; ergo beatæ Virgini cultus latriæ debetur.

Verior sententia.

C A P V T II.



Vid in hac quæstione dicendū sit, ex disp. 6. c. 1 & 2. manifestè liquet. Primū quidē, si in beata Virgine nō consideremus excellentiā propriā, quā habet: sed eam, vt aliquid Dei, apprehēdamus, solū ad ipsius Dei dignitatē attendentes, ipsam simul cū Deo adorādā esse adoratione, qua est opus latriæ, & veræ religionis, sicut in vniuersum de omni creatura, etiā irrationali 3. lib. disp. 1. cap. 2. & de quocunq; homine, seu creatura rationali, cap. 3. demonstrabimus. Est tamen in beata Virgine, peculiaris quædam ratio, ob quam cū Deo simul adorari possit; quæ in omnibus alijs rebus rationalibus non inuenitur. In illis enim solū est similitudo quædam Dei, quatenus effectus illius sunt: in Virgine autem, fuit sacer ille contactus & magis peculiaris modo, quam in reliquis, vel alijs, quæ Christum tetigerunt. Si ergo cogitatione nostra, Virginem cum Christo cōiungamus, & in ipsa Virgine Christum consideremus, nec ad excellentiā Virginis, sed solius Dei, in ipsa respiciamus: possumus eā, etiam eadem adoratione qua Christum adorare. Quale verò in hac adoratione periculum esse possit, eo loco dicemus. Nec arbitror, hoc voluisse S. Thom. negare 3. p. q. 25. art. 5. ad 2. sed solū ostendere imaginem Dei, nō nisi ex latria adorari posse, quod secundum se non sit adorationis capax: at vero beatam Virginem, propria sibi adoratione adorari: non ex latria & religione, quia habet dignitatem sibi propriam, & inferiorem quā Dei, cui per se proprie debetur adoratio, vt statim explicabitur.

Quomodo
ma possent si
mul cum Deo
adorari.

Peculiaris
ratione virgo
est simul cū
Deo adorari

197

198

Præterea

Caiet.
S. Thom.

Præterea dicendum est, si in beata Virgine cogitemus dignitatem sanctitatis, vel etiam maternitatis, & confanguinitatis, quā cū Christo secundū humanitatem habet & affinitatem, quam secundum diuinitatē illius cum eo habet, vt notauit Caiet. 2. q. 103. art. 4. non possumus adorationem, & honorem latriæ, aut religionis ipsi deferre. Sic expressè tradit S. Thom. 3. par. quæst. 25. art. 3. ad 2. vbi discrimen assignat inter imaginem, & beatam Virginem, vt ostendat imaginem relata ad exemplar, quatenus illud in se habet, eadem adoratione cum ipso, atque ad cō si sit Christi, adoratione latriæ adorari: at beatā Virgine etiā relata dignitate maternitatis ad filium, nunquam adoratione latriæ coli. Differentia verò est (inquit ille) quod imago vt in se cōsideratur, etiam relata ad exemplar, nullo modo est veneranda; quasi dicat, quia hoc modo nulla est ipsius dignitas, nisi prototypi, nullo modo secundum se nisi cum eo vnica, & eadem adoratione adoranda est. At beata Virgo, etiam vt mater ad filium relata, secundum se, dignitatem habet distinctam, & inferiorem dignitate, & excellentia filij; illa ergo secundum se est veneranda inferiori cultu, etiam si propter filium, in quem remotè transit matris honor, adoranda sit.

Ex hoc vero licet colligere, eam non adorari virtute religionis; hæc enim proxime respicit Deum, tamquam eū, cui defert honorem: & cum gradus honoris ex dignitate eius, cui cultus adhibetur, pensandi sint; religionis, & latriæ, qui supremus est, per ordinem ad Deum debet constitui: alioqui frustra distingueremus virtutem religionis, ad colendum solum Deum, à virtute dulciæ, & obseruantia, ad honorandum homines: vt distinximus contra Marsilium, ex sententia omnium scholasticorum, quos disput. 6. cap. 7. commemorauimus. Accedit, quod si beata Virgo, quia maternitate refertur ad filium, adoranda est ex latria & religione propter filium, eadem ratione, omnes Sancti, quia coluntur, vt Sancti, & amici, seu domestici Dei, essent ex eadem virtute venerandi. Ea enim ratione ad Deum quoque referuntur.

199

H 2 Respon-

Beata Virgini ratione sanctitatis, & maternitatis non debetur cultus ex latria. Probatum est differentiam inter imaginem Christi & B. Virginis.

*Responsio
quorundam.*

Respondent aliqui ideo B. Virginē, ratione maternitatis, ex virtute religionis esse venerandam, non autē alios Sanctos, quia dignitas matris pertinet ad ordinē vnionis hypostaticæ, quæ ex religione colenda est: at dignitas Sanctorum, ad gratiam habitualem, cui non exhibetur adoratio, ex virtute religionis. Sed hæc differentia inanis est, tum quia licet maternitas referatur ad humanitatem vni tam Verbo, non ideo est secundum se digna cultu virtutis religionis, sed dulciæ, vt statim patebit. Tum etiam quia gratia sanctificationis, etiã est ordinis ipsius Dei, cum faciat nos esse consortes diuinæ naturæ, imò magis Deo coniunctos & caros, quam sola corporalis maternitas: parum autem refert, quod ipsa maternitas ex quadam congruentia secum postulet gratiæ excellentiam: nunc enim solum contendimus ipsam maternitatem ratione sui tantum, non facere hominē ita carū, & Deo cōiunctū, sicut facit gratia & sanctitas animæ. Et sanē cum aduersarij conuicti fateantur maternitatem secundum se, sine gratia iustificante esse multo minorem dignitatem, quam sit ipsa iustitia, & sanctitas vitæ, cum sanctitas ipsa non peccat secundum se adorationem, ex virtute religionis; multo minus exiget ipsa maternitas secundum se: sed neque vtraque simul: si enim aliquid excellentius habet vtraque simul, illud prouenit ex gratia iustificante; cum ergo hæc non postulet cultum ex virtute religionis, sed ex dulciæ; sequitur, nec ipsam maternitatem cum gratia, illum exposcere.

*Respondetur
ad prius ar-
gumentum
oppositæ opi-
nionis.*

*Discrimē in-
ter dignitatē
filij, & ma-
tris.*

Duo vero argumenta pro priori sententia facta, facile ex dictis diluuntur. Ad primum dicimus, etiam si dignitas matris, aut sanctitatis beatæ Virginis ad filium referatur, non sequitur dignitatem illius, esse eiusdem ordinis cum filij dignitate. Hæc enim est dignitas Dei, dignitas autem matris creata est; cumque proximus terminus, cui exhibetur adoratio, sit excellentia, quam in se res habet, quamuis ad aliam referatur superiorem; ex ea tamen cultus, & adorationis natura pensanda est, etiam si propter superiorem, tamquam remotū terminū exhibeatur.

Ad alte-

200

Ad alterum respondetur Regis & matris ipsius dignitatem ratione sanguinis esse eiusdem ordinis, tametsi secundum magis, & minus differant: vtraque enim est creata, & ideo eadem virtus obseruantia vtrique defert honorem: sicut etiã Ducibus, & Senatoribus, & alijs in dignitate ciuili constitutis: at beatæ Virginis, & filij excellentiæ diuersi ordinis omnino sunt, vt ex dictis patet. Quare non mirum, si cultus vtriusque ad eandem virtutem non pertineat. Sic ergo cultus Virginis ad obseruantiam, vel dulciã: filij verò, ad religionem, seu latriam spectat.

201

Cæterum ad maiorem huius rei explicationem, duo obseruanda supersunt. primum est, tametsi virtus, quæ sanctis exhibet reuerentiam, non sit dulcia proprie accepta, vt aliqui docent, quos disp. 6. cap. 1. retulimus, sed communi quadam ratione, qua dicitur obseruantia erga omnes maiores. Nam dulcia proprie videtur tantum conuenire seruis erga dominos, vt docet S. Tho. 2. 2. q. 103. & alij, quos ibidem recensuimus. respectu tamen Virginis, dulcia etiam in hac significatione, nō inepte dici potest, quamuis Dur. in. 3. d. 9. q. 3. num. 7. soli Christo hoc genus dulciæ propriè cōcedat. Eamq; non soli Christo sed beatæ Virgini etiã cōuenire, patet, quia cum Christus iure redemptionis veram rationem dominij in redemptos habeat: mater eius iure etiam Domine, & Regine gaudere debet. Seruus enim eadem dulcia, & dominum suum, & matrem illius colit: id quod Sancti Patres superiori disp. citati aperte indicant, cum dicunt beatam Virginem, tanquam Dominam, & Reginam esse adorandam.

S. Thom.

Durand.

Deinde obseruandum est, digniorem adorationem beatæ Virgini deberi propter eximiam vitæ sanctitatem, quã propter maternitatis, & sanguinis cum Christo coniunctionem: gradus enim adorationis ex dignitate, cui tribuitur, expēdi debet; maior autē est vitæ sanctitas, quam sanguinis coniunctio. Nam Lucæ. 11. cum mulier quædam laudans matris dignitatem, dixisset: *beatus venter, qui te portauit*, adiecit Christus: *quinimo beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud*, præferens nimirum vitæ sanctitatem di-

*Differentiam
inter matrem
& regis, & ma-
trem Christi.*

Notatio prior

*Non solū ob-
seruātia: sed
dulcia etiam
propria debe-
tur B. Virgi-
ni.*

*Alteratio-
tatio.
Maior debe-
tur cultus B.
Virgini ob
sanctitatem,
quam ob san-
guinis cum
Christo con-
iunctionem.*

H 3 gnitati

gnitati matris. Id quod optime notauit August. tractatu 202
10. in Ioann. in Epist. 38. & in libro de sancta Virginitate Aug.
c. 3. Iustinus quest. 136. ad Orthodoxos, & Cyprian. serm. Iustinus.
de passione Domini: maior ergo debetur Virgini cultus, Cypria.
ob vitæ sanctitatem, quam ob sanguinis coniunctionem.

Obiectio.
S. Thom.
Solutio.

Sed obijciunt aliqui B. Thomā, qui 2. 2. quest. 103. art. 4. S. Thom.
ad 2. docet adorationem, quæ debetur Virgini, propter
affinitatem cum Deo, quæ prouenit ex maternitate, esse
hyperduliam, hoc est, maximam speciem duliæ: mens ta-
men Doctoris sancti longè diuersa est. Nam ibi hyperdu-
liam vocat, maximā speciem duliæ communiter sumptæ,
quatenus includit obseruantiam, & pietatem, vt disput. 6.
cap. 1. notauimus. Porro affinitatem cum Deo non solum
intelligit eam, quæ prouenit beatæ Virgini, ex coniunctio-
ne sanguinis cum Christo secundum humanitatem, sed
etiam quam habent omnes Sancti cum Deo propter gra-
tiam; quorum cultum ratione huius amicitie cum Deo,
vocauit hyperduliam; sicut alij scholastici allegati in illo-
r. cap. In argumento verò, meminit beatæ Virginis, &
coniunctionis illius cum Christi, secundum carnem, non
quia de illa solum loqueretur; sed vt in exemplum addu-
ceret. Perperam ergo Caietan. ibidem docet, affinitatem Caiet.
cum Deo solum vocari à sancto Thoma coniunctio- S. Tho.
nem ipsam secundum carnem cum Christo: quia non so-
lum ad Virginem, sed etiam ad nos omnes, qui ratione
naturæ consanguinei sumus Dei, eam extendit; cum reue-
ra loquatur S. Thom. de affinitate illa, quæ fit cum Deo
per gratiam: de affinitate verò, quæ conuenit nobis omni-
bus ratione incarnationis, nequaquā intelligat, huic enim 203.
non debetur hyperdulia. Non ergo comparat ibi S. Do-
ctor adorationē, quæ debetur ratione maternitatis, ado-
rationi ratione sanctitatis exhibitæ, sed vtramq; appella-
uit hyperduliam, id est, maximam duliam, respectu obser-
uantie, qua communiter maioribus honorem deferimus.
Eodem pacto 3. p. q. 25. art. 5. non comparat adorationem
Virginis, quam dicit deberi ratione maternitatis, cultui
Sanctorum, qui exhibetur ratione sanctitatis, sed vniuer-
sum.

Refellitur se-
sus Caietani

sum cultui aliarum creaturarum, cum ait: *Eminentius tamen
quam cateris creaturis, in quantum ipsa est mater Dei.* Quare si
honor Virgini ob solam matris excellentiam tribueretur,
non esset hyperduliæ, hoc est maximæ duliæ; si cum adora-
tione Sanctis debita ob ipsorum sanctitatem conferre-
tur: esset tamen dicenda hyperdulia, collata cum honore,
quem serui dominis suis, & inferiores maioribus exhibe-
re debent. Nunc autem cum Virgini cultum adhibeamus,
& honorem, propter vtramque ipsius dignitatem, simpli-
citer & absolute hyperdulia, id est, maxima dulia me-
rito dicitur. Vtranq; verò rationem adorationis
optime indicauit Epiphanius, quem dispu-
tatione præcedenti, cap. 2.
retulimus.

Epiph.

(. .)

FINIS LIBRI PRIMI.

H 4 DE

DE ADORATIONE IMAGINVM.

LIBER SECVNDVS.



IACTENS superiori libro cōplexi sumus omnium rerum rationaliū cultum & venerationem; quod ex ipsis in alias res sacras, quæ ratione, & vita carent, cultus omnis, & adoratio deriuetur. Inter ipsas verò res inanimatas, primum locū imaginibus tribuere decreuimus, quoniam de ipsis varia, admodumq; difficile^s, nō tantum cū hæreticis, sed etiam cum Catholicis exortæ fuerunt quæstiones, quarum quidem tractatio, & cruditione, & subtilitate cæteris plurimum antecellit.

Quo differant idolum, & imago. Disput. 1.

Prima differentia ex Origene, & alijs. cap. 1.

Secunda differentia ex Augustino, & alijs. cap. 2.

Tertia differentia ex doctrina eiusdem Augustini. cap. 3.

Pauca de nomine Simulacrum. cap. 4.

Prima differentia ex Origene, & alijs.

CAPVT I.



IT id, de quo suscipitur disputatio, perspicuum fiat, nec ipsarum vocum ignorance, quas hæretici malitiose confundunt, ea difficilior efficiatur,

Henr.
Steph.

Caluin.
Marty.
Illirius.

2

7. Synod.

Origen.
Exod. 20.

3

tur, ab ipsa nominis significatione exordiri operepretiū duxi. Henricus igitur Stephanus, in suo Thesauro lingue Græcæ in voce εἰδωλον *idolon*, affirmat, hoc nomen significare omne simulacrū numen aliquod representās, quod cultu, & honore dignatur. Mox subiungit, *Ex quo sequitur apud Ecclesiasticos imagines Christi, & Sanctorum, & præcipuè Trinitatis, recte vocari idola.* Quibus errorem Iconomachorum, Caluini, Martyris, & Illirici, quos ipse impudenter Ecclesiasticos vocat, manifestè comprobauit. Hi enim passim, vt imaginū cultores, & adoratores, idololatras appellent; ipsas imagines idola nuncupare non verentur. Iā verò in emendationibus Thesauris. Henrici posteriora illa verba, quæ subiunximus abrasa sunt, quibus ablatis, expurgatoribus illius libri visum est, reliqua sine vlla offensione manere posse: cum tamen sub eis nō obscurè, idē error contineatur, perinde enim est, idolum sic definire, *Simulacrum numen aliquod representans, quod cultu & honore dignatur*, atq; ipsas imagines, idola appellare. Quid enim aliud est, simulacrum, numen representans, cui honor exhibetur, quam imago? Verū hic error disertis verbis damnatus est in 7. Synodo sess. 7. in quodam Anathematismo, vbi dicitur: *Qui venerandas imagines, idola appellant, anathema.*

Porro ex Patribus non minus apertè confutari potest. In primis Origenes hom. 8. in Exodum explicans illud cap. 20. *Non facies tibi sculptile, quod 70. εἰδωλον idolon* dixerunt, ait, *Aliud est facere idolum, aliud facere similitudinem.* Explicat subinde differentiam his verbis. *Si quis quolibet metallo auri, vel argenti, vel ligni, vel lapidis, faciat speciem quadripedis, vel serpentis, vel auri, & statuatur illam adorandam, non idolum, sed similitudinem fecit: vel etiam si picturam ad hoc ipsum statuatur, nihilominus similitudinem fecisse dicendus est: idolum verò facit ille, qui, secundum Apostolum dicentem quia idolum nihil est, facit quod non est. Quid est autem quod non est? Species, quæ non vidit oculus, sed ipse sibi animus fingit, verbi gratia, vt si quis humanis mēbris caput camis, aut arietis formet, vel rursus, in vno hominis habitu duas facies fingat, &c. idcirco hæc sciens Apostolus dicit;*

De nomine idola.

Henric. Stephanus Iconomachorum seftator.

Non satis a quibusdam emendatam fuisse idoli notationem ab Henrico post eam.

Damnatur a mathemate, qui imagines vocat idola.

Quid patres de idolo similitudine & imagine dixerint

dicit: quia idolum nihil est in mundo. Hæc Origines: quem secutus Oecumenius, eodem modo interpretatur illud 1. ad Corinth. 8. Eandem differentiam, inter idolum, & similitudinem, aut imaginem, amplectitur Theodorus. q. 38. in Exodum, ubi inquit, idola esse falsa simulacra, qualia Græci, & Aegyptij effingere consueverunt; formas scilicet non subsistentes, veluti sphingas, Tritonas, & centauros, & homines canino vultu, quorum meminit Athanasius oratione contra idola, post primum folium, talia quoque fuerunt idola apud Indos, siue Orientales, siue etiam Occidentales noui orbis hoc nostro tempore. Quare secundum horum Patrum sententiam imago est, alicuius rei subsistentis, seu possibilis similitudo: idolum verò, simulacrum rei minimè subsistentis, nec possibilis. Cum his faciunt Hesichius, in suo dictionario, voce ἰδωλον *idolon*, quod ex sententia Aristarchi, & Theodori, docet, significare umbram: & Eustathius, qui in lib. 11. Odyssæ asserit, idolum esse imaginem inanem, qualia sunt phantasmata, quæ cogitatione sola, nobis fabricari solemus. Quocirca, & Homerus. 11. Odyss. & Lucianus in dialogo de mortuis animas mortuorum vocant εἰδωλα *idola*.

Mihi sanè hæc, vocis *idolum*, significatio: ex qua desumpta est differentia ipsius, & imaginis, primaria esse videtur: tametsi latiori significatione interdum etiam vsurpetur, vt sequentibus capitibus videbimus: nunquam tamen ita, vt idolum, & imago pro eodem accipiatur. Illud autem 1. ad Corinth. 8. frustra, meo iudicio, ab Origene & Oecumenio, in eum sensum adducitur. Nam si cõtextum Apostoli spectemus, sensus illius est, quem Chrysostomus Homilia. 20. Theophyl. & Theodo. assecuti sunt. Verba Pauli, hæc sunt, *de escis, quæ idolis immolantur scimus quia nihil est idolum in mundo, & quod nullus est Deus, nisi vnus.* Ac si dicat, idolum nullius virtutis, aut potentie, nulliusque deitatis; imò nullius sensus esse, vt ei immolari possit: atq; hoc est, idolum nihil esse in mundo: sed vnum tantum esse Deum, cui soli sacrificiũ debetur. Ex quo ostendit Paulus, si recta adsit fides, & scientia, licitũ esse Christianis vesci escis, idolis immolatis: inde nam-

Corollarium
& discrimen
idoli & ima-
ginis.

Sententia au-
toris.

Exponitur
locus Pauli.
1. ad Corinth. 8.

Oecumenius

Theodorus

Athanasius

Hesichius
Eustathius

4

Homerus
Lucianus

1. ad Co-
rinth. 8.

Chr. yos.
Theophyl.
Theodor.

de nãq; pollui, aut maculari nequeũt, cũ ei offeratur, in quo nihil omnino est potẽtię, aut etiam sensus, & cognitionis.

Secunda differentia ex Augustino, & alijs.

CAPVT II.

Sande.



Anderus lib. 1. de imaginibus, ubi hanc Origenis, & Theodori doctrinã adduxit, fatetur, cã esse, verã significationem & naturã idoli: si tamẽ ad veram Dei religionem respiciamus, inquit ille, *Omne id vocatur idolum, quod etiam si rem subsistentem representet, non tamen ea ratione, quæ illi secundum naturam, aut gratiã inest.* Quare imago Iouis, dicitur idolum, quia Iouem, vt Deum & sanctum representat quod sanè signum est, cum illi neque natura, neque gratia, quidquam illorũ cõueniat. Atque in hoc, volunt recentiores aliqui primariã illam, nominis εἰδωλον *idolon* significationem, etiam seruari. Hanc acceptionẽ tradit Aug. 11. 5. questionũ veteris testamenti q. 41. ubi idolum, inquit esse falsi Dei simulacrũ, & Tert. li. de idololatria, c. 4. ubi idola appellat, imagines earum rerum, quas colit humanus error, & earum consecrationem, idololatriam. Vtramq; verò significationẽ cõplectitur, Euthimius in panoplia, tit. 23. ubi refert errores Bogomilorum, id est, Dei misericordiam imploratium, sic enim Bulgarico nomine dicebantur, qui quidem sacras imagines idola appellabãt, *ignorantes*, inquit Euthimius, *aliud esse imaginem, aliud idolum, nulla enim, aut falsa sunt idolorum exemplaria, cum Deos appellent eos, qui non sunt Dei, sed demones, qui sibi falso diuinitatem arrogant. At imaginum apud nos vera sunt exemplaria, & vere referunt, id quod appellantur.* Ex eo ergo, inquit Euthimius, simulacra falso Deorum esse, & appellari idola: quia, aut eorum exemplaria nulla sunt: vt dicebat Origenes, & Theodo. aut falsa sunt, vt paulo ante ex Aug. & alijs referebamus. Atq; in hæc posteriorẽ significationẽ videtur scriptura vsurpasse nomẽ idolum, sapiẽtię 14. Vbi dicit. *Initiũ enim fornicationis id est, superstitionis religionis, est exquisitio idolorũ: & ad ini. ẽ. io illorũ corruptio vitæ est.*

Ausus.
Tertulli.

Euthimi.

Sapiẽtię.
14

Alia idoli
definitio, &
significatio.

Aliud idoli
aliud ima-
go.

Idolorũ aut
nullum, aut
falsum esse
exemplar.

Inuen-

Origo idolorum ex morte hominum.

Inuenta verò idola hoc modo esse, testatur. Acerbo enim luctu, dolens Pater, citò sibi rapti filij fecit imaginem, & illum, qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum colere capit. Deinde interueniente tempore, conualescente iniqua consuetudine hic error, tanquam lex, custoditus est. Hac de causa, quidam arbitrantur, nomen Græcum ἰδωλον idolon, diminutiuum esse à nomine δῶς idos, quod formam significat, vt docet Tertullian. lib. de idololatria cap. 3. & Isidorus lib. 8. Etymologiarum cap. vltimo: quia significet paruum formam non magnitudine, sed perfectione, eò quòd à perfecta, & vera significatione deficiat. Verùm quauis Tertullianus, & Isidorus dicant nomen idolum esse diminutiuum: eam tamè non reddunt rationem. Ex hac doctrina, perspicuè quoque contra hæreticos patet idoli, & imaginis differentia. Nam idolum, est falsi Dei simulacrum: imago verò, est similitudo veri exemplaris, secundùm id, quod ipsi suapte natura, aut gratia inest.

7
Tertull.
Isidor.

Idolum diminutiuum.

Tertia differentia ex doctrina eiusdem Augustini.

C A P V T III.

Ecclesiastica significatio idoli.



Atiori adhuc significatione vsurpari solet, ab Ecclesiasticis scriptoribus idolum, dicitur enim omne, quod non est Deus, & tanquam Deus colitur, siue sit imago & simulacrum, siue res alia, quia adoratione huiusmodi, idololatriæ crimen contrahitur: sic accipit August. libro 20. contra faustum cap. 5. in principio, vbi ait, Manichæos Gentilibus esse deteriores; quòd ipsi colerent Deum malum, ac proinde rem minime subsistentem: Gentiles verò, res subsistentes. Inquit ergo ad Manichæos, Verùm vos illis esse longè deteriores, quòd illi ea colunt, quæ sunt, sed pro Dijs colenda non sunt, sunt enim & idola, sed ad salutem nihil sunt. Vbi Deos ipsos, quos Gentiles adorabant, siue stellas, siue elementa, siue etiam homines, siue simulacra, appellat Augustinus idola, quæ adorantur vt Dij, cū tamen, non sint aliquid, ad salutem, ac proinde, nec

8
Aug.

Manichæi peiores gentilibus.

de nec tanquam Dij adorandi, & lib. 7. quæstionum veteris testamenti q. 41. quærit, quare Gedeon Iudicum 8. exrauerit, faciès Ephod ex auro, & populus fornicatus fuisse dicatur, cultu idololatriæ post illud, cum Ephod esset vestimentum quoddam sacerdotale, vnum ex sacramentis tabernaculi, nec fuerit idolum, cum non esset simulacrum falsi Dei; in quo ad secundam illam significationem Augustinus allusisse videtur. Respondet ipse, Quia licitum non erat, extra tabernaculū simile tale fieri: & paulò post. Quia, & hoc genus quoddam idoli quodammodo erat, quòd extra Dei tabernaculum quodlibet manu factum, pro Deo coleretur; cum illa ipsa, quæ iussa sunt in tabernaculo fieri, ad Dei potius cultum referrentur, quam pro Deo aliquid eorum aut pro Dei simulacro colendum haberetur. Et lib. 1. quæstionum veteris testam. q. 61. & 1. de Trinit. c. 6. & Beda, in illud Luca 4. Dominum Deum tuum adorabis, &c. docent, idololatrias dici, qui seruitutem Deo debitam, simulacris exhibent: quocirca & ipsa simulacra, quæ pro Deo coluntur, idola appellari necesse est: si quidem illorum cultores idololatriæ dicuntur.

9

En. 4.

Athan.

10

Tertull.

Id ipsum colligitur ex Athanasio, in oratione contra idola, vbi post duo folia, cum annumerasset multa superstitionis genera, & eorum qui elementa, lunam, solem, & stellas adorabant, & eorum, qui simulacra rerum non subsistentium colebant, quorum mentionem fecimus cap. 1. & denique eorum, qui imagines hominum mortuorum venerabantur, & ad id statuas quoque, & imagines formabant, concludit his verbis. Cum igitur tali initio idolorum figmenta inter homines, attestante Scriptura prodierint: tempestiuè mihi videtur, vt ea vanitatis, falsoque vsurpati diuini nominis reuincamus. Quibus verbis, idola videtur in vniuersum appellare, quidquid, vt Deus colitur, cum verè non sit Deus. Ceterùm in hac re, mihi videtur illud accidisse, quòd Tertullianus lib. de idololatria cap. 3. memoria prodidit: Idolum (inquit) retro non erat, priusquam huius monstri artifices ebullissent: sola templa, & vacuæ ades erant, sicut in hodiernam, quibusdam locis vetustis vestigia permanent: tamè idololatria agebatur non in isto nomine, sed in isto opere. Nam & hodie extra templum,

Ephod a Gedeone factum non ex auro quomodo fuerit causa idololatriæ.

Pulchra verba Tertull.

plum, & sine idolo agi potest: at ubi artifices statuarum, & imaginum, & omnis generis simulacrorum diabolus sæculo intulit: rude illud negotium humana calamitatis, & nomen de idolis consecutum est. Hactenus Tertull. cum ergo vitium idem sit superstitiosæ religionis, quo falsa illa simulacra, aut nullius rei subsistentis, aut falsi Dei, aut quæcunq; aliæ res pro Deo coluntur, quæ reuera non sunt Deus: quod tanè vitium sine idolo, vt inquit Tertullianus, & sine isto nomine, antea erat: post inuentum simulacrum, quod idolum cepit appellari, factum est, vt ad omnem superstitiosam religionem, & falsum cultum Dei, nomen idololatria extensum sit: ac proinde, nomine idoli, omne illud significetur, quod pro Deo colitur, cum reuera non sit: & hac forsitan ratione Aug. illud Ephod, quod fecit Gedeon, non simpliciter, sed quodammodo appellauit genus quoddam idoli: quia scilicet eundem præstabat effectum, atque idolum præstare solet: nimirum cultum superstitiosæ religionis.

Corollarium

Iuxta hanc quoq; doctrinam, optimè constat differentia inter idolum & imaginem: nam idolum est quidquid colitur, vt Deus, siue sit simulacrum, siue res aliqua, quæ non est Deus: imago verò est similitudo alicuius exemplaris veri, quæ si rem dignam veneratione representet, cum ipso exemplari adoratione & cultu honoratur: & vt optimè notauit Sanderus lib. 1. de adoratione imaginum, cap. ultimo §. leoni, imago, non est similitudo quæcunque: sed quæ ad representandum expressa est: vt 1. p. q. 27. art. 4. & q. 35. latius ostendemus. Quare putat Sanderus, imaginem dictam, quasi imitagem, ab imitando: quam originem ipse confirmat, ex 7. Synod. actio. 6. tom. 6. in cõfutatione. 13. definitionis. Verùm cum Synodus Græce fuerit conscripta, non rectè ex illa, prædicta ethymologia probari potest, sed solum nominis Græci εἰκὼν latine imago, nam a verbo εἰκωῖκο quod significat assimilor, deductum est: interpres verò latine omnia reddens, dixit, imaginem ab imitando derivatam esse: sicut Genes. 1. dicitur de muliere, vocabitur virago, quia de viro sumpta est, quæ sane derivatio nominis, in lingua hebræa, non in latina debet intelligi.

Imago quasi imitago dicta est ab imitando.

Aug.

12

Sanderus

Genes. 1.

PANCA

Pauca de nomine (simulacrum.)

C A P V T III.



Ostremò, pauca dicenda supersunt, de nomine simulacrum: quod paulò communius videtur, quam nomen idolum. Laëtantius ergo lib. 6. diuinarum institutionum cap. 10. in principio, & 13. in fine, hominem appellat Dei simulacrum: & lib. 2. cap. 2. nomen simulacrum, a similitudine dictum existimat. Verius tamen videtur, quod docet Thomas Vvalden. tom. 3. cap. 157. num. 1. & Sanderus loco citato simulacrum dictum a simulando, vt idem sit, quod imago falsa & ficta. Quod verò de idolo subdit, idem Vvalden. nempe a dolo dictum esse, non placet: cum ex superioribus constet, esse nomen Græcum.

Lactan. 13

Vvalden. Sand.

Simulacrum a simulando.

Psal. 113 Act. 15. 1. 10. vl.

Aug.

14

Quare in scripturis, simulacrum pro idolo ponitur: psalmo 113. Actorum 15. primæ Ioann. ultimo, & alibi, vbi græce est εἰδωλον idolon latinus interpres verit, simulacrum, quod idem videatur latinis simulacrum, atq; Græcis εἰδωλον idolon vt inquit Augustinus, in illud psal. 135. Constatemini domino dominorum. Cum ergo contra hæreticos manifestum iam sit, idolum & imaginem secundum varias significaciones nunquam confundi apud Ecclesiasticos scriptores: apparet quoque impudentia Henrici Stephani, qui secundum suos Ecclesiasticos, pro eodem usurpari existimauit. Tota ergo huius libri disputatio, non de idolis, sed de imaginibus, & earum cultu, atque adoratione futura est.

Impudentia Henrici Stephani.

Qui nam fuerint imaginum impugnatores. Disp. 2.

De Marcionistis Manicheis, & alijs. cap. 1.

De Imperatoribus, & alijs hæreticis imaginum impugnatoribus. cap. 2.

Quibus hic error falso ascribatur. cap. 3.

De Mar-

Liber.2. De Adoratione.
De Marcionistis, Manichæis, & alijs.

C A P V T I.



Ræter Mahumetanos, & Iudæos, qui manifesto odio imagines omnes prosequuntur, fuerunt heretici permulti, dicti Iconomachi, vel Iconoclastæ, id est, imaginum impugnatores, aut eas malè tractantes, qui variè contra ipsarum cultum, & adorationem pugnarunt: de quibus sigillatim dicere, superuacaneum non erit: vt ipsorum cognitis erroribus, veritatem ipsam melius elucidemus.

Sanderus lib.1. de imaginibus cap. vltimo, vbi luculenter de hac re differit, censet antiquiores imaginum impugnatores inter hereticos, fuisse Marcionistas, deinde Manichæos, postea Eutythianos: confirmatq; primum auctoritate Tharasi in 7. Synodo, sed locum non citat: deinde, quod ad Manichæos attinet, testimonio Fausti Manichæi apud August. lib. 20. contra ipsum cap. 3. Id tamen visum est aliquibus recentioribus difficile. Putant enim, ex 7. Synodo non constare, Manichæos vnquam imagines respuisse. Nam a. 5. vbi Tharasius, eorum fecit mentionem, solum asserit: Iconomachos Manichæo esse similes: quod hac ratione, hi Doctores putant intelligendum: quoniam Manichæus, negabat corpus verum assumptum à Verbo, & solum apparens fatebatur. Cum ergo Iconomachi doceant, Christum non posse depingi, videntur cum Manichæo verum Christi corpus negare. De Fausto verò inquirunt, non negasse imagines in vniuersum, sed solius Dei. Quare primos Iconomachos arbitratur fuisse, Thalmudistas in suo Thalmud (quod prodijt, anno Domini 476.) ordine 2. tractatu 1. d. 2.

Sanderi tamen sententia, verior est; & firmiora multò habet fundamenta. Primum quidem, quoniam Tharasius in ea a. 5. non longè à principio, de Iconomachis ait. Imitati enim Hebræos, Sarracenos, Gentiles, Samaritas, item Manichæos Phantastæ, & Hereticos, sanctarum imaginum vsum prohib-

Qui primi fuerunt imaginum impugnatores ex Sandero.

San' erit non nulli impugnant.

Confirmatur doctrina Sanderi.

Sanderus

15

16

prohibere voluerunt. At qui Sarracenos, & Hebræos in eo imitantur, quod imagines omnes impugnant, ergo & Manichæos eodem modo imitati sunt. Quod si in eo non assimilarentur Manichæis, in alio errore de apparenti Christi corpore, eo quòd negarent imagines, cum ipsis non cõuenirent. Neq; enim Iconomachi vnquam dixerunt Christum depingi non posse, quia corpus nõ haberet: sed quoniam eius diuinitas figurari non posset: ac proinde corpus illius depingentes, ipsum à diuinitate separarent: quæ quidè ratione, pro Iconomachis, vtitur Gregorius nomine sep. Synodi sic falso nuncupatæ, a. 6. veræ sep. Synodi, tom. 6. constat ergo ex eodè testimonio, quod pro se allegant hi Doctores contra Sanderum, illius sententiam comprobari. Sed in eadem a. 6. disertis verbis hæc heresis tribuitur Manichæis, Theopaschitis, Seueris, & alijs, de quibus inferiùs. In prima verò a. 6. post fragmentum Epistolæ Athanasij ad Ruffinianum, sic ait Tharasius. Inuenimus & Manichæos respuisse imagines, sed & præter hos, Marcionistas, & illos qui confundunt duas naturas, intelligit Eutythianos, & Theopaschitas, Quorù princeps Petrus Fullo: præterea Xeneum Hieropolitanum, sed & Seuerum, aliosq; Hereticos. Petrus ille Fullo est Petrus Gnapheus, quem constat caput fuisse Theopaschitarum, vt in 3. p. S. Thom. q. 2. art. 1. notabimus. Et a. 6. tom. 5. in confutatione eiusdè fragmenti 7. Synodi sic falso dictæ, quæ incipit, Similiter & Eusebius, idè inquit Epiphanius de Theopaschitis, Seueris, Petro Fullone, & Philoxeno. Huc aut Philoxenū existimo esse, què Tharasius Xeneum, Nicephorus verò lib. 16. c. 2. 7. Xenaiã appellauit: de quo ait. Iste primus vocè illã enomuit Christi & eorum, qui illi placere, imagines venerandas non esse. Hic fuit natione Persa, fortuna mancipium, tempore Zenonis Imperatoris, & Anastasij primi Pontificis, vt idem Nicephorus testatur. Bene ergo Sanderus hunc errorem Manichæis, Marcionistis, & Eutythianis, seu Theopaschitis ascripsit.

17

Epiph.

18

Præterea testimonium Fausti apud August. non minus pro Sandero pugnat. Ibi enim, vt ostendat Faustus, se mul-

Manichæos & Iconomachorum discrimen.

Petrus Fullo seu Gnapheus princeps Theopaschitarum.

Philoxenus Osor imaginum cuius sortis fuerit.

tum a Paganorū religione distare, inquit. Item *paxani aris, delubris, simulacris, victimis, atque incenso Deum colendum putāt ego ab his in hoc quoque multū diuersus incedo: qui me ipsum, si modo sim dignus rationabile Dei templum puto: vinum iuue maiestatis simulacrum, Christum filium eius accipio: aram mentem bonis artibus, & disciplinis imbutam: honores quoque diuinos, in solis orationibus, & ipsis puris, ac simplicibus pono.* Hactenus Faustus. Qui licet imaginem Dei se nullam aliam habere dicat, quam Christum, cum tamen in eo velit, se à pagani distingui, quod illi vtantur simulacris, omne etiam imaginum genus negat. Adde quod si is fatetur, se neque delubris, neque aris, neque sacrificijs, sed sola vti oratione: facile inde colligitur, nullā quoque sanctorum imaginē, ad eorum cultum, apud ipsum mansisse: nam si eas haberet, & adorandas sibi proponeret, nec in demo priuatim, sed in templis publice collocaret.

De imperatoribus, & alijs hereticis imaginum impugnantibus.

C A P V T II.

Philippicus imperator monothelita.



Pnter Imperatores, primus fuisse videtur, qui imagines impugnavit, Philippicus, centum fere annis post magnum Gregorium: vt narrat Paulus Diaconus in vita illius. Hic iussit Constantinopoli, auferri picturam quādam, quæ acta sex synodorum continebat. Et quāuis nonnulli credant, id tantum fecisse odio sextæ Synodi, vbi definita est duplex in Christo voluntas, (ipse enim Monothelita erat,) non quia sacras imagines non reciperet. Paulus tamen Diaconus inquit, Romanum Pontificem; & præterea populum nō dubitasse, hereticum fuisse Philippicum: sed an quia Monothelita, vel quia Iconomachus esset. Paulus non explicat.

Leo Isaurus primus hæc imperatoribus imagines combussit. In eorū vitam

Deinde Leo Isauricus tertius post Philippicum, suasu quorundam Iudæorum magicæ peritorum, centum annorum vitam ipsi pollicentium, Sanctorum imagines depositas, comburi iussit. Sic referūt Paulus, & Zonaras in vita ipsius. Hic ergo primus fuit, qui ex imperatoribus apertum bel-

19

Pan. Dia.

20

Zonaras.

Cedrenus.

Cedre. & Zonaras.

Io. Aurel.

tū bellum contra imagines mouit: vnde & Leo Iconomachus dictus est. Huic successit filius Constan. 5. dictus Copronymus, quod dum baptizaretur, stercus excreauit: ex quo Germanus Patriarcha prædixit sacra contaminatum, vt narrat Zonaras, & Cedrenus in vita Leonis. Illius impietate contra imagines, latissimè prosequitur Sande- rus loco allegato. Postea, cum aliquo tempore cōtra imagines bellum cessasset: post annum. 900. eundem errorem excitauit Leo Armenius imperator, & post ipsum, Michael Balbus, & Theophilus: vt testatur Cedrenus, & Zonaras in vitis ipsorum. Quo autem tempore, in oriente Theophilus: in Gallia Cisalpina Claudius quidam, natione Hispanus, Episcopus Taurinensis, discipulus Fœlicis Vrgelitani contra imagines acriter pugnauit, regnate Ludouico Pio Caroli magni filio, vt refert Ionas Aurelian. 5. tom. Biblio. sacre lib. 1. de cultu imaginum. Deinde sub Alex. Papa. 1. & Frederico imperatore 1. Bogomili, qui, vt disput. 1. huius libri cap. 2. diximus, imagines idola appellabāt. Postea sub Innocen. 3. Pont. & Frederico 2. Impera. fuerunt in Gallia Albigenes, noui Manichæi: qui, vt autor est Lucas Epif. Tudenfis lib. 2. cōtra Albigenes c. 9. imagines sanctorum deformes effingebant, in earum derisum & contemptum. Hac ratione beatam Virginē, monoculam depingebant: prætendentes Christi humilitatē, qui voluerit deformem fœminam in matrem eligere. Imo idem autor testatur, hoc eodem animo, imaginem crucifixi, vno clauo simul vtrumque pedem figentes, depinxisse; cum antea duobus clauis pedes seorsum figerētur. Huius deformitatis in vetustis picturis crucifixi, vestigiū aliquod adhuc apparet. Iam vero cum omnes vno clauo vtroque pede fixo depingatur, ea, mirabili arte & membrorum proportione formantur. vt animum ad religiosum cultum facile moueant. Lucas hic autor est in Hispania satis notus: vixit eodē tēpore Abbigēsū, vt ipse eoloco testatur. Italiā & orientis regiones, religionis & eruditionis causa peragrauit: liber vero illius cōtra Albigēses, nōdū est typis mādatus: eius habemus historiā de rebus Hispaniæ satis eruditā,

longam pro martentium Isaur.

Copronymus Philippico nō tre nequior.

Qui excitauit Iconomachia sepulchra.

Lucas Tuden-

Ori depingens de cruce fixum cum tribus clauis.

Tandem omnes, qui contra venerationem crucis docuerunt, quos 3. lib. disputat. 2. c. 1. referemus, imagines etiā impugnarunt.

21

Ioannes V. d. eleff contra ornatum imaginum insurrexist.

Iam vero, circa annum Domini 1372. Ioannes Vvicleff, vt est apud Vvalden. tom. 3. cap. 150. quamuis imagines nō expresse damnauerit; contra illarum tamen ornatum, multa locutus est: atq; idcirco discipuli illius negligentia ipsum infimularunt: quōd ausus non fuerit, contra imagines aperte loqui. Quare discipulus eius Hieronymus de Praga, imaginē Christi deiecit, & fœdauit: vt testatur Cocleus lib. 3. Historia Hulsitarum: cum tamen ipse imaginē Vvicleffi veneretur. Eundem errorem tribuit Vvaldensibus Claudius Couffordius lib. contra Vvaldenses cap. ultimo. Nostris deniq; temporibus, hunc fœtidum errorē iamdiu sepultum excitauit Carolus Stadius, vt est apud Cocleum in vita Lutheri; quod factum, non improbauit Lutherus, sed reprehendit autorem: quōd propria auctoritate, nulla ab ipso petita licencia fecisset. Postea, vt idem Cocleus est autor, secuti sunt Zuingliani, maximē autem Caluinus lib. 1. institutionum cap. 11. & alibi sæpenumero. Qua verō ratione, inter se differat Iconomachi, & quomodo quisq; illorū contra imagines loquatur, in sequētib; disputationibus patebit: nuuc satis sit, in genere nosse, hos fuisse imaginum impugnatores.

Vvald.

Cocleus.

Nota impudentiam hereticorū: agūt, quod calumniantur.

22

Quibus hic error falso ascribatur.

C A P V T III.

Felicitas fuit hareticus non tamen Iconoclasta vt multi putant



VNT tamen autores Catholici non infimino-
minis, qui historia non satis perspecta, hunc
errorem alijs ascribunt. In primis illum tribuūt
Fœlici, qui damnatus est in Concilio Franco-
fordiensi, Platina in Adriano 1. Sabellicus
A Eneade 8. libro 8. Alphonsus de Castro contra hæreses
verbo *imago*, & quod caput est Conciliū Senonense, anno
millesimo quingentesimo vigesimo octauo, cap. 14. in fine:

Platina.
Sabel.

Alphos.
e Castro
Concil.
Senon.

quare

Alan.

23

quare heresim Iconomachorum, Fœlicianam à Fœlice ip-
si appellarunt. Verū vt optimē notauit Alanus copus
dialogo 4. c. 18. Fœlix ille fuit Vrgeppitanus Episcopus,
damnatus quidem in Concilio Francofordiensi, non pro-
pter errorem imaginum, sed quod Christum seruum Dei,
& adoptiuum filium ipsius esse diceret: quia verō com-
muniter historici, qui illius Concilij meminerunt asserunt
in eo Concilio, de imaginibus aliquid fuisse definitum
(quod an verum sit, disp. 7. videbimus) & in eo Fœlix da-
mnatus fuit, vt omnes etiam asfirmant: hinc factum est, vt
Platina & alij putauerint, propter errorem imaginū, da-
mnatum ibidem fuisse. Ex antiquis verō Scriptoribus, qui
Concilij illius, & Fœlicis meminerūt, nullus ei talem er-
rorem imputauit: sed alterum, de adoptione & seruitute
Christi. Quin imò si in articulo de adoratione imaginum,
in eo Concilio contra Fœlicem actum esset, nullo modo
errore Iconomachia, sed idololatria notandus esset. Nam
Concilium illud, si quid de hac re decreuit nō contra eos,
qui imagines impugnant, sed contra eos, qui eas latría
tanquam Deum adorant, definiuit: vt ibidē dicemus. Fuit
tamen in eo errore, vt cap. 2. vidimus, Claudius discipu-
lus huius Fœlicis, ob quam etiam rationē in eodem fuisse
ipsum Fœlicem, scriptores forsan existimarunt.

Alph.
astro.
Gregor.
Mag.
24

Secundò eundem errorem impingit Alphonsus de Ca-
stro Sereno Episcopo Mafiliensi, quem reprehendit Gre-
gor. Magnus lib. 7. Epistolarum Epistola 109. & lib. 9. Epi-
stola 9. Hunc tamen Serenum, non fuisse Iconomachum,
imò ex zelo religionis imagines templi confregisse, ma-
nifestum est. Nam Epistola illa 109. ad ipsum sic scribit
Gregorius. *Et quidem zelum vos, nequid manu factum adorari
possit, habuisse laudauimus: sed frangere easdem imagines non de-
buisse iudicauimus. Et nonnullis interiectis. Tua ergo frater-
nitas, & illas seruare, & ab earum adoratione populum prohibere, de-
buisset. Cui Epistolæ cum parum modestè Serenus respō-
disset, iterum in illa Epistola 9. Gregorius ad ipsum scrip-
psit, cumq; acriter eum reprehenderit, nunquam erroris
crimine notauit. Et post medium Epistolæ, postquam di-*

Serenus non
fuisse Iconocla-
sta.

xit, vt i-

xit, vtilis esse in Ecclesia Dei imagines, vt tanquam historia populo deseruiant, subiungit. *Sed quia trāsisse in adorationem videras, idcirco commotus es, vt eas imagines frangi præciperes.* Signum ergo est, Serenum illud fecisse, quia viderat populum, aut ipfas tanquam Deum adorare, aut in ipsis, ita collocare adorationem, vt in exemplaria animus non transfret: id quod meritò damnandum esse, disput.8. cap. 7. & 8. probabimus: quare admonet Gregorius, vt imagines populo restituat, veram tamen adorandi rationem ipsi exponat.

25

Tertio demum, & in hoc errore Alphonfus putat fuisse Epiphanium in Epistola ad Ioannem Hierosolymitanum: sed quam longè ab eo fuerit, patebit ex ijs, quæ dicemus disputat.5. cap. 4.

An liceat depingere imaginem Christi Dei, & Angelorum. Disput. 3.

De imagine Christi. cap. 1.

De imagine Christi in forma agni depingenda. cap. 2.

De imagine Dei depingenda. cap. 3.

Oppositiones contra præcedentem sententiam. cap. 4.

De imagine Christi.

C A P V T I.

Occasiodisputationis:



Ontrouersia præsens non est, de harum imaginum in templo collocatione, nec de ipsarū cultu in vniuersum, de quibus sigillatim postea differendum est: sed de sola picturaimaginum, vel sculptura statuarum. Neq; verò de omnibus imaginibus, vel cum omnibus hæreticis, nunc est agendum. Nam præter Mahumetanos, & Iudæos, qui omne genus picturæ & statuarum execrantur, nec villo modo fieri permittunt; & anti-

26

antiquos illos Imperatores Iconomachos, qui omnes imagines confringendas, & comburendas esse iudicarunt; aliqui hæretici tempore 7. Synodi fuerunt, qui peculiarem, de his tribus imaginum generibus propositis, errorem secuti sunt, affirmantes, nullo pacto licere eas depingere.

2. Syn. Nic.

De Christi igitur imagine, Iconomachi 7. Synodi generalis sic falso nūcupatæ, definerunt non esse licitū eā depingere. Refertur hæc definitio in 2. Synodo Nicena, quæ vere septima est, & œcumenica, eam verò rationē reddebat: quòd cum diuinitas figurari nequeat, qui solam humanitatem depingunt, eam à diuinitate videtur separare. Vfus tamen Catholicæ Ecclesiæ est, ad solatium fidelium, Christum Dominum variè depingere; imò ex hæreticis nostri temporis, Caluinus loco allegato, & sanctorum hominū, & Christi imaginem depingere, licitum arbitratur. Porro quam friuola sit Iconomachorum obiectio optimè ostendit Epiphanius diaconus, actione 6. tom. 6. in confutatione 13. definitionis nomine totius Synodi facta, quam afflatu Spiritus sancti, testatur ille, 7. Synodum Nicenam 2. accepisse. *Ait ergo cum Catholica Ecclesia, Christum pingit humana figura non diuidit eum à diuinitate illi vnita; magis autem deificatam illam credit, subdit exemplum. Quemadmodum aliquis hominem depingens non inanimatum hominem facit, sed ille animatus manet: & imago ipsius imago, ab eo quod illum imitetur, dicitur.* Rationem verò huius, reddidimus lib. 1. disp. 4. cap. 4. vbi, & hunc locum 7. Synodi adduximus; quia scilicet, dignitas, & anima personæ, quamuis per se figuram nō habeant corpoream; dicuntur tamen cum corpore depingi: quatenus per picturam ipsam corporis, quisquam recordatur, non tantum corporalis figuræ, sed etiam animæ, & dignitatis ipsius: sic ergo, corporea Christi figura depicta, reuocat nobis in memoriam, non solum ipsius corpus, & animā, sed etiam diuinitatem eius, cuius sanctificatione, digna omni veneratione effecta est: tantum abest, vt cogitatione, nedum re ipsa Christi humanitatem à diuinitate pictura separet.

Epipha. Diac. 27

28

Cur Iconomachi nollet Christi imaginē depingi.

Diuinitas nō separatur a Christo quædo eius imago depingitur

*Imaginē suā
Christus mi-
sit Abagaro.*

Fuisse autem permultas Christi imagines, ab initio nascantis Ecclesie, ex historijs compertum est. Primum tempore ipsiusmet Christi fuerunt duæ insignes imagines: prima quidem, quam ipse facie sua expressam in linteo, misit Abagaro, quæ hodie Romæ ostenditur in Ecclesia monasterij monialium sancti Syluestri: huius meminerunt Euagrius lib. 4. cap. 26. Damasc. oratione 1. de imaginibus. Metaphrastes in vita Constant. eamq; Leo Lector in 7. Synodo actione 5. satis ante finē se vidisse testatur: duo etiā Pontifices eam historiam approbarunt: Stephanus Papa, vt refert Iuo. 4. p. decreti cap. 83. & Adrianus in scripto de imaginibus ad Carolum Magnum, in responsione ad ad 2. reprehensionem contra actionem 5. 7. Synodi. Secunda fuit Christi statua, quam apud Paneadem, mulier à fluxu sanguinis liberata, gratitudinis ergo Christo erexit. quam ab ipso Christo, & ab Apostolis sapius visam fuisse credibile est. atq; se quoq; eam vidisse affirmat Eusebius lib. 7. Historiæ cap. 14. Eiusdem mentionem fecerunt, Sozomenus lib. 5. cap. 20. Damasc. orat. 1. de imaginibus, & Greg. Papa in Epistola ad Germanum, quæ habetur in 7. Synodo actione 4. Antiqua etiam traditione constat vultum sanctum Domini, tempore passionis suæ in linteo expressum fuisse, qualis Romæ in Ecclesia sancti Petri, & in Hispania in Ecclesia Aurigesi, nunc dicta Gienensi ostenditur. Huius meminit Albericus in suo dictionario: & in Bibliotheca vaticana extat historia manu scripta, in qua narratur, quomodo tempore Tiberij imago hæc Romæ fuerit delata. Taurini verò magna cū veneratione seruetur, & nec minori cum religione colitur sindon, qua Christus in sepulcro fuit inuolutus: cui impressam reliquit sui corporis figuram. Deniq; Athanas. lib. de passione imaginis cap. 4. refert, imaginem Christi crucifixam, factam à Nicodemo, & postea in ludibrium ipsius Christi crucifixam à Iudæis Berithi in Syria iuxta Antiochiam. Et quamuis aliqui dubitent, an liber ille sit Magni Athanasij, absque dubio tamen est grauissimi, & antiquissimi alicuius auctoris: recitatur enim hæc historia in 7. Synodo act. 4.

*Euagr.
Damasc.
Metaph.*

*Euseb.
29*

*Sozom.
Damasc.
Greg.*

Alber.

Athanas.

*Mulier a fluxu
sanguinis
liberata statuam
Christi
liberatori
suo erexit.*

*Imago verò
nica communiter
dicta.*

*Imago Christi
facta a
Nicodemo.*

*30
Canisius.
Maiolus.*

do act. 4. imò & libellus totus, nomine Diui Athanasij. Plura de his atq; alijs imaginibus Christi, habet Canisius lib. 5. de beata Virgine cap. 22. & Simon Maiolus opusc. de imaginibus, centuria 1.

De imagine Christi in forma agni depingenda.

C A P V T II.



Carran.

31

*Franc.
Turrian.*

Balsam.

SED quia Christus dominus depingi consuevit in figura agni digito Ioannis monstrati, & de ea non nihil fuit difficultatis in Ecclesia; nonnulla etiam dicere necessariū duxi. Figura hæc videtur prohibita in 7. Synodo generali can. 82. vt etiam notauit Bartholomeus Carranza in summa Conciliorum in Scholio illius canonis; verba canonis inferius recitabimus. Verum, quia multis hac nostra præcipuè ætate, non solum canones illi nullius generalis Concilij visi sunt; sed etiam Apocryphi, & nullius autoritatis, placuit per transfennam, pauca in confirmationē illorū adijcere: nec enim, mea sententia, ita contemnendi sunt. In primis si fides habenda est 7. Synodo, actione 6. tom. 1. circa finem in ipsamet 6. Synodo Patres congregati sub Constantino 4. dicto Pogonato, & Agathone Papa, nullum canonem de rebus Ecclesiasticis, sicut nec Patres 5. Synodi generalis, vt alijs generalibus Concilijs in more positū erat, ediderunt. Postea tamen sub Iustiniano filio Constant. 4. rursus Dei voluntate, collecti Episcopi 227. post quatuor, aut quinque annos, aut vt placet nostro Francisco Turriano in lib. de 6. 7. & 8. Synodo, & Anastasio, & Cedreno, post 27. annos, quasi appendicem 5. & 6. Synodi de rebus Ecclesiasticis, & earum correctione, duos & centum circiter canones addiderunt. Quocirca, vt scribit Balsamon, hæc Episcoporum Synodus seu congregatio Græcè dicta fuit, *πενθεκῆτη penthecti*, id est, quinifexta. Et quamuis non cōstet manifestè, an ea Pontificis autoritate denuò congregati fuerint illi Episcopi, vt eorum definitiones & decreta, vim

*Canones sex
ta synodi nō
nullis visi sūt
apocryphi.*

ta, vim Concilij generalis dicamus tunc etiam habuisse, dicendum tamen non est, ita tumultuose sine vlla auctoritate fuisse congregatos, vt eorum conuentus, nec prouincialis Concilij vim obtinuerit: quacunq; vero ratione conuenerint, de eorum canonum auctoritate non video posse dubitari.

Quomodo
prædicti ca-
nones a Patri-
bus & Pon-
tificibus sint
recepti.

Primum quia in.7. Synodo ab omnibus Patribus recepti sunt, nam canone 1. sic dicitur. *cum hæc ergo ita se habeant & sint nobis testata, diuinos canones libenter amplectimur, eorumque constitutionem integram, & illabefactibilem confirmamus: quæ edita fuerunt a sanctis spiritus tubis, omni ex parte benedictis Apostolis, & sanctis vniuersalibus Synodis, & infra, ex vno enim omnes, eodemque spiritu illuminati, quæ erant vtilia decreuerunt.* Eorundem canonum auctoritate vtitur Adrianus, in Epistola ad Tharasium, quæ habetur in.7. Synodo actione 2. vbi sic ait: *in qua etiã scilicet epistola Tharasij, est expressũ, quod in 6. Synodo diuinè, & legaliter prædicatis canonibus recipitur, &c.* vbi diuinè prædicatos canones, illos appellat. Nec sũt vt aliqui putant, verba illa solum Tharasij, quæ quidẽ tantũ referat Adrianus, non autem probet: nã etiã si ea sint in epistola Tharasij, vt nuper in decreto sub Gregorio. 13. correcto, notatum est. Adrianus tamen ea recitat, laudans & commendans sententiam illius, vt legenti constabit: id quod non fecisset, si eos canones nullius auctoritatis esse putaret, imò statim, vt par erat, ipsos notasset. Quare in decreto Gratiani, dist. 16. cano. sextam, nomine Adriani referuntur hæc verba: *sextam Synodum sanctam recipio, cum omnibus canonibus suis,* quæ verba non sunt in ea epistola, sed eademmet sententia ex illa deducitur, ipse enim appellauit canones, diuinè & legaliter prædicatos: & vt tales amplectitur, sententiam quoque Tharasij mirum in modum commendans. Quòd verò in alia translatione, nempe Anastasij Bibliothecarij dicatur, *cum omnibus suis regulis:* parũ refert: frustra enim per regulas aliud, quã canones, nẽpe definitiones fidei aliqui intelligunt: cũ grace idem omnino sit nomen, κανών, quod latinè reddimus canon, seu regula, & in 7. Synodo, actione 4. ferè post 6. folia, lecto ab Elia

Adria.

13

Gratian

Elia hoc canone. 82. Tharasius adiecit: scandalum esse de illis canonibus dubitare.

Nec quidquam obest, quòd inter eos aliqui sint, qui Ecclesiæ Romanæ dignitati, & primatui aduersantur: nam vt rectè admonet Surius in præfatione illorum, potuerunt aliqui nothi supponi, aut alijs admisceri: cum pauca reperirentur illorum transumpta: vt fatetur Anastasius in præfatione in 7. Synodum ad Ioan. 8. Verum tẽpore septimæ Synodi, cui legaliter interfuere Patres, credendum non est illos canones cum nothis, & schismaticis, fuisse receptos. Demum cum canone ille 82. citatus, expresse à tota à Synodo. 7. actione illa. 4. & alibi ab Adriano in Epistola citata recipiatur, de alijs quoque non licebit dubitare: nã si nullius essent auctoritatis, & synodus illa quini-fexta contemnenda esset, quod in multis illorum errasset: certè pontificiam auctoritatem Adriani, & Patriarchalem Tharasij, & totius 7. Synodi non deceret, suam sententiam de cultu imaginum canone illo. 82. confirmare, quamuis enim veram contineret doctrinam, nullius tamen esset auctoritatis. perinde namque esset, ac si quis canonem aliquem veræ doctrinæ ex Concilio Sirmienti, vel ex alio, quod nullius est auctoritatis, & in aliquibus deprehenditur errasse, allegasset, id quod nunquam pontifici, nec Concilio generali contigit. Caterum cum canon ille 82. indubitata sit auctoritatis, vt pote aperte receptus a septima Synodo act. illa 4. & alibi, & ab Adriano Papa, & in illo prohibeatur imago saluatoris sub figura agni, aliquid in eius expositionem dicere, enitendum est.

34
Surius.

35

Carrança.

Bartholomæus ergo Carrança, existimauit eam imaginem, imò Spiritus sancti in specie columbæ, & Magorum in figura stellæ, ibidem prohiberi: quia præsentate veritate, voluerunt patres figuras cessare. Hanc sententiam, recentiores aliqui impugnant, arbitantes illas imagines, eo loci non prohiberi, sed solum imaginem Christi, in figura humana, ipsis anteponi: rationem etiam Carranza, hoc modo euertere conantur. Ille imagines, non fuerunt in vsu in veteri testamento, sed post Christi tempora

Quid dicen-
dum de cano-
nibus aliqui-
bus nothis.
6. Synodi.

Opinio Car-
rança de ima-
gine Christi
in figura ag-
ni.
Opinio recen-
tiorũ de eadẽ
re.

tempora cœperunt: imago quidē agni, ex illis verbis Ioan. Baptistæ, *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*: columbe verò, ex eo quòd Matth. 3. Spiritus sanctus visus est in specie columbæ: ergo presente ipso Christo, non debuerunt cessare prædictæ imagines, quæ non sub veteri testamento, sed ipsius Christi tempore fuerunt. Addunt præterea, Carranzam ex eo deceptum, quod canon ille non habeatur in tege in 6. Synodo, & corrigendus sit ex 7. Synod. vbi sapius repetitur.

Mihi autē non videtur alius locus, quo sit hic canon aut emendandus, aut saltem explicandus, quam Tharasi in Epistola ad Sacerdotes, & Episcopos Antiochiæ, quæ refertur in 7. Synodo actione 3. vbi recipit hunc canonē inter alios, his verbis: *Præcipue tamen in quo (scilicet canone) assignatur, quibus in picturis agnum digito præcursoris indicatur, scilicet effigiari volunt in tempore gratiæ, verum illum agnū Christum Deum nostrum, per legis præcessionem præfiguratū. Propterea antiquas illas picturas, & umbras figurarum, tanquam symbola, & notas Ecclesiæ traditas amplectimur: ipsam tamen gratiam, & virtutem prius suo honore convenientes.* Hæc Tharasius: quæ, licet paucis mutatis verbis, sententiam illius canonis fidelissime expressisse, credendum est: sic autem canon ille nō videtur prohibere imagines illas, sed alias, in forma videlicet humana, tanquam veritatem & gratiam figuræ præferre. Ego tamen non intelligo, qua ratione canon ille emendandus sit: etiam si cum ipso, vt refertur à 7. Synodo act. 4. post sex fere folia, & ab Adriano in Epistola ad Tharasiū proximè citata, & in scripto de imaginibus ad Carolum Magnum non longè à fine, atq; Damasc. oratione 3. de imaginibus in fine, conferatur. Licet enim in verbis, aliqua sit diuersitas, nulla tamen in sententia reperitur: nec video ab aliquo autore quidquam diuersitatis in eo antea fuisse notatum.

Primum ergo dicendum est: eo canone in posterū prohiberi imagines sub figura agni expressas: in 7. enim Synodo sic habetur. *In sanctarum imaginū picturis, agnus digito præcursoris indicatus, expressus est; qui in formam acceptæ gratiæ, nobis per*

Autoris opinio & expositio verborum canonis 82. secunda Synodi.

Ioan. 1. Matt. 3.

36

37

7. Synod. Damasc. Adria.

38

39

bis per legem, agnum Christum Deum nostrū ostendit: veteres igitur typos, & obumbrata veritatis symbola, præfigurationesq; Ecclesiæ traditas amplectentes, gratiam in primis curantes, & veritatem, tanquam legis plenitudinem acceptamus. Quo igitur perfectius, & in colorum varietate, omnium oculis subiiciatur character ille, quo secundum hominem, agnus Christus Deus noster, qui abstulit peccata mundi, effigiatus est; posthac in imaginibus, pro veteri agno, erigi debere declaramus. Ex quibus apparet, aliquid noui, circa picturam Christi in forma agni definiri. Neq; enim solū in eo canone statuitur, vt deinceps Christus, sub figura humana depingatur: id enim antea factum esse, non licet dubitare: fuerūt namq; in Ecclesia Dei antiquissimæ Christi imagines sub forma humana depictæ, vt cap. 1. dicebamus. Circa ipsam igitur picturā sub forma agni decernitur, vt licet antea depictæ imagines sub ea figura, è medio tollendæ non sint, sed potius amplectendæ, & venerandæ, tanquam figuræ, & symbola gratiæ, id est ipsius Christi autoris gratiæ; deinceps tamen nulla denuo sub ea forma, sed omnes sub humana depingantur: id quod planè significatur, cum dicitur; characterem humanū pro veteri agno erigi oportere. Particula enim *pro* denotat, in locum illius figuram humanam Christi semper subrogandā: agni verò iam amplius non esse depingendam. Idē disertè admodum definit idem canon, vt ab Adriano refertur, in scripto de imaginibus: vbi de patribus 6. Synodi sic ait: *Sed etiam easdem sacras imagines venerantes statuerūt agnum Christum Deum nostrum secundum humanam figuram, & in imaginibus à nunc pro veteri agno retitulare.* Cū dicit: *à nunc & pro veteri agno*; aperte indicat, ex eo tempore in posterū, non licere agnum, sed pro agno, figuram humanam coloribus exprimere. Ex hoc tamen non fit, vt iam antea depictæ imagines sub forma agni prohibeantur: imò potius, sicut symbola ipsius gratiæ sint venerandæ. Forsan id statutum est, quòd nimia esset consuetudo, depingēdi Christum sub forma agni, & multò frequentior, quam sub humana figura: vel certè aliam causam rationabilem extitisse, ob quam recte id definitum fuit, dubitandum non est.

Et quam-

Et quamuis eo tempore 6. & 7. Synodi, canon hic receptus fuerit in Ecclesia Latina; iam tamen imago illa, sub figura agni demonstrati à Ioanne, frequentissima est: imò Romæ in multis templis, opere Mosaico, minus tamè antiquo, quam sit 7. Synodus, apparet Christus sub figura agni ad Ripam Iordanis, cū alijs duodecim agnis, hoc est Apostolis, depictus. Est igitur verum eas imagines, in eo canone in posterum prohiberi: sicut recte docuit Bartholomeus Carranza.

Verumenimvero Tharasium paulo ante allegatum, dū refert hunc canonem, huius prohibitionis non fecisse mentionem, mirum non est: ipse enim integrum non recitauit, sed reliquit partem illius, ab illis verbis, *quo igitur*, &c. quia sua solū intererat, priorem partem canonis allegare, in qua recipiebantur imagines venerandæ: de hoc enim solū ipse tunc contra hæreticos disputabat.

Secundò dicendum est: immerito redargui Carranzam, quod illæ imagines non fuerint in vsu sub veteri testamento: nec enim ipse oppositum vnquam docuit, aut somniauit: sed solū dixit, ideò prohiberi imagines illas, quòd presente veritate cessare debeat figura, quæ ratio expressa fuit in illo canone, cū dicitur. *Veteres typos, & symbola veritatis amplectentes*, eas scilicet imagines, quæ typus erant Christi autoris gratiæ, *Gratiam in primis curantes, & veritatē*: Id est, Christum, *tanquam legis plenitudinē acceptamus*. Ideò autem canon, & Scholiastes illius Carranzæ appellarunt imaginem sub forma agni typum antiquum, & symbolum veritatis: non quia imagines illæ in veteri testamento depictæ fuerint, sed quia figura illa agni, sub qua Christus significabatur, à veteri lege, in multiplici sacrificio agni, exordium sumpsit. Porro neq; à Ioanne Bap. incepit illa figura, vt recentiores obijciebant: sed ille solū, fuit primus, qui digito suo illius veritatem, & legis complementum (scilicet Christum) ostendit, dicens: *Ecce agnus Dei*, &c.

Tertiò negari non debet, errasse Carranzā, in eo quod ipse addidit, nec in canone illo continetur: nempe imaginem

nem Spiritus sancti sub specie columbæ, & Magorum sub figura stellæ fuisse prohibitam: nam, præterquam quod in canone nihil horum exprimitur, aliunde id probari non potest: imò vt cap. 4. patebit, imago illa Spiritus sancti mirum in modum in 7. Synodo commendatur. Nec videtur æqua ratio harum, atque prioris: nam, cum agnus figura fuisset in veteri testamento, vt Christum venturum indicaret, optima ratione potuit imago illis à Cōcilio prohiberi; quod iam veteres figuræ, præsentate veritate, cessassent: at vero columba fuit in lege Euangelica, in qua Spiritus sanctus apparuit, Matth. 3. Stella quoque, quæ Magos duxit ad præsepe Matth. 2. Quare cum non sint figuræ veteris testamenti, ac proinde non sit illarum eadem ratio, atque prioris; earum imagines nusquam prohibitæ inveniuntur.

De imagine Dei depingenda.

CAP V T III.



Aior de imagine ipsius Dei secundum se, non vt incarnati, controuersia est: an scilicet, liceat eam depingere: qua in re cum hæreticis pugnamus: eo tamen difficilius cum eis erit congressus, quod suæ partis, viros Catholicos propugnatores habeant. Tres igitur de hac re sententiæ hætenus inueniuntur. Prima est Clichtouei in cap. 17. lib. 4. de fide Damasceni, qui affirmat, in veteri testamento, ex natura rei illicitum fuisse figurare Deum: quia etsi apparuerit in forma visibili, apparitiones tamen fiebant ministerio Angelorum: in nouo vero testamento licitum esse ait, depingere Spiritū sanctum sub specie columbæ: quia in ea ipse perse, nō ministerio Angelorum apparuit. Sed præterquā quod fundamentum illius differentiæ noui & veteris testamēti frivolum est, cum apparitiones sub vtroq; factæ fuerint Angelorum ministerio; vt in 3. p. S. Tho. q. 117. arr. 2. ostendemus. Falsam etiam esse, hanc doctrinam in vniuersum, in explicatione 3. opinionis demonstrabimus.

ginem Spiritus sancti in specie columbæ non prohiberi in septima Synodo.

Prima opinio olim fuit se nefas imaginē Dei pingere non in nouo testamēto.

Secunda

40

Matth. 3
Matth. 2

41

43

Clichto.

44

Defenditur
quoddam di-
ctum Carranzæ.

Imago agni
cur vocatur
typus anti-
quus.

Contra Car-
ranzæ ima-

Secunda opi-
nio.
Trinitatis im-
aginem nō
licere depinge-
re.

Secunda sententia, est Henrici quodlib. 10. q. 6. Abulen. in cap. 4. Deuteronomij q. 5. Durand. in 3. d. 9. q. 2. ad 4. Martini de Ayala de traditionibus 3. p. tractatu de imaginibus cap. de earum antiquitate circa finem; quam secutus quoq; fuerat Ioannes Vviclef, vt testatur Vvaldens. tomo 3. cap. 155. in principio; & tandem Calvinus lib. 5. institutionum cap. 11. qui omnes affirmant: non licere vlllo modo Trinitati, sed solū Deo, in humanitate quam assumpsit, imaginem effingere. Quocirca Vviclef imaginē Trinitatis abominabilem appellabat: Calvinus autem, illam depingere, nefas esse dicebat. Fundamenta huius sententia inferius referemus: nunc verò tertiam comprobantes, vtranq; confutabimus.

44
Abul.
Henric.
Durand.
Ayala.
Vvald.

Vviclef.
Calvinus

3. Sententia.
Dei & Tri-
nitatis imagi-
nem posse de-
pingi.

Tertia ergo opinio, quamquam non adeò certa est, vt tanquam fideidogma, sit amplectenda, multò tamen verior mihi videtur; & quæ sine remeritate contra communem Ecclesiæ vsum, negari non potest: ea verò in vniuersum asserit, Trinitatem depingere, ex natura rei licitū esse (nam quid Deus in veteri testamēto præceperit, disputatione sequenti dicemus.) Hanc videtur docuisse Paludanus in 3. d. 9. q. 1. art. 2. dum examinat dicta Durandi, vbi quanuis initio cum ipso sentire videatur, tandem approbat imaginem Spiritus sancti in specie columbæ: apertè tamen Caiet. in 3. p. S. Thom. q. 25. art. 3. circa solutionem 2. Vvaldes. 3. tom. cap. 155. Catherinus in opusculo de adoratione imaginum nō longè à principio concl. 1. Didacus Paiua libro vltimo contra Kemnitium, Sanderus libro 1. de imaginibus cap. 4. Franciscus Turrianus lib. 3. de characteribus dogmaticis.

Palud.
Caiet.
Vvald.
Cather.
Didacus
Paiua.
Sander.

Turrian.

Prima ratio
tertia senten-
tia ex figuris
cherubinorū.
Responsio Cal-
uini.
Prior confuta-
tio.

Probat autem primo hac ratione. Deum secundum se, corporatum non esse, ideòq; ad viuum exprimi non posse corporea aliqua figura, non obest, quominus sub imagine corporea depingi, aut sculpi queat: siquidem constat in veteri testamento, Angelos sculpta similitudine expressos fuisse, Exod. 25. & 3. Regum 6. Nam quod inquit Calvinus id factum fuisse ad pædagogiam rudis illius populi, nunc verò sæculum illud puerile transisse, non probat, ex natura rei

45

46

ra rei licitum non esse, res incorporeas depingere. Si enim ex se nō liceret, nec ad pædagogiam illius populi talis institutio sine peccato adhiberi posset. Tum etiam, sicut rudis populus figura illa corporea aptè instituebatur, vt inde à sensibilibus, aliqua ratione, incorporeā Angeli naturam, & proprietates intelligeret: eodem modo cum circa Dei notitiam simus multò rudiores, quàm erat ille populus circa Angelorum cognitionem, satis commodè instituemur visibili, & corporea aliqua imagine.

Posterior con-
futatio.

Genes. 3.
Genes. 8.
Exo. 33.
Matt 3.

Secunda ratio. Deus frequenter sub figura corporea apparuit: Genes. 3. deambulans ad auram: Genes. 28. sub eadem Iacob visus est: Exod. 33. & alibi frequenter loquens cum Moyse; & Matth. 3. Spiritus sanctus, sub specie colūbæ: ergo sub hac figura, ad significandas has apparitiones, depingi potest. Quòd enim columba illa statim euanuerit parum refert, vt depingi nequeat: cum ea pictura, solū velimus ipsammet apparitionem, quæ transijt, repræsentare. Neq; enim eò quòd pictura maneat, quisquam intelliget, Spiritum sanctum semper sub illa figura mansisse.

Secundaratio
ex apparitio-
nibus facta.

Turrian.

47

Tertiò probat optimè Turrianus hoc modo. Si Scriptura tribuit Deo membra, cum sit incorporeus, vt varias illius perfectiones significet; quòd humanum ingenium tale sit, vt ex rebus corporalibus incorporeas naturas, & perfectiones intelligat: cur quæso corporea similitudine, & pictura id ipsum fieri non poterit? quæ, teste Gregorio antè allegato, rudioribus est veluti Scriptura quædam, & historia: vt sicut illa, quæ in Scriptura membris corporis de Deo enuntiamus, metaphoricè sunt accipienda; eodem pacto, & picturæ factæ intelligantur; secluso tamen imperiti vulgi periculo; id quod prælatorum, & concionatorum sollicitudine fieri potest, & debet, vt admonet Concilium Trident. sess. 25. cap. 2.

Tertia ratio
efficax ex mo-
do loquendū
scripturæ.

Trident.

Trident.

Demum eadē sententia confirmatur vsu Ecclesiæ frequentissimo, quæ passim Romæ, & alijs in locis, Trinitatis imaginē adorandā populo proponit. Quamuis autē Conc. Trident. eo capite, nihil certi statuatur, & definiatur, præcipit tamen, vt si quando historias sacræ Scripturæ contingat describi,

Quarta ra-
tio ex vsu Ec-
clesiæ.

K

describi, (intelligit, in quibus etiam Deus depingendus est, id quod nec damnat, nec tam ferid, quam sanctorum hominum. & Christi imagines approbat) explicetur populo, id non fieri, quia deitas oculis corporeis videri possit: sed vt inde humano more, in cognitionem virtutis ipsius in corporee veniamus. Et in 7. Synodo actio. 5. non longè à medio Antonius Monachus legit historiam, in qua referebatur, ausum fuisse Seuerum, aureas, & argenteas colubas in memoriam Spiritus sancti super fontes baptismi suspensas auferre. Dicebat enim, non oportere Spiritum sanctum sub ea figura representari. Respondit verò Tharasius, meritò receptas à Patribus fuisse columbas illas, ac proinde potiori ratione, corpus Verbi incarnati, figura aliqua, & imagine exprimi posse. Quidam id ipsum confirmant autoritate Iosephi lib. 1. antiquitatum cap. 4. vbi dicunt, memoriæ prodidisse; statuam Deo erectam ab Enos: cum Genes. 4. cœpit inuocare nomen Domini. Verùm Iosephus solum affirmat, Enos, & successores illius duas columnas excitasse, ne eorum memoria diluuiio, quod Adamus prædixerat, periret.

48

7. Synod.

Iosephus

Cōfirmatur ex septima Synodo.

Columbe auree & argenteae in memoriam Spiritus sancti erectae & admisse.

Adam prædixit diluuium

Oppositiones contra præcedentem sententiam.

C A P V T I I I I.

Prima obiectio ex scripturae locis quibus imagines Dei impugnantur solent.



AM verò necesse est, & fundamenta secundæ sententiæ, quam cap. præcedenti retulimus, in medium afferre, & sigillatim refutare. Primum igitur arguitur ex Scriptura, Exod. enim 20. Dei similitudo & imago depingi prohibetur: idem Deuteron. 4. cum dicitur: Memeto, quod Dominus loquutus sit tibi in monte Oreb, vocem verborum audisti, imaginem nullam vidisti: obserua ergo te ipsum, ne forte deceptus, facias tibi vllam similitudinem: & Esai. 4. Cui similem fecistis Deum: aut quam imaginem poneris ei: idem cap. 46. tandem Astorum 17. Genus ergo cum simus Dei, non est existimandum, aure, vel argento, aut lapidi artis sculpturæ, & cogitationis hominum diuinum esse simile.

49

Exod. 20. Deut. 4.

Esai. 40. & 46. Act. 17

Notatio ex Caietano tribus modis Dei imagine depingi potest.

Pro explicatione omnium horum locorum, & similium, notant aliqui ex Caiet. in 3. p. q. 25. art. 3. circa solutionem primæ, trifariam posse à nobis, Deo similitudinem effingi. Primum, vt velimus naturam ipsius, & formam ad viuum exprimere, sicut amicorum, & aliorum virorum: & hoc summa esset dementia: Deus enim formam non habet, & figuram, quæ aut pictura, aut sculptura exprimi possit. Secundò ad representandum nobis figuram aliquam corpoream, in qua dignatus est apparere, qua ratione depingitur in forma senis, sicut apparuit Danieli cap. 7. & in forma colubæ, vt Matt. 3. Spiritus sanctus visus est: & in forma humana, vt Genes. 18. & 19. se manifestauit sic autem ad exhibendam oculis historiam aliquam, dicitur depingi. Tertiò denique vt ex sensibili figura, ad inuisibilem formam Dei intellectus noster quodammodo possit ascendere. At ergo Caiet. secundo & tertio modo licitum esse, Deo imaginem depingere: si absolute ex se consideretur. Nam ratione periculi, aut prohibitionis, licitum non esset, id quod cuilibet picturæ commune est.

Caiet.

50 Dan. 7. Matt. 3. Genes. 18. 19.

Durand.

51

Clichto.

Exo. 20. Esai. 40. & 46.

mi, trifariam posse à nobis, Deo similitudinem effingi. Primum, vt velimus naturam ipsius, & formam ad viuum exprimere, sicut amicorum, & aliorum virorum: & hoc summa esset dementia: Deus enim formam non habet, & figuram, quæ aut pictura, aut sculptura exprimi possit. Secundò ad representandum nobis figuram aliquam corpoream, in qua dignatus est apparere, qua ratione depingitur in forma senis, sicut apparuit Danieli cap. 7. & in forma colubæ, vt Matt. 3. Spiritus sanctus visus est: & in forma humana, vt Genes. 18. & 19. se manifestauit sic autem ad exhibendam oculis historiam aliquam, dicitur depingi. Tertiò denique vt ex sensibili figura, ad inuisibilem formam Dei intellectus noster quodammodo possit ascendere. At ergo Caiet. secundo & tertio modo licitum esse, Deo imaginem depingere: si absolute ex se consideretur. Nam ratione periculi, aut prohibitionis, licitum non esset, id quod cuilibet picturæ commune est.

Neque obstat primò, quod dicit Durand. eas scilicet formas, sub quibus Deus apparuit, non fuisse ipsi hypostatice vnitas. Quia cum illi imagines effingimus, non significamus, eas fuisse in suppositum assumptas; sed sub illis Deum apparuisse. Nec secundo obest, quod formæ illæ non apparuerint ad representandam Dei naturam, sed effectum aliquem illius: quia cum nos eas depingimus, nolumus aliud, quam historiam illam, & effectum ob oculos ponere, ac si nobis sic apparuisset: vt inde ad spirituale Dei naturam considerandam ascendamus. Denique parum refert, quod Clichto. Deum in illis figuris non per se, sed ministerio Angelorum apparuisse: nam satis est, si imago à nobis depicta illud, quod tunc apparuit, vice Dei representet.

Ex hac doctrina, quæ vera est, putant aliqui, vnico verbo satis fieri argumento sumpto ex locis Scripturæ: nimirum illis solum imaginem Dei priori illo modo, non tamē duobus alijs prohiberi; quibus quidem in Ecclesia consuetum tantum est, aliquam Dei similitudinem populo exponere. Addunt autem, Exod. 20. & Esai. 40. & 46. aliud voluisse Dominum dicere: neque ibi sermonem haberi de imagine depicta ipsius Dei, sed de simulacris, quæ pro Dijs colebantur;

Obiectiones Durandi contra imagines Dei soluentur

Quorundam solutio ad loca scripturæ supra posita de imagine Dei non fingenda.

quare Exod.20. prohibet (inquiunt) Dominus, ne faciant Deos argenteos, simul cum Deo vero adorandos: & ad hoc ipsum alludens Esaias dixit, Cui assimilastis me? Quia cum Iudæi haberent Deos ligneos, & simulacra, quæ pro Dijs venerabantur; fecerunt Deum verum similem, id est æqualem illis, siquidem illa, vt Deum verum, adorabant.

Ego verò aliter existimo respondendum. Primū Exod. 2. & Deuteronom. 4. non solum puto, prohiberi imaginem Dei primo illo modo; ne scilicet populus errore deceptus, vellent ei effigiem aliquam exprimere, qua putaret ad viuum deitatem ipsam representari; sed quamcunque imaginem ipsius Dei: imo & cuiuscunque alterius ob periculum, cui populus ille subiacebat, vt sequenti disputatione patebit: ob id tamen non est dicendum, ex natura rei illicitum esse, Deum depingere, sed iustis de causis a Deo in veteri testamento fuisse prohibitum, de quo non disputamus. Deinde quāuis in caput illud 46. Esaiæ optimè quadret interpretatio, quam adduximus; capite tamē 40. & actio. 17. neque id voluit Scriptura significare, nec imaginem Dei aliquo positio præcepto prohibere; sed solum ostendere, Deo nullam posse imaginem effingi, quæ ipsum, vt est, representet. Id enim denotat, quod dixit Propheta, Aut quam imaginem ponetis ei? In quem sensum loquitur etiam Scriptura, Sapientia 15.

Secundò obijciunt nobis Patres quamplures, qui dicunt, nefas esse simulacrum & imaginem Deo collocare. Sic Lactantius lib. 2. diuini institut. cap. 2. Aug. de fide & Symbolo cap. 7. Origenes lib. 3. contra Celsum in medio, & lib. 7. contra eundem in fine, Clemens Alex. lib. 6. Stromatū Damasc. 4. de fide c. 17. & orat. 1. de imagi. circa principium. Germanus Patriarcha, in Epist. ad Ioann. quæ recitatur in 7. Synod. act. 4. & Theodorus in Epistola Synodica, quæ est actio. 3. idem habetur, in eadem 7. Synodo act. 5. non longè à principio, vt capite sequenti referemus: imo & S. Thomas 3. p. q. 25. art. 3. ad 1. idem docuit.

Respondetur, eos locutos de imagine primo illo modo, quo pacto Caiet. interpretatur S. Thmā & Damasc. q. si absolute ipsi lo-

Responso au-
thoris. ad lo-
cum Exod. &
Deuterono.

Locus Esai.
46. & actio.
17.

Secunda obie-
ctio ex locis
sanctorū pa-
trum.

Solutio.

52
Exo. 20.
& Dent.
4.

53
Lactant.
Aug.
Origen.
Damasc.
Clemens
Alex.
Germ.
Theod.
S. Thom.

ipsi loquantur, intelligendi sunt, illicitam existimasse Dei picturam & imaginem, non ex se, sed ratione periculi imperitæ multitudinis; quod cessante (vt admonet Conciliū Trident.) diligenti sollicitudine & doctrina pastorum, manifestum est eas imagines, iure damnari non posse. De illo verò testimonio, quod retulimus ex septima Synodo, act. illa 5. non nihil etiam sequenti capite dicemus.

Quòd si Augustinus lib. 6. de ciuitate Dei, c. 10. probat sententiam Senecæ, quia reprehenderit vsum sculpendi Deos in vili materia, & immobili; atq; in habitum hominum, ferarum, aut piscium, vel monstrorum; non proinde reprobatur vsum depingendi Deum, quem obseruat Ecclesia: ita enim sub forma humana ipsum effingimus, vt non putemus, illius esse formæ & naturæ, sicut Gentiles existimabant. Quare multò meliùs reprehendit mōstrosas illas, aut ferarum similitudines Deo dedicatas; quas tamen Ecclesia nunquam recepit: deinde cum idem Augustinus lib. 4. de ciuit. Dei cap. 19. & 31. commendat sententiam Varronis, qui dicebat 200. fere annis puriorem fuisse Romæ sine simulacris cultum Deorum, tantum significat, simulacra à gentibus inuenta fuisse in maiorū ipsorum perniciem, cum in eis aut spem suam collocarent; aut certè superstitiosa religio simulacris ipsis maximè creuerit. Imagine autem veri Dei, si cesset omnis error, bona & diligenti pastorum institutione, non superstitio, sed verus cultus, & religio indies incrementum suscipit.

Porrò Lactantius superius citatus, ea solum ratione videtur docuisse, Deo nō esse imaginem erigendam, in qua adoretur; quia imago ideo solum inuenta fuit, vt eorum, qui mortui sunt, vel absentes, recordemur. Cū ergo Deus, nec mortuus sit, nec loco absens, non videtur imagine indigere: verumtamen eo loci contra Gentiles solum argumentatur, qui putabant, omnino necessarium esse ad cultum religiosum simulacra proponere. Nam & ipsi Deos, quos colebant, inter mortuos cōputabant. Hoc ergo optimè refellit, quia verus Deus, cui religiosus cultus debetur, semper viuit, & vbiq; est. Quare illa ratione non est

Imagines
Dei vtilis sub-
blato omni er-
rore.

Remanentior
sine simula-
cris, id est
idolis.

Cur putauit
Lactantius,
imaginē Deo
erigendū non
esse.

54
Aug.
Seneca.

Aug.
Varro.

Lactan.
55

necessaria aliqua ipsius similitudo, vt eum colamus: ceterum utilis admodum ea est, vt illius, qui quanquā semper viuit, & vbique est, non tamen videtur, nec apparet, memores simus, & beneficiorū eius recordatione, ipsum cum sua imagine, & in ipsa veneremur.

Tertia obiectio ex Caluino. Falso imagines dici librum idiotarum.

Solutio. Cur scriptura dicit conflabile esse Doctorem mendacij. Defenditur Gregorii dictum de imaginibus contra Caluinum.

Tertio arguit Caluinus, ex periculo erroris. Licet enim ex sententia Grego. imagines sint libri ignorantium, e contrario tamen scriptura Hier. 10. imaginem ligneam, vocat doctrinam vanitatis, & Abac. 2. conflabilem appellat Doctorem mendacij. Quocirca inquit Caluinus, si Gregorius in schola spiritus esset edoctus, nunquam dixisset, imagines esse librum idiotarum. Respondeo scripturam illis locis, solum fuisse loquutam, de simulacris falsorum Deorum, non de imagine veri Dei, tametsi etiam de imagine Dei depicta, idem dicere posset: non quia ex se illicita esset: sed quia positio Dei præcepto in veteri testamento prohibita fuit, vt sequenti disputatione dicemus. Gregorius autem optimè dixit, imagines esse libros idiotarū, id quod de imagine ipsius Dei intelligendum quoq; est. Idem de imagine Christi dixit Damascen. libro. 4. de fide cap. 17: & de omnibus in vniuersum asseruit Beda tom. 8. lib. de templo Salomonis cap. 19. satis post mediū: Quare quod est latinis nomē *pictura*, Græcis inquit esse *Ζωγραφία* *Zographia*, id est viua scriptura. Id ipsum tradit Damascenus oratione 1. de imaginibus. Si quid tamen periculi ex imaginibus Dei potest accidere, alsidua doctrina Pastorum, & traditione parētum auferri debet. Cum verò Caluinus permittat, tales imagines in Historijs depingi, propter memoriā, non est cur simplices picturas, & extra historiam, reijciat. Nam utroque modo memoriæ seruire possunt: quare aut vtrasque concedere, aut eas in historia quoque negare deberet.

Demum negare nō possumus, reprehensione dignos esse pictores, qui ex suo cerebro, nouas Trinitatis imagines audent depingere, quibus occasione irrisionis hæreticis præbent: ob id tamen consuetas, & communiter ab Ecclesia approbatas depingere, damnandum non est.

De ima-

Caluinus

56

Hier. 10.

Abac. 2.

Gregor.

Damascen.
Beda.

57

De imaginibus Angelorum.

C A P V T V.



Xenus.

Seuerus.

58

Ioannes
Gabalôn

Demetr.
Diacon.

59

Præter Iudæos, Mahumctanos, & Iconomachos, qui in vniuersum omne genus imaginum execrantur, quales fuerunt tempore septimæ Synodi, & omnes Vvicleffistæ, fuit Xenus, vel Xenias, cuius fecimus mentionem disput. 1. cap. 1. huius libri: qui peculiariter imagines Angelorum, è medio tollendas assererat. Vt refertur in septima Synod. actio. 5. in medio, quod ipsi, incorporei cum essent, depingi nulla ratione possent. Seuerus autem, licet contra honorem imaginum Angelorum sæpe docuisse videatur, (vt constat in eadem actione inferius ex libro Ioannis Episcopi Gabalôn) cum tamen vt ibidem scribitur, frequenter etiam in templo sancti Michaelis persuadere conatus sit, Angelos non decere vestes purpureas, sed albas: videtur ipsorum quidem imagines admisisse, circa modum tamē eas figurandi solū errasse. Itaq; de his quoque difficultas proposita fuit in septima Synod. actio. 5. non longe ab initio, vbi Demetrius Diaconus legit librum Ioannis Episcopi Thessalonicen. qui dialogum continebat inter gentilem & sanctum. Gentilis ergo in hunc modum obijciebat Christiano: *Esto, Deū Verbum hominem factum icone exprimitis, quid ad Angelos hoc facit, quos vt homines pingitis, & adoratis? hi tamen homines non sunt: sed intellectuales, & incorporei, & simplices existentes dicuntur. Sane ea ratione, & a nobis Deos venerabiles existima: non enim sic quidquam absurdi agimus, quemadmodum neque vos, dum Angelos adoratis.* Hactenus gentilis. Cui sanctus statim respondit, Angelos quidem corporeos esse, & ideò ipsis similitudinem effingi, optimè posse: in figura uerò humana depingi, quia ita sæpe apparuerunt: Deum autem figurari nō posse, quod incorporeus sit, quam sententiam sancti, proponente Tharasio, rota Synodus approbasse videtur.

Si tamen discursus illius dialogi attente legatur, illico apparebit, nec gentilem damnare voluisse Angelorum

Xenus imagines Angelorum tollebat.

Dialogus gentilis & Christiani.

K 4

ima-

Exponitur
precedens dia-
logus genti-
lis & sancti.

imagines, nec sanctum illum, qui in eodem dialogo intro-
ducitur, causam, cur Angeli depingeretur, rectè assigna-
se. Primum igitur Gentilem imagines Angelorū non im-
probasse, patet. Cum enim exprobaretur à Sancto, quod
Deorum suorū imagines, Gentiles adorarent: obijcit sta-
tim, imagines Sanctorū, & ipsius Dei, & à Christianis co-
li: cum verò respondisset Sanctus ille, à Christianis non tā
imagines, quam ipsarum exemplaria adorari, nimirū San-
ctos homines per imagines suas, & Deum tñ in humana,
natura quam assumpsit, per suam quoq; similitudinē de-
pictum: (horū enim solum concedit imagines) rursus obij-
cit Gentilis etiam à Christianis: Angelorū imagines ado-
rari, cum tamen sint incorporei, non quia damnet earum
vsum, sed, vt argumento ad hominem, ipsos cōvincat, of-
tendens non solum Dei incarnati sub forma humana, nec
solum Sanctorum imagines, sed etiā Angelorum à Chri-
stianis depingi: Et ita mirum non sit, si ipsi Gentiles, Deos
suos figura aliqua & imagine expriment. Quare picturam
Angelorum nō damnat, sed exemplo Christianorum, qui
in corporea quoq; depingunt, suam consuetudinem Deos
depingendi excusare contendit.

Angeli cor-
porei olim
existimati a
quibusdam.

Deinde Sanctum illum, qui ibi introducit, veram ra-
tionem Angelos depingendi, non assignasse, omnibus est
manifestum: putauit enim, ideo coloribus figurari posse;
quia corporei sunt; cum tamen multò verior sententia sit,
quæ dicit Angelos esse naturę incorporeæ, vt in 3. p. q. 50.
art. 1. demonstrabimus. Tum etiam, licet eorū Patrum opi-
nionē sequeremur, qui affirmant eos esse corporeos, ea ra-
tione nō probaretur, Angelos posse depingi: Patres enim
illi adeò subtilia corpora ipsis attribuūt, vt eos inuisibiles
esse doceant: ac proinde secundum se depingi non posse,
concedant necesse est. Cum ergo in figura solum huma-
na, in qua dignati sunt apparere, semper figurentur, vt
Sanctus ille ibidem introductus asseruit; non ratione sui
corporis, sed figure, sub qua apparuerunt, eos depingi, fa-
teri debebat: sub ea enim equè benè coloribus exprimi
possunt, etiam si omnino sint incorporei, atq; si corporei,
inuisi-

60

61

inuisibiles tamen suapte natura essent. Ex quo etiam op-
timè confirmatur, id quod cap. 3. de imagine Dei diximus,
nempe ideò ipsum posse depingi, quia, incorporeus cum
sit, sub aliqua effigie visibili sæpius apparuit: id quod non
minus de Deo, quam de Angelis, etiā corporei essent, in-
uisibiles tamē, Sāctus ille in eo dialogo introductus, debe-
bat concedere. Cum igitur tota Synodus recepit senten-
tiam illius, in eo dialogo recitatam, non rationem (quod
scilicet Angeli corporei essent) sed conclusionem, nempe
Angelos posse depingi, approbasse dicendum est. Colligi-
tur itaq; ex se licitum esse, Angelis imaginem effingere,
etiā si incorporei sint, sicut ex dictis satis perspicuè ap-
paret. An verò in veteri testamento fuerit a Deo prohi-
bitum, sequenti disputatione constabit. Cæterum, cū ex
Dei saltem dispensatione, in templo fuerint Cherubino-
rum statua erecta; consequitur ex natura rei, illicitum nō
esse, eos depingere. Deus enim in his quæ lege naturali
prohibita sunt, dispensare non potest, vt probabilior opi-
nio fert.

62

Dionys.

Tertull.

Qua verò ratione multum expediatur, Angelos, etiā si
incorporei sint, sub forma corporea depingere, præclare
tradit Dionysius, de Cælesti Hierarchia cap. 2. quia scilicet
similitudine corporea, & instar rerum corporearum, in-
corporea etiam intelligamus: & in eodem lib. cap. vltimo,
quid singula membra, quæ imaginibus Angelorū tribuū-
tur, significant, optime exponit. Iuuenili enim ætate, in
qua Angelus depingitur, robur vitæ ipsius, quod semper
viget, inquit denotari: alis vero celeritatem, vt etiam do-
cuit Tertullianus libro contra gentes cap. 22. atque in hūc
modum singula eleganter prosequitur. Sub forma vero
hominis ideo ait à nobis figurari, quod in ea sæpenu-
mero apparuerint, & quia multo meliùs instar ho-
minis, quam alterius rei, naturam & pro-
prietates eorum cogno-
scamus.

Inuisibili-
sibiliter de-
pingeri, quia
sic apparue-
runt.

Cur angelos
humana spe-
cie & cū aliis
& ceteris me-
bris effingam-
us.

K 5

An

An Statuæ, & imagines in veteri testamento fuerint prohibita. Disput. 4.

- Opinio Bedæ, & quorundam Scholasticorum. cap. 1.
 Verior sententia. Omnem imaginum usum veteri lege fuisse sublatum. cap. 2.
 Præcedens sententia antiquorum Scriptorum, Patrum, & Scripturæ testimonijs confirmatur. cap. 3.
 Commune fundamentum prioris opinionis conuellitur. cap. 4.
 Primum Bedæ argumentum contra posteriorem sententiam, ex aeneo serpente desumptum. cap. 5.
 Secundum Bedæ argumentum ex figuris Cherubinarum. cap. 6.
 Duæ aliæ oppositiones, quibus probatur lege veteri usum imaginum non fuisse vetitum. cap. 7.

Opinio Bedæ, & quorundam Scholasticorum.

C A P V T I.

NVLLAM tam spiritualium, quam corporali-um rerum imaginem suapte natura esse prohibitam, superiori disputatione fatismõstratũ est: an verò iustis de causis præcepto aliquo positiuo fuerit hominibus vsus imaginum interdictus, inter Scholasticos Doctores magnæ quæstionis est. Permulti enim affirmant, nunquam nec in lege veteri imaginũ picturam, aut sculpturam statuarum, imò nec ipsarũ debitũ cultum, sed solam idololatriæ adorationem fuisse prohibitam: ne scilicet eas populus cultu dinino, sicut Gentiles sua idola prosequeretur. Huius opinionis primus autor viderur mihi Bedæ, in lib. de templo Salomonis cap. 19. eam quoque indicat Ionas Aurelianens. lib. 1. de cultu imaginum in 5. tomo Biblio. sacræ, & sanctus Thomas 3. p. quæst. 25. art. 3. ad 1. qui tametsi de imagine Dei dicat, nullum

Prior opinio. vsus imaginum non fuisse veteri lege vetitum, sed cultum tantũ idololatriæ.

64

Bedæ.
 Ionas
 Aur.
 D. Tho.

Burgen.
 Vvald.
 Cai.
 Copos.
 Sander.
 Castro.
 Turri.
 Pamelius

nullum illius fuisse vsus; non tamen explicat, an iure naturali, vel veteri lege vetitus esset. Quare quoad ceteras tantum imagines sententiam Bedæ viderur secutus. Eam vero in vniuersum tradunt, Burgen. in 2. additione ad Lyranum, in illud Exodi 20. *Non facies tibi sculptile* (quamuis in fine annotationis in contrariam nonnihil inclinet) Vvalden. tomo 3. cap. 152. Caiet. in illud Exodi 20. citatũ, Alanus Copus dialogo 4. cap. 21. Sanderus lib. 1. de imaginibus cap. 7. Alphonsus de Castro contra hæreses verbo *imago*, hæresi. 1. circa finem, Franciscus Turrianus libro 3. de characteribus dogmaticis longè ante finem, Pamelius in annotationibus ad 2. lib. Tertulliani contra Marcionem numero 141.

65

In hanc vero sententiam multi excitatis autoribus, & recentiores quamplures adducti sunt: quod viderent, hæreticos eo vti argumento, ad probandum, peruersum esse imaginum vsus, quem in lege veteri, tam serio Deus prohibuerit. Nituntur quoq; in hanc opinionem pertrahere

Fundamentum prædictæ sententiæ.

Cyprian.

Cyprianum lib. 3. ad Quirinum cui, mea quidem sententia, nihil omnino fauet. Ipse enim solum refert Scripturæ verba, de quibus nunc est controuersia: neq; de suo quidquam ipsis addit. Quare cuiusnam fuerit opinionis, constare nequit. In eadem etiam fuisse Damasc. arbitrantur nonnulli, lib. enim 4. de fide cap. 17. contra eos, qui Christianos insimulant, quod imagines veneretur, obijcit cõsuetudinem Iudaici populi, qui tabernaculum manufactum, quia esset exemplar rerum cœlestium, & Cherubinarum figuras, quæ etiam erant opera manuum hominũ, & in ipso erant propitiatorio, adorabat. Vtitur autè hac ratione contra Iconomachos. Si populus ille Cherubinarum figuras adorabat, cur Christiani non poterunt imagines Dei, & Sanctorum venerari? subiungit postremo hæc verba.

Damasc.

66

At Scriptura diuina eos, qui sculptilia adorant, demonijsque victimas offerunt, insectatur. Quasi dicat, hoc tantum Scriptura vetat, ne scilicet imagines, more Gentilium, tanquam dij, adorentur, aut ipsis sacrificium offeratur, quemlibet tamen cultum, & adorationem non prohibet: alia.

alia verò fundamenta huius sententiæ cap. 5. & sequentibus huius disputationis referemus.

Verior sententia, omnem imaginum usum veteri lege fuisse sublatum.

CAPVT II.

Posterior opinio præcepto positivo fuisse Iudæis prohibentem omnem usum imaginum.

NON pauciores, nec inferioris notæ autores oppositam opinionem, quæ mihi multò probabilior semper visa est, amplectuntur: Iudæis nimirum, non solum adorationem illam Gentilium, quæ naturali iure prohibita est, verum etiam: quemlibet usum imaginum, & statuarum præcepto Dei positivo, Exodi 20. fuisse interdictum. Sententia est Alexandri 3. p. q. 30. memb. 3. art. 3. §. 1. Alberti in 3. d. 9. art. 4. Bonauenturæ art. 1. q. 2. ad 1. in contrarium. Ricardi art. 2. q. 2. ad 1. Palud. q. 1. art. 2. vbi de dictis Durandi inquit, Marsil. in 3. q. 8. art. 2. ad 2. obiectione contra 3. conc. Henri. quodlib. 10. q. 6. ante medium, Catheri. in opusculo de adoratione imaginum parùm ab initio, Martini de Ayala in tractatu de traditionibus 3. parte Corollario de imaginibus Sanctorum, Dominici de Soto lib. 2. de iustitia q. 4. art. 2. Francisci Horancij lib. 2. locorū Catho. cap. 22. Alani copi in 4. dialogo cap. 15. post medium, Clichtouei in cap. 17. lib. 4. de fide Damasc. Abulens. in 4. cap. Deuterono. q. 4. & 5. Ex quibus, Alexand. Albert. Bonau. Marsil. Abulens. de imagine Dei solum dicunt, illi populo omnino vitatam fuisse, cæteri autem absolute de omni in vniuersum loquuntur. Et sanè si imago Dei non est iure naturali prohibita, vt etiam nonnulli autores prioris sententiæ fatentur, & nihilominus populo Iudaico non fuit concessa: idè potiori ratione de alijs imaginibus, aut Angelorum, aut Sanctorum dicendum est.

Ex his autem solus est Abulens. qui putat, iure naturali non esse permissum, Deo imaginem estingerè. Ceteri verò videntur docere, solum antiqua lege usum illius fuisse subla-

67

*Alex.
Albert.
Bonau.
Ricard.
Marsil.
Henri.
Cather.
Ayala.
Soto.
Horan.
Copus.
Clichto.
Abul.*

*Abul.
68*

*Alex.
Albert.
Bonau.*

sublatum. Cum enim Alexand. Albertus, & Bonau. afferunt, Deum figurari non posse, quod inuisibilis sit, & ideo prohibitam fuisse illius imaginem lege Moyfis; finem & rationem legis ostendunt: non tamen, ob id iure ipso naturali prohibitam fuisse arbitrantur. Addunt verò Albertus, Ricardus, & Marsil. rationes, ob quas Deus imaginum usum prohibuerit. Tum quia populus ille, ad illorum cultum maximè erat procliuus: tum etià, vt ita idola gentium, quarum terram illi populo concesserat, exemplo Iudæorum, qui nullam imaginem colebant, destrueret. Quaquidem ratione sententiam hanc expressisse videtur Damascenus oratione 1. de imaginibus. Hæreticis enim obijcientibus imaginum prohibitionem in veteri testamento factam, his verbis respondit. *Vides, quomodo vitandi simulacrorum cultus gratia, imagines fieri vetat?* Cultum intelligit latræ, de quo ante loquutus fuerat: existimauit ergo ad euitandum cultum latræ, imaginibus exhibitum tanquam Dijs, hoc est, idololatriam, ad quam illi erant propensi, usum imaginum ipsis non fuisse concessum: quæ sanè est prima ratio, quam ex Ricardo, & alijs adduximus, & paucis interpositis. *Iudæis igitur, quoniam ad simulacra colenda erant propensiores, hac iussa sunt: nos autem, quibus, vt theologice loquar, datum est, vt superstitosum errorem fugientes & veritatè cognoscentes, purè cum Deo versemur, eiq; soli seruiamus, infantiamque prætereuntes, in virum perfectum euadamus, non sumus amplius sub pedagogo.* (Intelligit sub lege, & antiqua prohibitionem) hætenus Damascenus. Qui si existimaret, vt Doctores prioris sententiæ docent, non quemlibet usum imaginum, sed solum cultum idololatriæ Iudæis fuisse prohibitum antiqua lege; non diceret, nos amplius non esse sub pedagogia legis, sub qua illi fuerunt, vt nobis iam imagines concederentur. Cum enim ad cultum idololatriæ nullo iure fuerint permissæ, sed omni lege etià naturali prohibite, adhuc nos essemus sub hac legis pedagogia, sicut & populus ille ex hac parte sub illa fuit. Cum igitur dicat, nobis cessasse legis pedagogiam, qua populus ille institutus aliquando fuit, planè loquitur de lege positua cœre-

Damasc.

69

70

Rationes Alberti & aliorum, Cur Deus prohibuisset Iudæis imagines.

Pulchra verba Damasceni de differentia legis, & euangelij circa imaginum usum.

moniali, quæ omnem etiam alias licitum vsum imaginum vetabat. Non ergo solum cultum idololatriæ, sed quavis adoratione, & vsum imaginum lex illa Iudæis prohibuit. Quare cum Damasco. 4. lib. de fide cap. illo 17. pro prioris sententia citatus dixit, scripturam solum insectari eos, qui adorant sculptilia, & demonijs sacrificant, non putauit, hoc solum lege veteri prohibitum fuisse: sed ostendit, hunc fuisse finem illius, vitare scilicet idololatriam, ob quam causam Deus in vniuersum prohibuit omnem similitudinem, & picturam, ne populo illi, ad hoc genus peccati propenso, occasio esset ruinæ. Quæ ratio in populo Christiano adeo benè instructo, locum non habet. Quare autem dicat, Cherubinorum imaginis in templo adorari capite sexto dicemus.

Præcedens sententia antiquorum scriptorum, Patrum, & scripturæ testimonijs confirmatur.

C A P V T III.



Insertis verbis antiquos scriptores, & Patres hanc sententiam nobis tradidisse, ex subiectis testimonijs perspicue apparebit. Ex antiquis profanis scriptoribus est in primis Iosephus lib. 1. contra Appionem satis post medium, qui ex Hecateo historico antiquissimo de templi Hierosolymitani descriptione inter alia multa refert hæc verba. *Simulacrum verò, aut aliquod anathema ibi nequaquam est.* & lib. 2. satis ante medium, obijcieti Appioni, quod Iudæi Imperatoribus statuas non erigerent, respondet Iosephus, potius eum debere admirari magnitudinem, modestiamque Romanorum, quoniam subiectos non cogunt, patria iura transcendere: & paulò post narrat, Iudæis interdictum omne imaginum genus. In eadem sententiam accedit Cornelius Tacitus lib. 5. historiae, dum tradit Iudæos mente sola, vnumq; numen intelligere, ac venerari, prophanumq; ducere,

Damasce

71

Iosephus

Cornelius Tacitus.

72

cere, imagines Deorum mortalibus materijs in species hominum effingere: ideoq; nulla simulacra in eorum urbibus, nedum in templis esse: non regibus hanc adulationem, non hinc Cæsaribus honorem adhiberi. Ad hoc ipsum alludens Lucanus lib. 2. inquit *incerti Iudæa Dei*, incertum Deum appellat, quod sola mente, non similitudine aliqua, nec certo nomine Deum suum Iudæi colerent.

Lucanus.

Origenes

Idem vero probatur ex Patribus. Primum Origenes lib. 4. contra Celsum, post 5. folia id ipsum aperte testatur: de Iudæis enim ait. *Apud quos nullum aliud numen erat receptum, quam Deus huius rerum vniuersitatis præses, procul ablegatis omnibus simulacrorum opificibus. Nam in ciuitate eorum nullus pictor admittebatur, nullus statuarius, legibus totum hoc genus arcentibus, nequa occasio praberetur hominibus crassiss, neue animi eorum à Dei cultu auocaretur.* Quibus verbis, non modo posteriorè sententiam nobis tradidit, sed etiam duas rationes, quas ex Ricardo, & alijs adduximus, ob quas imagines illi populo fuerint prohibitæ, paucis complexus est. Secundo non minus clare id ipsum asserit Tertullianus, lib. 4. contra Marcionem cap. 22. vbi cum dixisset, Moysem, & Eliam cognitos fuisse à Petro in transfiguratione Matth. 17. non quod antea ipse aliquam eorum similitudinem, seu effigiem vidisset, sed tantum in spiritu: reddit rationem his verbis. *Nec enim imagines eorum, vel statuas populus habuisset, & similitudines lege prohibente.* Quod si solum lex prohiberet, cultum latriæ imaginibus tanquam Dijs exhiberi, friuola esset Tertulliani ratio. Nunc enim id ipsum iure naturali vetitum est. sunt tamen lege hac non obstante innumera Regum, & Principum effigies, & statuæ: vt cum videas hominem nullo alio indicante ex imagine illius, quam antea, vidisti facile eum agnoscas. Licet ergo Iudæis esset interdicta adoratio illa latriæ, potuissent in populo innumera imagines Regum, Ducum, & Prophetarum esse, quibus Petrus Moysem, & Eliam distinctè cognouisset, nisi in aliena figura apparuissent. Eidem opinioni plurimum fauet idem Tertullianus, alijs in locis, quibus aduersarij contra nostram sententiam vti possunt.

Cur Deus in deorum incertus a Lucano sit dictus.

Nec pictor, nec statuarius apud Iudæos.

Quomodo D. Petrus in transfiguratione nouerit Moysem & Eliam.

Tertio

Scriptores profani.

In templo Hierosolymitano nullum simulacrum nullum anathema.

Tertiò demum ex Scriptura eadem opinio non obscure colligitur. Exo. enim 20. dicitur, *Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem* (id est nullam) *quæ est in calo de super, & quæ in terra deorsum, neque eorum, quæ sunt in aquis sub terra: & subinde, vt nouum præceptum adiùxit, non adorabis ea, neque coles.* Id quod eodem quoq, tenore verborum dicitur Deutero. 5. vtrumq; ergo Dominus prohibuit, & facere, & adorare. Sed clarius deducitur ex 4. cap. eiusdẽ lib. vbi Moyfes ait. *Non vidistis aliquã similitudinẽ in die, qua loquutus est vobis Dominus in Horeb de medio ignis; ne forte decepti faciatis vobis sculptam similitudinem, aut imaginẽ masculi, vel femina, similitudinem omnium iumentorum, quæ sunt super terram, &c.* Quibus verbis planè indicat Scriptura, nõ solum prohibuisse id, quod iure naturali non licebat (colere scilicet imaginem pro Deo) sed etiam ipsum Deum verum, in aliqua eius similitudine adorare: atq; adeò omnem vsum imaginis ipsius Dei abstulisse. Si enim liceret in imagine Deum adorare, sicut Catholici vero cultu religioso facimus, nec id Deus vetare voluisset, vt autores prioris sententiæ autumant, seipsum ostendisset Dominus sub aliqua figura, vt sub ea non tantum tunc à populo adoraretur, sed etiam instar illius aliam effingerent, in qua deinceps ritu verè religioso coleretur. Constat ergo sine dubio, nec vllus mediocriter in Scriptura doctus, oppositum affirmabit, in lege veteri, Dei saltem nullam fuisse similitudinem, aut effigiem, id quod & Damasc. & S. Thomas pro priori sententia citati, libenter fatentur. Quauis ergo finis præcepti fuerit, ne populus ad idololatriam, ad quam nimis erat propensus, declinaret; substantia tamen illius fuit, vsum quemlibet imaginum auferre. Quod si Dei imago ob hanc rationem omnino ablata fuit antiqua lege, idem de alijs omnibus dicere, necesse est. Aut enim alterius hominis imago in templo collocaretur, aut extra: in templo manifestum est, nullam fuisse, præter statuas Cherubinarum: nec extra tẽplũ: nihil enim, quod sub aspectũ caderet, gens illa extra tẽplũ adorabat, vt Samaritana Ioan. 4. dixit Christo. *Vos dicitis quia Hierosolymis oportet adorare,*

74
Exo. 20.

Deut. 5.

75

Damasc.
D. Tho.

Ioan. 4.

Colligitur ratio ex scriptura de prohibitione imaginum facta Iudæis.

adorare, id est, in templo Hierosolymitano. Accedit, quòd imaginũ aliarum adoratione non minus populus ille ad idololatriã induci posset, quã adoratione imaginis Dei, in qua ipse apparere dignaretur: nec minus rectè populus ille institui posset, vt imaginem Dei debito modo coleret, quã hominũ. Imò verò si rectè originẽ idolorũ, seu idololatriæ attendamus, maior videtur subesse ratio, vt quauis imago hominis potius, quã ipsius Dei lege veteri prohiberetur. Idololatria enim cepit, vt testatur Scriptura Sapiet. 14. ex eo, quòd homines effingere sibi cœperunt imaginem filij mortui, vt eius recordarentur; deinde ipsum inter Deos numerare, & vt Deũ colere, populus non dubitauit. Cur ergo Dominus lege veteri imaginem figurã, in qua appareret, prohibuisset, ne populus Iudaicus in idololatriã laberetur; & imagines hominum mortuorum non vetuisset? Tertiò hoc ipsum Leuitici 26. his verbis probatur. *Non facietis vobis idolum, & sculptile, nec titulos erigatis, nec insignem lapidem ponetis in terra vestra, vt adoretis eum.* Per titulos intelligit statuas, quas Gẽtiles in sui memoriam posteris relinquebant: vt docent Isichius, & Rodolphus Flauiacensis in eum locum: cum verò dicit, *Vt adoretis eum*, nõ solum idololatriæ cultum prohibuit, sed omnem etiã venerationem ob rationes superius inductas. Quam legem transgressum fuisse Absalonem 2. Regum 18. deducitur ex Iosepho lib. 7. antiquit. cap. 10. Dicit enim Scriptura, fecisse sibi titulũ in valle Regis, dum adhuc viueret, in monimentum nominis sui, quòd filium non haberet, quẽ vocauit nomine suo, & appellatur Manus Absalõ: scribit verò Iosephus, statuam fuisse marmoreã, in qua nomen eius permaneret.

76

Sap. 14.

Leu. 26.

Isichius.
Rodul.

2 Re 18
Ioseph.

77

Idololatriæ origo.

Locus em Leuit. 26.

Absalõ erexit sibi statuam contra legem.

Commune fundamentũ prioris opinionis cõuelligitur.

C A P V T IIII.



Num solum superest pro priori sententia fundamentũ; scilicet, quod hæreticis arma videamur subministrare, si dicimus, vsum omnẽ imaginũ, & statuarũ lege veteri sublatũ esse; tamẽ

L leue

leue id admodū, & infirmū est. Primū quidem, quia si hēreticis concedimus, in veteri lege omnem imaginū vsum, & cultum fuisse prohibitum, hinc non licebit deducere, iure quoque naturali vetitum esse. Tum quia multa fuerunt ea lege prohibita, quæ iure naturali permessa erant: tum etiam quoniam Deus non iussisset, in templo statuas Cherubinorum collocare, si id iure naturali non liceret, sicut idola colere. In legē enim naturalem, permanentibus circumstantijs necessarijs, nulla etiam Dei dispensatio cadere potest. Porro adorationem imaginis ratione exemplaris, vel rei, quam repræsētat, non esse contra ius naturale, hac ratione probatur. Si nullo modo imago adorari posset, nec res inanima deberet adorari, sed eodē iure naturali vtrunq; vetitū esset: atqui res inanima iure naturæ potest adorari; alioquin Deus non permisisset Arca fœderis, Propitiatorio, & ipsi Tabernaculo, cultū deferri: ergo & imagines eodem iure possumus venerari. Nam de arca testamenti dicitur in Psalmo 98. *Adorate scabellū pedū eius, quoniam sanctum est.* Quamuis enim Augustinus, & alij Patres scabellum intelligant, esse Christi humanitatem, quod in sensu mystico accipiendum est, & Leontius in dialogo 5. contra Iudæos, qui refertur actione 4. septimæ Synodi interpretetur terram, iuxta illud Isai. 66. *Terrā autem scabellum pedum meorum*, de quo iterum lib. 3. disputat. 1. dicemus, & Hieronymus in eū Psalmū pro cruce Christi accipiat; in sensu tamen literali, magis propriè Arca fœderis intelligitur: non quia terra literali etiam sensu non dicatur in Scriptura scabellum Domini: sic enim appellatur in illo Esai. 66. & Matth. 5. & alibi sæpenumero: neq; quod terra non sit adoranda: nam & terram quoq; à nobis adorari, & honorari posse, ex sententia illius Leontij demonstrabimus lib. 3. disput. 1. sed quia contextui Psalmi optimè quadrat, si scabellum arcam esse intelligamus. Primum quoniam etiam si terram & scabellum liceat adorare, vt eo loco dicemus; nunquam tamē tota terra in Scriptura dicitur sancta, sed ea, in qua Deus aliquid mirū operatus est, vel dignatus est apparere: in eo autē Ps. 98. dicitur, *Adorate*

Lex naturalis caret dispensatione.

Adorabatur arca fœderis.

Locus psalm. 78. adorate scabellū eius quoniam sanctum est examinatur.

Terra quomodo scabellum pedum Dei.

78

Psal. 98. Aug.

Leontius

Hieroni

Esai. 66. Matth. 5.

79

Iansen.

Caluin. Bucerus. 80

Vatab.

Hieron.

2. Par. 28

81

2. Reg. 6.

Psal. 98.

Adorate scabellū pedū eius, quoniam factū est. Secūdo, quia exemplo Sacerdotū Domini, & Moylis inuitat omnes, vt Arcam adorent, cū dicit. *Moyse & Aaron in Sacerdotibus eius, & Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius.* Iansenius in eū Psalmum, scabellum interpretatur ipsum Propitiatorium: sed quāuis, vt ex sequētib; apparebit, ipsa Arca commodius esse dicatur, perinde est cōtra hēreticos, Propitiatoriū, nō arcā, scabellū appellare: vtrūq; enim inanimatū quid est.

Verum Calvinus & Bucerus, hunc locum peruertere cōnatur. Dicunt enim, scabellum ibi appellari tēplū, vt vertit Chaldaus paraphrastes, & textus Vatabli: nō ergo precipit (inquit) Deus, vt adoremus scabellum, hoc est tēplum ipsum, sed in tēplo: sicut idem Vatablus interpretatur. In hebræo enim habetur *לַבְּדֹם* labadom, id est ad scabellū, ac si dicat, ad tēplum, vel in tēplo. Cum verò subdit, *Quoniam sanctum est*, in græco dicitur masculinè, *Quoniam sanctus est*, sicut 70. & Hieron. transtulerunt. Est ergo sensus, adorate Deum in tēplo, quoniam sanctus est. Verū hęc oppositio, parum habet momēti. Primum quoniam in Scriptura templum Domini nusquam scabellum appellatur: arca verò, aut Propitiatorium aliquando scabellum dicitur, 1. Paralipom. 28. inquit Dauid, *Cogitavi, vt edificarem domum, in qua requiesceret Arca fœderis, & scabellum pedum eius.* Vbi vel ipsam arcam, vt habet Vatablus in suis annotationibus, vel Propitiatorium, quod super ipsam simulq; cum ipsa erat, vt interpretatur Iansenius, intelligit Scriptura, esse scabellum.

Ego verò arbitror, multò melius arcā ipsam scabellum pedum Domini appellari. Erat enim supra arcā inter pēnas Cherubinorum, tabula illa ex auro fusili, quæ appellabatur Propitiatorium, in qua sedebat Dominus, cum respōsa dabat: pedes autē super arcā ipsā, veluti super scabellū habebat. Quare de arca ipsa dicitur 2. Reg. 6. *Super quam inuocatum est nomen Domini sedentis in Cherubim super eā,* & Psalmo illo 98. *Qui sedes super Cherubim:* est ergo scabellum non templum, sed arca. Secūdo, quod hēretici verbum illud, *Ad templum* interpretātur, *in templo*, quia

Obiectio hēreticorū cōtradictō psalmi expositio nemo.

Solutio morāda.

Scabellum in scriptura pro arca sumi.

Excluditur alia obiectio hēreticorū. Lamad aliquando significat ad alia in.

additur litera, \aleph Lamed, quæ significat *ad*, frivolum est. Ea enim ponitur, cum activam constructionem significamus. Quare cum Genes. 23. dicitur, *Adoravit Abraham populum terræ*, ponitur litera \aleph , Lamed, ob id tamen nõ debemus interpretari, *in populo terræ*. Quod si particulam illam in vi sua latinè vertere velimus, nec constructionem activam solo casu accusandi complere, sed addita illa particula *ad*, ut dicamus, *Adorate ad scabellum, vel ad templum*; ineptè pro *ad templum*, sicut hæretici, interpretabimur, *in templo*. Quocirca & latina versio chaldei paraphrastæ, optimè convertit, *incurvate vos templo*. Vbi datius casus indicat terminum adorationis, in quæ actio adorandi, quasi activa constructione transit. Adorare itaq; ad templum, vel ad scabellum, idè est, quod ipsi cultum adhibere; & in uniuersum litera \aleph Lamed post verbum סָהַח Sahah, id est, *adoro*, semper indicat personam, cui adoratio & cultus exhibetur. Nec vllum reperies locum, vbi cum hoc verbo significet locum, in quo fiat adoratio; tametsi cum alio verbo locum denotare possit. Quod verò vulgatus interpres Psal. 131. conuertit, *Adorauimus in loco, vbi steterunt pedes eius*, in hebræo ad verbum est, *Et incuruauimus nos scabello pedum eius*: intelligit autè arcam, ut ex dictis perspicuum est. Quamobrem, in Vulgato sumenda est particula *in*, pro *ad*, quæ in hebræo est \aleph , id quod frequens est in Scriptura: nec voce illa *in loco*, intelligitur locus adorationis, quo contineantur, qui Deum adorant, sed locus, cui honor defertur, quia in ipso pedes Domini steterunt: alioqui, cum locus, in quo steterunt pedes, sit arca, quæ erat suppedaneum ipsius Dei, ut explicatum est; diceremus, adorauimus in arca. Deinde sumi potest particula *in*, apud Vulgatū in hunc sensum, ut denotet, non locum, in quo est, qui adorat; sed locum, & rem, in qua, & cum qua Deus adoratur: sicut in imagine Deus dicitur adorari. Ad hæc, vocè hebræam בְּדָוָם hadom, nullus interpretatur templum, sed suppedaneum, vel subsellium: nulla ergo ratione Hæreticorum interpretatio constare potest. Demum siue dicatur, *Quoniam sanctus est*, siue *quoniam sanctum*.

Exponitur locus psal. 98. adorate scabellum iuxta Vulgatum.

82.

Psal. 131.

83.

sanctum est, parum interest: in Hebræo enim ad vtrunque Scriptura ambigua est. Vox namq; Hebræa קָדוֹשׁ cados, id est sanctus, etiam si sit generis masculini, referri tamen potest ad vocem בְּדָוָם hadom, id est scabellum, quæ etiam est masculina. Hebræi enim voces neutras ignorant. Ex quo cum Latine reddimus scabellum, quod neutrum est; *Sanctum* neutrius quoq; generis dicere debemus, nõ *sanctus*. Si tamè græcè legamus $\alpha\gamma\iota\omicron\varsigma$ hagio, sicut trāstulerūt Septuaginta, & latinè *sanctus*, sicut Hieronymus: vox Græca $\alpha\gamma\iota\omicron\varsigma$ & Latina *sanctus*, referri nequeunt ad *scabellum*, quod græce dicitur ὑποπόδιον hypopodion. In vtraq; enim lingua, neutra vox est; referri igitur debet ad Deum. Inde tamen nihil adhuc habēt Hæretici cōtra nos. Sic enim planus sēsus esse potest: *Adorate scabellum pedum eius*, id est Dei, *quoniam sanctus*, ipse scilicet Deus est. Hac enim ratione, quod sanctus ipse sit, optimè postulat, nõ solum thronum illius, sed etiam subsellium adorari.

Ex dictis ergo colligitur, quamuis vsus, imo & cultus imaginum lege Mosaica prohibitus fuerit, non ideo iure naturali vetitum esse: ac proinde cum fuerit iuris positui, & ceremonialis illa legis Mosaicæ prohibitio, tempore legis Euangelicæ debuit cessare: atq; id, quod alias iure naturali licitum, & honestum est, ut imagines depingere, & illis etiam vti ad adorationem, in lege Euangelica locum habere debet. Imo verò, ut dicebamus ex ipsa lege veteri, in qua præcipiebatur adorari rem inanimam, ut tabernaculum, & arcam, disput. 6. optimè cōtra Hæreticos sumemus argumentum, ad probandum imaginibus quoque cultum, & adorationem deberi: tantum absumus, ut Hæreticis arma subministremus, etiam si dicamus vsum, & cultum imaginum in ea fuisse omnino sublatum. In veteri autem testamento Deus potius prohibuit imaginum cultum, quam arcam, & propitiatorij optima quidem ratione. Oportebat enim, proponere illi populo aliquid sensibile, in quo cultu, & adoratione moueretur: multo autè cōmodius fuit, in ea forma, & figura proponere, in qua nullum erat idololatriæ periculum: talis fuit forma arcæ, & propitiatorij.

Explicatur idè locus iuxta translationem Hier. 70.

84
Hierony.

Cur arca permitteretur adorari.

piatorij. Nulla enim tam barbara natio usquam fuit, quæ arcâ, ut Deum, adoraret: at imagines & statua multis Gētibus pro idolis ac Dijs fuerunt: oportuit ergo illas non exhibere populo in idololatriam propenso.

Primum Bedæ argumentum contra posteriorē sententiam ex aneo serpente desumptum.

C A P V T V.

Primum argumentum de serpente aneo.



Iorro sunt aliqua argumenta, quibus non leuiter probari videtur, in lege veteri usum, & omnem adorationem imaginum non fuisse sublata, ut prior dicebat opinio, quæ sigillatim diluēda nobis sunt. Primum argumentatur Beda loco allegato ex serpente aneo, quæ numerorum 21. Dominus fieri iussit, & coram populo eleuari, ut qui percussi fuerant in deserto à serpentibus, aspicientes eum sanarentur. Cōstat enim factum fuisse post legem Moysis promulgatā in monte Oreb: ergo non erat omnis imago, & usus illius ea lege prohibitus. Tertullianus libro de idololatria c. 5. cū acriter increpasset idolorum artifices, in eorum gratiam sibi obijcit serpentem aneum. Respondet autem bifariā. Primum figuram factam fuisse, ad significandam dominicam passionem, qua à morfu diabolici serpentis eramus liberandi: quasi dicat, illam nō fuisse idolum, sed figuram diuini mysterij. Quæ sanè responsio suo instituto satis videbatur. Ipse enim eo loci solum aduersus idola, & simulacra falsorum Deorum, atq; eorū artifices diserebat: sed illico aliā quoq; subiicit, quæ nostræ disputationi accommodari potest, in hunc modū. *Si eundē Deum obserues, habes legē eius, ne feceris similitudinē: si & præceptū facta postea similitudinis respicis scilicet aeni serpentis, & tu imitare Moysen, ne facias aduersus legē simulacrū aliquod, nisi & tibi Deus iusserit: si nulla lex Dei prohibuisset idola fieri à nobis: nulla vox Spiritus sancti fabricatoribus idolorum, non minus, quam cultoribus comminaretur; de ipso sacramento nostro interpretaremur nobis, aduersus esse fidei huiusmodi artes, hæc Tertullianus, ex quib⁹ duo colligere licet. Vnū est solutio difficultatis propositæ: planè enim*

86

Beda. Num. 21

Tertull.

87

enim docet, Moysen fecisse serpentem æneum iussu Dei; qui præceperat antea, nullam fieri similitudinem. Ac si diceret, ipsum Deum suomet præcepto derogasse, sicut libere facere poterat. Ex quo idolorum artificibus optimè respondet, ipsos saltem non debere facere contra Domini præceptū, nisi Deus ipse contrarium iubeat; sicut Moysi imperauit: aut saltē nō posse nobis Moysen obijcere, aut exemplo illius se tueri. Alterū est, illud sculptile, quod fecit Moyses, non esse lege ipsa naturali, sed sola Dei voluntate prohibitū. Quare nō mirum, si Deo ita dispensante, & iubente, cōtra primū ipsius præceptum Moyses serpentē illum fecerit. Aliter enim de idolis, quam de sculptura imaginū loquitur Tertullianus. De sculptilibus nāque solū dixit, Dei lege prohibita fuisse, atq; adeo eo quoque iubente, fieri potuisse: de idolis verò asserit in hūc modum: etiam si lex ipsa Dei positua non diceret, contra veram & sinceram religionem ea esse: id tamen de sacramento nostro, id est, ipsamet naturali ratione persuasum nobis haberemus. Sentit ergo, idola, nō sola lege veteri fuisse prohibita, (ea enim ex se absque vlla legis posituæ prohibitione vetita sunt: & iussu Dei nec fieri posse, nec adorari, certum est,) sed etiā sculptilia, quæ alioqui iure naturali licita erant, lege veteri prohibente, fieri nō potuisse, nisi iussu etiā ipsius legislatoris.

88

89

Sed quod ad adorationem spectat, an Deus concesserit aliquo modo illū serpentē adorari, sicut etiā ipsum confari iussit (quæ sane adoratio, quamvis lege Mosaica prohibita esset, iussu Dei optimè poterat exhiberi: eò quod alioqui lege naturali res inanima ratione eius, quod representat, adorari, & coli optimè potest) quæstionē habet. Catherinus loco superius allegato in 2. cap. & Sanderus lib. 2. de imaginibus cap. 3. existimant, serpentē illū fuisse populo propositum, ut aliquis cultus adorationis ei deferretur. Beda licet de hac re nihil expressè dicat: cum tamen asserat, solum cultum idololatriæ, & superstitosum, fuisse veteri lege prohibitum: nō obscure indicare videtur huic serpenti ratione Dei, aut Christi, quæ representabat,

Prius Corollariū ex Tertulliani responsione.

Posterioris Corollariū.

Nam si serpens aeneus potuerit adorari.

Responsio Catherini & Sanderi.

Cather. Sander.

Beda.

adorationē quoq; potuisse exhiberi. Id autē probat Sande-
rus: quia aspectus illius imaginis diuinitus institutæ gratia
cipiendæ sanitatis super omnes naturales vires, genus
quoddam cultus, & adorationis erat. Populus enim reli-
giöse aspiciēbat serpentem, vt sanitatem reciperet. Addit
Catherinus, præceptum à Deo fuisse, adorationem illam
serpentis enei in representarum exemplar referri, sicut à
nobis imagines adorantur: cum tamen videret Ezechias,
4. Regū, cap. 18. ita à populo adorari, vt in exemplar ado-
ratio nō trāsiret, sed omnes, tāquā idolū, serpētē venerarēt-
tur, ei sacrificarēt, & incēsum adolerēt, ipsum confregit.

Cather.

4. Re. 18

90

Non fuisse
adoratum ser-
pentem illum
cōtra Catheri-
num & San-
derum.

Cur Indei
stantes aspi-
cerent serpen-
tem.

Cur Ezechias
serpentem
frēgerit quē
populus non
adorabat vt
Deum.

Verūm ex Scriptura solum constat, propositum fuisse
populo aspiciendum, cumq; simplex ille aspectus, etiā gra-
tia recipiendæ sanitatem, non videatur esse aliqua submis-
sionis nota, non erit dicenda adoratio: nullus vero alius
cultus, iussu Dei illi exhibebatur: signū ergo est, illum nū-
quam fuisse adoratum, id quod mihi maxime probabile
fit. Quoniam cum populus ille nimis esset in idololatriā
propensus, & ne in illam laberetur, Deus ipsi interdixisset
omni imaginum vsu, & veneratione, vt probatum manet:
credendum non est, eodem cum periculo, imo cum maio-
ri serpentem eneam adorandum exposuisse. Maiori inquā
cum periculo, quoniam si ei adorationis nota exhibere-
tur, & se illi populus submitteret, recipiens ab eo integrā
sanitatem, facilius ipsum tanquam Deum haberet, quam
aliam imaginem, à qua nullum beneficium recipere videret-
tur. Iussit ergo Deus, eos rectos, & stantes absque vlla
submissiois nota, & adoratione in ipsum aspicere, vt
tota animi reuerentiā & affectus in Deum autorem illius
ferretur: nullam verò corporalem adorationem, aut sub-
missiois notam in eum dirigerent. Quare quando Eze-
chias ipsum confregit, quod videret ei incensum adoleri,
cum tamen in solam memoriam præteriti beneficij à Deo
accepti in populo illo seruaretur: non idē fecit, quia exi-
stimaret, à populo pro Deo iam coli & adorari, sed quod
aliquē cultum, qualē etiā imaginibus deferre nos cōsue-
uimus, qui omnino erat populo illi prohibitus, videret ei
adhi-

61

adhiberi. Adolebant enim illi incensum: nec aliam cau-
sam, ob quam Ezechias ipsum confregit, Scriptura nobis
exposuit: at incensi oblatio non est propriè sacrificiū soli
Deo debitum, sed quæ etiam rebus inanimis, aut imagini-
bus defertur, vt notauit lib. 1. disput. 4. cap. 7. Quare nisi
Ezechias vidisset, omnem cultum & adorationis signū illi
populo fuisse prohibitum, non confregisset serpentē, quia
solum videret ipsi incensum adoleri. Sciebat enim, etiam
in lege veteri rebus inanimis iussu Dei incensum offerri:
siquidem Sacerdos ingrediebatur tabernaculum cū thu-
ribulo, & arcē atque propitiatorio incensum adolebat: nō
tamen propterea ipsi sacrificabat.

Incensū obla-
tio non est sa-
crificiū soli
Deo debitū.

92

Nec solum post præteritum illud sanitatis recuperatæ
beneficium in deserto, non licebat serpentem adorare: ve-
rum etiam nec refert Scriptura, in deserto incēso, aut alio
signo reuerentiæ serpenti exhibitam fuisse adorationem:
sed simpliciter aspiciendum populo fuisse propositū. Post-
eā verò in solam beneficij recordationem seruatum esse,
fatis apparet, cum nec Scriptura vsquam referat, aliquem
ei cultum delatum: imò nec publicē, vt aspiceretur à po-
pulo ad recipiendum sanitatem, amplius propositū fuisse.
Quod vero Philaster cap. de heresi ob aneum serpentem
dicit, ideo ab Ezechia contractum, quia ei populus sacri-
ficabat; non de sacrificio soli Deo debito, sed de oblatio-
ne illa incensi, quæ quodammodo dicitur sacrificium, in-
telligi debet. Atque ex eo quoque argumētum sumi po-
test ad probandum, serpentem non fuisse tanquam Deum
adoratum, quod ei nunquam populus animalium sacri-
ficiū obtulit, sed solum incensi: cum tamē idolis, quæ pro
Dijs habentur, sacrificia animalium ab ipsorum cultori-
bus immolentur.

Efficax con-
iectura quod
populus ser-
pentem pro
Deo non co-
luerit.

Philast.

93

Aug.

Præterea aliqui probare nituntur ex Aug. 3. de Trinitat.
cap. 10. serpentem illum in veneratione fuisse. Cōnumerat
enim eum inter alia signa, quæ venerationem & sacrum,
aut religiosum cultum merentur. Verūm ex Augustini
verbis id non colligitur. Nam postquam numerauit mul-
ta signa, & inter illa aneum serpentem, de ijs quæ ab ho-
minibus

minibus, fiunt, qualis erat serpens ille, inquit: Sed quia hæc hominibus nota sunt, quia per homines fiunt, honorem tanquam religiosa possunt habere: stuporem tanquam mira non possunt. De signis tamen, quæ fiunt ab Angelis, dicit eò mirabilia nobis esse, quò sunt magis ignota. Ex quibus solùm colligere licet, serpenti æneo ex sententia Augustini honorem & adorationem tanquam religioso & sacro signo exhiberi potuisse: quod tamen à populo illo Iudaico coleretur, de quo solùm est nobis controuersia, nequaquam sequitur.

Secundū Bedæ argumētū ex figuris Cherubinorū. 94

CAPVT VI.



Rguit secundo Beda, vt probet, vsum imaginū & statuarum non fuisse lege sublatum, hoc modo. Iuxta latera arcæ, duæ figuræ Cherubinorum ex auro fusili positæ fuerūt: sicut Dominus iusserat Exod. 25. & in ipso oraculo templi posuit etiam Salomō 3. Regum 6. duas alias Cherubinorum statuas ex lignis oliuarum altitudinis decem cubitorum, quarum singulæ alæ quinq; cubitorum erant, denique, vt scribitur 3. Regum 7. idem Salomon in templo posuit boum, leonū, & Cherubinorum, palmarum, & malogranatorum figuras: non ergo fuit ea lege statuaria ars omnino vetita. Adde, quòd idem Salomon in throno suo fecit figuras leunculorum, & leonum, ob quas tamen nūquam in Scriptura reprehenditur. Demum ex illo Matthæi 22. *Cuius est imago hæc, & superscriptio*, probare nititur Beda, in populo Iudaico non omne genus imaginum fuisse prohibitum: cum imago illa Cæsaris sine controuersia fuerit recepta. Porro autem in veneratione quoq; fuisse imagines in veteri testamento, probat Sanderus 2. lib. de imaginibus ca. 3. ex epist. 17. apud Hieronymum, quā Paula & Eustochiū ad Marcellam scripserunt, vbi prope numerum 18. dicitur *Venerabantur quondam Iudæi Sancti sanctorum, quia ibi erant Cherubim*, ipsi ergo in veneratione quoque fuerunt. Fauet etiam Damas. lib. 4. de fide cap. 17. Contra eos enim, qui Christianos insimulant, quod imagines adorent, objicit in hunc

94

Beda

Exod. 25

3. Reg. 6:

3. Reg. 7

3. Reg. 10

Matth. 22

95

Sander.
Hierony.

Damas:

hunc modum. Quid ergo cause fuit, quamobrem Mosaiicus populus tabernaculum illud, quod cœlestium rerum figuram gerebat vndique, adoraret? Ait quippe Deus Moyse, vide, vt omnia facias iuxta formam tibi ostensam in monte. Quid Cherubim illa, quæ propitiatorium obumbrabant: an non humanarum manuum opera erant? Hæc tamen ille. Ac si diceret, quidnam indicat nobis Cherubinorum figuram, quæ cum essent opera manuum hominum, sicut ipsum tabernaculum adorabantur, nisi imagines quoque, licet sint opera nostra, à nobis adorari optimè posse?

Ad hæc omnia respondere quis posset cū Catherino loco allegato, eas omnes figuras, seu imagines factas fuisse iussu Dei, qui præcepto suo omnino, aut ex parte derogare potuit. Solo enim posituo Dei præcepto diximus, prohibitum fuisse in eo populo imaginum vsum: vt ita (inquit Catherinus) Deus ostenderet, ex se malum non esse, imagines aut similitudines effingere: & videtur facilis solutio, sicut de æneo serpente superiori cap. diximus. Verum, cū multa fuerint imagines, seu figuræ factæ absq; nutu Dei, aut præcepto: vt diserte testatur Leontius, in 5. lib. seu dialogo apologiæ pro Christianis, qui refertur in septima Synodo actio. 4. & lectus fuit ab Stephano Diacono; patet, hac ratione argumentum solui non posse. Leontius quidē his verbis solutionē prædictā impugnat. *At dices mihi, Moyse à Deo iussu est, vt huiusmodi sculptilia in templo ponenda curaret: ego sane hoc ipsum etiam dico: sed Salomon inde digressus, plura in templo apparuit, quæ tamē Deus non mandauerat, quæ nec tabernaculum testimonij habuit neque templum, quod vidit Ezechiel, non tamen in hoc à Deo in crimen vocatus est Salomon. Nā in gloriam Dei, quemadmodū etiam & nos eiusmodi effigies excogitauit.* Atque id ipsum ex his quæ superius retulimus manifeste apparet. Nā licet iussu Dei fecerit Moyses duos Cherubinos ex auro fusili iuxta arcā; duos tñ alios ex lignis oliuarū, qui erāt ante illā, boum, & leonum, & Cherubinorum aliorum, palmarum, & malogranatorum figuras in templo Dei, similiter & leunculos in throno suo, absq; vlllo Dei iussu, ex sua mēte & sensu posuit: populus quoq; in mo-

Prima solutio

Catheri.
96

Refellitur.

Leontius.

Verba Leontij
cōtrapra-
dictam solu-
tionem.

Secunda solutio Burgensis. in moneta illa, effigiem Cæsaris voluntate sua, non ex Dei mandato recepit.

Refutatur: Deinde respondet Burgensis loco citato, non esse ex se *Burgen.* malum imagines depingere, sed ei populo fuisse prohibitas ob periculum idololatriæ; cumq; intra Sancta sanctorum summus Sacerdos solus ingrederetur, qui non ita huic periculo, sicut imperitum vulgus, sub iacebat; iussu Dei optimè factum est, ut iuxta Propitiatorium essent statuae duorum Cherubinorum, quorum intuitu in cælestium rerum contemplationem raperetur. Ceterum, cum multa alia fuerint figurae in exteriori parte templi, quas populus videre poterat, non videtur, ea ratione proposita difficultati fieri *98* satis.

Responsio Auctoris. Respondeo igitur, lege veteri non fuisse vetitam omnem similitudinem, aut effigiem quomodo cumq;, sed omnem cultum, & adorationem ipsius, atq; adeo omnem quoque imaginem seu effigiem modo accommodato adorationi, erectam aut constitutam: quare nec Cherubinis, nec alijs figuris in templo factis aliquem cultum fuisse delatum. Modus autem accommodatus adorationi est, cum imago depicta, aut sculpta est per se, non veluti appendix, & additamentum alterius rei, in ornatum illius, ut inferius latius explicabitur. Cultum vero imaginibus, aut figuris nullo modo à Iudæis exhibitum fuisse, satis manet probatum cap. 3. & 5. & nunc etiam demonstrabimus. Porro non fuisse effigies prohibitas, nisi in statu illo adorationi accommodato, confirmatur testimonio Tertulliani lib. 2. contra Marcionem cap. 22. ubi proposuit dubitationem, quare scilicet cum prohibuisset Deus imagines, rursus fieri iusserit duas Cherubinorum statuas, atque his verbis respondet. *99* *Sic & Cherubim & Seraphim aurea in arca figuratum exemplum, certe simplex ornamentum, accommodata suggestui, longe diuersas habendo causas, ab idololatriæ conditione, ob quam similitudo prohibetur, non videtur similitudinum prohibitarum legi refragari, non in eo similitudinis statu deprehensa, ob quem similitudo prohibetur. Quo loco non docet Tertullianus, ut falso Pamelius putauit, in veteri lege, solum esse prohibitum, similitudines, & effigies*

Explicatur Tertullianus contra Pamelium.

Tertull.

99

Tertu

gies

effigies pro Dijs adorari. Si enim hoc docere voluisset, non diceret, illas Cherubinorum figuras ad simplex tantum ornamentum arcae, sed etiam ad venerationem, & cultum debitum, qui non esset idololatriæ, positas fuisse. Quare non essent simplex ornamentum arcae, sed admixtam etiam haberent adorationem. Fateor, propter finem vitandæ idololatriæ prohibitas fuisse imagines omnes, & figuras, sed substantia præcepti omnem similitudinem vetuit, in statu aliquo, & modo accommodato cuicumq; etiam adorationi, quæ occasio esse posset idololatriæ, ut cap. 3. & 5. explicatum est.

100 Ratio verò est manifesta. Nam quoties figura aliqua veluti appendix, & ornamentum alicuius operis ponitur, ad nullam sui adorationem mouet, sed in totum ipsum opus animus potius intenditur: veluti cum beata Virgo depingitur in cælum ab Angelis assumpta, animus adorationis in ipsam Virginem fertur, non in Angelos, qui ipsam subleuant, aut comitantur: (tametsi in ipsos quoq; conuersti, non repugnet) maiori autem ratione hoc fieret, si tantum in ornamentum operis, & maiestatem seruirent: tales erant Cherubinorum figurae obumbrantium Propitiatorium alis suis, quæ non ad recordationem exemplarium, sed ad maiestatem arcae, quæ Dei gloriam & thronum representabat, iuxta ipsam positæ erant. Hoc eodem modo, duæ alia Cherubinorum statuae, ante arcam ipsam, in Oratorio templi collocatæ erant. Licet enim essent per se ab arca separatae aliter, quam aliæ ex auro fusili, quas diximus esse veluti arcae appendices, erant tamen quasi ad velandam ipsam, ut ita magis redderent tremendam, & venerandam: quare non erant in statu mouendi animum ad sui adorationem, sed ut ornamentum etiam ipsius arcae. Erant enim in medio oratorij templi ante arcam, & duabus alis parietes Oratorij, alijs vero duabus se inuicem tangebant: ut ita, veluti in obsequium, & custodiam ipsius arcae, ad illius gloriam, & maiestatem ostendendam potius, quam ut adoraretur, viderentur positæ. Quamobrem existente Dei prohibitione, ne vlla fieret effigies, potuit optimè Salomon absq; villo crimine, ad maiorem arcae maiestatem duas illas statuas,

Ratio præcedentis doctrinæ.

Qua fuerit compositio Cherubim in templo.

tuas, ex suo sensu absque vlla Dei dispensatione erigere, cum præceptum Dei, solum effigies, in statu & modo adorationi accommodato, non autem in ornamentum, & additamentum alterius rei, prohiberet.

Pontifici Tu
daorum nul
lam Cherubi
nis adoratio
ne exhibuisse

Ex quo etiam inferitur, nunquam Cherubinis aut ex auro futili, aut ex lignis oliuarum, à summo Sacerdote ingrediente semel in anno Tabernaculum, honorem aut adorationem adhibitam fuisse, aut osculo, aut genuflexione, aut oblatione thuris, aut alio signo peculiari ad ipsos directo, sed totum illius cultum & venerationem in Arcam ipsam, & Propitiatorium, tanquam in thronum, & suppedaneum ipsius Dei, fuisse relatum: ita ut signa honoris externa Arcæ, & Propitiatorio exhiberentur, animus autem sacerdotis in Deum, qui ibi sedebat, & responsa dabat, non in Angelos ipsos, qui erant exemplaria illarum figurarum, esset intentus. Nec quisquam nisi ex suo cerebro, & absque vilo fundamento contrarium poterit affirmare. Cum vero Damasc. 4. de fide cap. 17. videtur asserere, Cherubinis exhibitam adorationem, nihil aliud docere voluit, quam ipsis, non separatim à toto propitiatorio, tanquam imaginibus Angelorum sed coniunctim cum tota arca, tanquam throno Dei, honorem aliquem exhibitum fuisse: quod non inficiamur. De adoratione enim illorum per se ratione sui exemplaris, nunc solum disputamus. Hoc ipsum ex ea epistola Hieronymi, & nihil aliud colligitur. Nec enim ibi tantum dicitur, Sancta sanctorum in veneratione illi populo fuisse, quia ibi erant Cherubim, sed additur etiam, & Propitiatorium & arca testamenti, manna & virga Aaron, & altare aureum. Non quia per se Cherubim adorarentur, sed quia hæc omnia simul, ut diximus, venerandum efficerent totum tabernaculum: ut omnibus simul vna adoratio corporali exhibita, in Deum autorem omnium, spiritu directa transfiret. Id quod clarissime testatur Athanasius, cuius verba refert Damasc. oratione 3. de imaginibus, ex lib. de questionibus ad Antiochum cap. 38. Ibi enim ostendens modum, quo nos imagines colimus, inquit. Sicut &

Exponitur
Damascenus
& Hierony
mus de Cher
ubinis.

102

Damasc.

Hierony.

Athas.

103

Indeus

Indeus olim legis tabulas, & duo Cherubim aurea, & sculptilia quondam adorabat: non lapidis auri ve naturam colens, sed dominum, quia ea, ut fierent, præceperat. Vbi non dicit per statuas illas adorasse ipsos Angelos, quos representabant, sed Deum autorem, in cuius laudem, & maiestatem, cum arca & reliquis omnibus positæ erant.

Quod si quorundam recentiorum opinio vera esset, qui censent, Cherubinos, qui erant in templo interiori, non fuisse ex omni parte, humana figura, sed ex quatuor aspectibus, aut partibus diuersorum animalium compositos, nempe ex aspectu hominis, in ore, manibus, cruribus, & corpore erecto: ex leonino, in iubis à pectore, & ceruice pendentibus: aquilino, in alis: vitulino, in vngulis. pedum: efficaciter probaretur, nullam eis exhibitam fuisse adorationem. Sic enim non essent spirituum celestium imagines, sed veluti monstra quædam, in ornamentum posita, quæ nullum prorsus exemplar referrent. Mihi tamen difficile semper id visum est. Sic enim Cherubinoꝝ figuræ idola potius essent, quam imagines, iuxta doctrinam Patrum traditam disput. i. huius libri: quales erant Aegyptiorum figuræ ex varijs animalium membris compactæ, quæ iuxta primariam significationem nominis, ut eo loci notauimus, idola dicuntur: at credibile non est, in templo, etiam iussu Dei, idolum aliquod fuisse constitutum: ergo nec Cherubinos illos talis figuræ.

104

Ezech. 1.

105

Contendunt, tamen suam sententiam probare ex eo, quod Ezechiel primo capite vidit gloriam domini inter quatuor illa animalia eius figuræ: gloria autem Domini in Scriptura dicitur Arca fœderis: cumque in templo Salomonis esset inter quatuor illos Cherubinos, duos ex auro, duos verò ex lignis oliuarum, colligi videtur, quatuor Cherubinos templi quatuor illis animalibus, quæ vidit Ezechiel expressos fuisse: illa autem erant ex quatuor illis partibus, seu aspectibus composita, ut explicatum est: sicut ex textu Ezechielis deducitur, cum dicitur: Quatuor facies vni: id est, quatuor partibus, diuerso modo vnum quodque illorum apparebat: & est, quatuor aspectus habere:

Cherubim non
fuisse compo
sita ex quatuor anima
lium partibus

Obiectio pri
or ex Eze
chiele.

Gloria domi
ni pro arca fœ
deris.

Cheru-

Cherubini ergo templi eodem modo conflati, & sculpti erant.

Solutio.
Exponitur
locus Eze-
chielis primo

Verum, hoc non satis probat id, quod contendunt: quavis enim sepius in Scriptura, arca fœderis gloria Dei dicitur; contra tamen, ubicumq; in Scriptura dicitur gloria Domini, non intelligitur arca: potuit ergo currus ille in quo Ezechieli Dominus apparuit, gloria Domini appellari: quia in eo maiestas illius, & gloria, quasi in triumpho, manifesta fieret; etiamsi non esset arca fœderis, sed currus triumphalis: quatuor verò animalia, velut quatuor equi, quibus quadriga illa ageretur. Præterea non obscure contra illam opinionem probari potest, currum illum non fuisse arcam: quia quatuor animalium dispositio longè diversa erat ab ea, qua quatuor Cherubini circum arcam erant collocati. Quatuor enim animalia erant veluti quadrigæ currus triumphalis, quibus ille agebatur: at Cherubini alio modo positi erant, duo ex auro fusili iuxta latera arcæ, ita ut alis superiorem partem illius, & Propitiatoriū obumbrarent: duo alij ante ipsam arcam, cui nullo modo coniungebantur: sua verò magnitudine, & alis velabant ipsam arcam, ut in maiori esset veneratione: ac proinde non erant ad modum quadrigarum positi.

106

Sed afferunt Iosephū, qui 3. lib. antiquit. cap. 6. de Cherubinis, qui erant in Oratorio templi, ait: *Ea sunt animalia volucra, nova specie, nec unquam cuiquam hominū visa, quæ Moyses, in Dei solio viderat figurata.* Et 8. antiquit. cap. 2. *Hæ Cherubica effigies, quāā specie fuerint, nemo vel conijcere potest, vel eloqui.* At hoc non probat, talis fuisse figuræ, qualis hi auctores arbitrantur. Nam tametsi essent sola humana figura facti; dici poterant animalia volucra nunquam visa; quia pennis etiam prædita erant: nunquam autem animal ali-quod volucre humanæ figuræ visum est. Deinde potuerūt ita peculiari modo Cherubini figurari, ut nemo facilè posset exprimere, etiāsi non essent ex quatuor illis varijs animalium partibus compacti: præsertim cū non essent omnibus manifesti, sed summo Sacerdoti, semel in anno ingredienti Sancta sanctorum. imò etiam tunc nebula incēsi

Ioseph.

107

tege-

tegerentur, nec ita manifestè ei apparerēt: & hæc de figuris quatuor Cherubinorum sufficiant.

De alijs verò figuris ex dictis facilè licebit colligere, contra Dei præceptum positas non fuisse. Et in primis, apud omnes existimo indubitatum esse, nullam adorationē illis fuisse exhibitam. Erant enim sculptæ in ornamentum aliarum rerum, quibus nullus adorationis cultus deferebatur. Nam in tabulatis, quæ erant ex ære, sculpsit Salomon Cherubinos, Leones, & palmas, quasi in similitudinē hominis 3. Regum 7. Alijs porrò figuris, nempe palmarum, malogranatorum, leonum, & boum, quas Salomon fecit, ut eodem capite dicitur, nullum honorem esse delatū, perspicuum est: esset enim manifesta idololatria in domo Domini. Quod verò Leontius asserit in illo 5. dialogo in principio huius capituli citato, videlicet hæc omnia fecisse Salomonem in gloriam Dei, quemadmodum & nos effigies etiam in gloriā ipsius excogitamus, non est ita accipiendū, ut ea omnia in gloriam Dei adorarentur, sicut à nobis effigies & imagines sanctæ. Nam Salomon fecit plures figuras brutorum, & rerum insensibilium, quas certum est non proposuisse, ut colerentur, eas tamen fecisse dicitur in gloriam Dei, quia illis omnibus magis tremendum, & venerandum hominum aspectui templum, & tabernaculum reddebatur. Sed neq; contra præceptum Domini hæc omnia fecisse Salomonem, ex dictis etiam colligitur. Quavis enim præceptum Dei non solum omnem cultum imaginū abstulerit, sed etiam eas depingi, aut sculpi prohibuerit: illud tamen intelligitur sub modo, & statu accommodato adorationi: non autem in ornamentum aliarum rerum, ut explicatum manet: atqui omnes figuræ, præter illas quatuor Cherubinorum, & boum erant solum in ornamentum tabulatorū, ut diximus: boum verò, erant quasi fundamenta maris enei in inferiori parte illius, ut ex eodem capite 7. constat, quod in seruitium templi erat aqua plenum: quibus omnibus nullum videbatur subesse periculum, ut populus in adorationem idololatriæ laberetur: cum potius, ut aliquibus placet, boum figuræ,

3. Reg. 7.

108

Salomon plures figurasin templo ponēs nihil contra præceptum fecit.

109

M in illa

in illa infima parte posita fuerint in opprobrium vituli, quem populus in deserto adoravit; ut Iudæis inde innotesceret, nihil in hoc genere figurarum adoratione dignum esse. Idem de figuris, quæ in vasis sculptæ erant, dicendum est.

Hac etiam ratione & Salomon fecit in throno suo, ornamentum solius gratia leunculos; in quo nihil contra præceptum Domini fecisse, satis perspicuum est. Figura quoque Cæsaris in moneta expressa, idè videtur à populo sine vlla contradictione recepta, quòd in ea materia, quæ per manus vulgi semper versabatur, ad contractus & pacta perficienda, non videretur adorationi accommodata; nec in ea vllum esset periculum idololatriæ: cum nulla natio tam barbara fuerit, quæ imagini in moneta expressæ honorem, aut cultum adorationis exhibuerit. Contra verò, cū Pilatus & Petronius præfides Iudææ tentassent imagines Tiberij, & Caligulæ Imperatorum Hierosolymis erigere, ita Iudæi turmatim restiterunt; ut nudas ceruices offerrent gladio, parati mortem subire potius, quàm eas vllò modo in sua ciuitate collocari paterentur: ut scribit Iosephus lib. 18. antiquitatum cap. 4. & 10.

Postremò ex dictis sequitur, artem pingendi & sculpendi, vel statuariam, populo Iudaico non fuisse omnino vitam: siquidem in ornamentum aliarum rerum, & in statu non accommodatè adorationi, figuras in ligno, ære, & lapide sculperè licebat, ut probatum manet: decursu tamen temporis forsàn populus ille omnem huiusmodi artificem ex suis ciuitatibus relegauit: ut ita securiùs præceptum legis obseruaretur, nec imperito vulgo vlla prorsus idololatriæ esset occasio: ad quod fortasse alludit Orig. lib. 4. contra Celsum, citatus superiùs cap. 4. Cū verò Tertullianus inibi allegatus, ex eo infert, Moysen & Eliam in transfiguratione non fuisse à Petro cognitos, ex aliqua ipsarum imagine, sed in spiritu, & reuelatione, quòd in populo illo huiusmodi effigies nò essent; optimè argumèntatur: imagines namq; illorum si aliqua ratione fierent, nò deberent in ornamentum alterius rei, sed per se figurari. per

se autem

Cur Iudæis figuram Cæsaris in moneta receperint.

V. ars sculpendi & pingendi fuerit à Iudæis prohibita.

Ioseph. 110

Orig. Tertull.

III

se autem non licebat: quia essent in statu, & modo accommodato adorationi: non ergo ex imagine aliqua, sed in spiritu Petrus illos potuit cognoscere.

Dua alia oppositiones, quibus probatur, lege veteri vsum imaginum non fuisse vetitum.

C A P V T VII.



Alanus Exod. 31 34. Deut. 4: 9. 10.

112 Clemens Alex. Aug.

Ioseph. Orig. Ambr. Hieron. Procop. Rupert.

Biicit verò nobis Alanus Copus loco allegato in 2. cap. & alij recentiores in hunc modum. Præcepta Decalogi tantum sunt 10. Exod. 31. & 34. Deut. 4. 9. & 10. si autem prohibitum esset, imagines quoque aut similitudines effingere, & non solum idololatriæ cultum ipsis exhibere, plura iam essent, quàm 10. præcepta. Primum, *Non habebis Deos alienos*: secundum, *Non facies sculptile*. Hæc enim duo distincta sunt, cum non solum cultus prohibeatur, sed etiam sculptura quæcunque sine cultu. Tertium, *Non assumes nomen Dei in vanum*: quartum, *Sabbata sanctifices*: quintum, *Honora parentes*: sextum, *Non occides*: septimum, *Non machaberis*: octauum, *Non furaberis*: nonum, *Non dices falsum testimonium*: decimum, *Non concupisces*: quod si in duo alia diuidatur, nempe, *Non concupisces uxorem proximi tui*, & *non concupisces rem alienam*, ut diuidit Clemens Alex. 6. lib. Stromatum, Aug. q. 71. in Exodum, & Epistola 119. cap. 11. & communiter Scholastici in 3. dist. 37. erunt vndecim præcepta, ut perspicue patet. Verumtamen huic objectioni occurrere posset aliquis, non sine probabilitate dicens; esse quidem decem præcepta, etiam si primum illud in duo diuidatur: ita tamen, ut decimum illud, *Non concupisces*, non distribuatur in alia duo, ut graues quoque Doctores arbitrantur: Iosephus 3. antiquit. cap. 6. & 8. Origenes homil. 8. in Exodum, Ambrosius & Hieronymus in cap. 6. ad Ephesios, Procopius, & Rupertus in cap. 20. Exodi.

Ego verò, cum existimem, illud vltimum præceptum, *Non concupisces*, in duo esse distinguendum, alia ratione respondere. In primis autem illud, *Non concupisces*, duo in se

Obiectio Alani de numeris decem præceptorum.

Solutio quorundam.

Notationes pro vera solutione.

continere præcepta, facile probatur. Tum quia non solo nomine, sed etiam re ipsa, in genere turpitudinis, & peccati differunt concupiscentia rei alienæ, quæ ad furtum spectat, & vxoris alienæ, quæ ad fornicationem pertinet: & quamuis hæc duo re vera sub sexto & septimo præcepto contineantur, cum ad idem genus peccati concupiscentia, & opus ipsum pertineant: propter populi tamè ignorantiam opus fuit, distinctis præceptis concupiscentiam vtramq; explicare: atq; ad eò duo alia præcepta, ipso saltè verborum tenore constitui: vnde Decalogus dicitur, quasi decem verba. Tum etiã, vt notauit August. illa duo, *Non concupisces, &c.* differre, tenor ipse verborum manifestè indicat. Cũ enim Scriptura dixisset, *Non concupisces vxorẽ proximi tui, non addidit, Nec domum proximi tui:* sic enim videtur, continenter sub eadem prohibitione hæc duo comprehendere: sed reperens illud, *Concupisces,* dixit: *Nec concupisces domum proximi tui, nec agrum, nec seruum, &c.* omnia illa sub hac posteriori prohibitione complectens, nempe, *Non concupisces domum proximi tui:* non autem sub illa, *Non concupisces vxorem:* vt apertè patet. Hoc posito respondeo; duo illa, *Non facies sculptile, nec vllam similitudinẽ:* & *non adorabis ea;* pro vno & eodem præcepto poni; cum eodem perpetuo tenore verborum proferantur, & ad eandem virtutem religionis obseruatio vtriusq;, & ad idem peccatũ sacrilegij transgressio vtriusq; pertineat. Nam quamuis facere sculptile, ex se non sit contra religionem: lege tamè positiua id prohibente in materia sacrilegij cõtra religionem constituitur. Hanc enim vim habet positiua lex, etiã humana, vt id, quod præcipit, in materia necessaria illius virtutis ponat, cuius intuitu aliquid iubet: contra verò, in materia oppositi peccati id, quod prohibet, vt in materia de legibus in Prima Secũda sæpius dicemus. Cũ ergo lex diuina positiua prohibuerit, facere statuas vel imagines, ne essent occasio idololatriæ, in materia religionis obseruationem illius posuit, & cõtra, in specie sacrilegij ipsam transgressionem.

Sed rursus opponet aliquis sententiam Irenei libro 4. aduer-

Cur præceptũ de concupiscentia fuerit diuisum in duo

Decalogus vnde dicitur.

Solutio autem

Obiectio efficitur cõtra prædictã solutio nem.

113.

Aug.

114.

Ireneo.

aduersus hereses c. 31. qui asserit, omnia præcepta Decalogi esse naturalia, præter illud de Sabbati sanctificatione, quod ceremoniale est. Quocirca & August. lib. 19. contra Faustum Manicheum cap. 18. & lib. 3. contra duas Epistolas Pelagij cap. 4. post medium docet, adhuc à Christianis Decalogum obseruari, præter illud de Sabbati sanctificatione: in nostra verò sententia aliud etiam esset ceremoniale, quod iam cessasset: nempe primũ, *Non facies tibi sculptile.* Respondeo tamen, omnia, præter illud Sabbati, verè esse iuris naturalis, & adhuc à Christianis obseruari, etiam primum. Esse enim aliquid ceremoniale in primo præcepto, veluti additamentum illius, quod iam cessauerit, nihil obest, quo minus dicatur præceptum naturale, & adhuc permanere: quia id, quod in eo præcipuum est, adhuc perseverat, scilicet, *Non coles Deos alienos:* cuius veluti appendix est, *Non facies sculptile:* quod sub eodem præcepto contineri diximus. Quare Catharinus fatetur, & omnes auctores posterioris sententiæ cõcedere tenentur, primo præcepto aliquid etiam ceremoniale additum fuisse; tametsi ipsum fuerit naturale, secundum id, quod in eo præcipuum est.

Cathar.

Calet.

116

Postremò Caietanus arguit contra nostram opinionem hac ratione. Scriptura nõ dixit absolute, *Non facies sculptile, sed non facies tibi:* quo modo loquendi insinuare videtur prohibitas solum fuisse figuras, & imagines, in adoratione: id enim denotare videtur particula *tibi.* Nec verò Caietanus docuit, vt aliqui ipsum interpretatur, licitũ fuisse, facere figuras alijs adorandas, non sibi: nec id vnquã ipse somnauit: sed particula *tibi,* significati putauit, omnẽ adoratione esse prohibita: atq; ad eò: minimè licere, eas facere sibi, aut alijs (quod idẽ est) adorandas. Respondeo primũ, illud *tibi,* aut redundare, more Scripturæ, sicut Genes. 12. *va-*
de tibi de terra tua: & Canticorum cap. 1. *Si ignorasti o pulcherrima,* &c. & hoc pacto, idem est, atq; dicere *Non facies sculptile:* deinde respondeo, illud *tibi,* nõ redundare, sed cum eo, sensum planum esse: nempe, *ne facias tibi.* hoc est, in vultu aliquẽ tuum, vel aliorum. Sub secũda enim persona om-

Solutio in primo præcepto fuit aliquid ceremoniale, quod iam cessauit.

Altera obiectio.

Solutio prior exponitur illud decalogi, non facies tibi sculptile. Solutio posterior.

nes alias comprehendit. Cum vero prohibet omnē vsum, non tantum adorationem illius, itaque Dei, prohibet, sed etiam adorationem, quæ transeat in exemplar, quæ aliis non erat prohibita iure naturæ, & quemlibet vsum illius figuræ, vel ad pompam, vel ad memoriam, vel aliquid aliud. Excipio figuræ illas, quæ veluti appendices, & ornamenta edifici, alicuiusve operis fiebant, de quibus cap. præcedenti satis dictum est. Hæ namq; non fuerunt prohibite fieri: omnis tamen illarū adoratio, alioqui iure naturali permilla, omnino sublata fuit, vt eò loci explicauimus.

An imagines in templis rectè collocentur. Disp. 5.

Proponitur doctrina Catholica. cap. 1.

Caluino Concilium Eliberitanum obijcienti variè Catholici respondent. cap. 2.

*Allegat pro se Caluinus Epiphaniū, quem variè Catholici expli-
cant. cap. 3.*

Vera Epiphaniū interpretatio. cap. 4.

Diluntur tres aliæ Caluini obiectiones. cap. 5.

Proponitur doctrina Catholica.

C A P V T I.

HÆC nobis, cum hæreticis præsertim, disputa-
tio habenda est. Fieri namq; non potest, vt in tā
vasta, & varia materia, nonūquam cum Catho-
licis, interdum etiam cum hæreticis variè quo-
que difficultates non occurrant. Caluinus igitur lib. 1. in-
stitutionum cap. 11. etiam si aliquas imagines admittat, &
probet, vt disput. 3. huius lib. dictū est: affirmat tamē quin-
gentis primis annis, in Ecclesia Dei imagines in tēplis non
fuisse. & ideo nunc perperam in ipsis collocari. Fundamē-
ta huius erroris sequentibus capitibus referemus.

Verū hunc esse manifestū errorē, multis demonstrari
potest:

*Mendacium
Caluini.*

Caluini

118

Tertull.

Sozomen.

Niceph.

Euseb.

Damasus

119

Nazian.

Nyssen.

Basil.

Chrysost.

Euodius.

Pruden.

Paulinus.

Aug.

Gregor.

Adria.

Concil.

Elib.

potest: eisdem enim prorsus Concilijs damnatus est, qui-
bus asseritur, & definitur, imaginibus cultū, & adoratio-
nem sacram deberi: quæ sequenti disputatione citabimus.
Ceterum Caluini mendacium, nempe ante primos quin-
gentos annos, in templis imagines non fuisse, ex Patribus
facile deprehenditur. Tertullianus lib. de pudicitia cap. 7.
& 10. mentionem facit imaginis Saluatoris in figura pa-
storis depicti in ipsis calicibus, quibus vinum in sanguinē
Christi consecrabatur: quod si in vasis sacris imagines scul-
pebantur, in templis quoq; fuisse, multū melius dicendum
est. Sozomenus lib. 5. cap. 20. & Nicephorus lib. 10. cap. 30.
scribunt, tempore Iuliani apostatæ, statuam, quā mulier il-
la apud Paneadem Christo crexerat, magna cum solenni-
tate, in templum inductam fuisse: quod accidit ante pri-
mos quingentos annos. Eusebius lib. 3. & 4. de vita Cōstār.
refert, in templis extructis à Cōstantino in Palestina mul-
tas imagines aureas, & argenteas fuisse. Damasus in vita
Syluestri narrat, in loco baptisterij, vbi Constantinus aqua
baptismi fuerat aspersus, prope Ecclesiam Lateranēsem,
imaginem argenteam agni, & Ioannis Baptistæ digito de-
monstratis illum, ab eodem positam, in ipsa verò Ecclesia
Lateran. imagines duodecim Apostolorū argenteas fuisse
quoque collocatas. Nazian. in Epist. 49. quæ est ad Olym-
pium, Nyssen. oratione in Theodorum in principio: Basi-
lius oratione in sanctum Barlaam, Missa Chrysost. quā
Erasmus latinam fecit, Euodius lib. 2. de miraculis sancti
Stephani, Prudētius in libro de sancto Cassiano, Paulinus
Epist. 12. ad Seuerum, Augustinus lib. de consensu Euan-
gelistarum cap. 10. Gregor. libro 9. Epistolarum Epistola
9. mentionem faciunt imaginum in templo positarum.
Demum Adrian. in scripto pro imaginibus prope finem,
testatur, Syluestrū, Damasum, Celestinum, Sixtum, Leo-
nem, Ioannē, Pelagium, Pōtificates, imaginibus templa ex-
ornasse. Quinimò ex Concilio Eliberitano, quod pro se
Caluinus asserit, contra ipsum optimè probatur, tunc, pro-
pe tēpora nimirū Concilij Niceni, in tēplis Hispaniæ ima-
gines fuisse: vt sequenti cap. videbimus. Quibus omnibus

*Imaginum æ-
liquitas in tē-
plis ex patri-
bus probatur.*

non solum sententia Catholica dilucide confirmata, sed etiam mendacium, & falsitas Caluini, manifeste deprehensa manet.

*Caluino Concilium Eliberitanum obijciē
ti Catholicivariē respondent.*

C A P V T II.

Sed opponit nobis Caluinus canonem 36. Concilij Eliberitani, in quo sic dicitur. *Placuit picturas in Ecclesia esse non debere, ne, quod colitur, aut adoratur, in parietibus depingatur.* Huic tamen tam variē Catholici respondent, cum tamen alioqui nihil habeat difficultatis: ut difficilius multo in dies videatur: atque adeo recentiores aliqui, pondere illius quasi oppressi, tanquam optimum effugium elegerint, autoritatem Concilij negare: quod prouinciale fuerit 19. Episcoporum tantum; nec ab vno summo Pontifice confirmatum. Existimant verò, nullius debere esse autoritatis, quia etiam in multis alijs Canonibus manifeste errauerit, denegans videlicet pœnitentiæ sacramentum in extrema necessitate propter aliqua ingentia crimina: aut, ut alijs placet, communionem Eucharistiæ: id quod errorem etiam intolerabilem esse autumant. Atque hac forsitan de causa Canus lib. 7. de locis ca. 4. post Sextam conclusionem, de Concilio Eliberitano inquit, ea parte, qua errauit, semper a Catholicis explosum fuisse. Et sane si alia via Concilio satisfieri commode non posset, hoc nobis effugium sufficeret: nec Caluinus contra vniuersalem Ecclesiæ definitionem prouinciale Concilium obijcere deberet. Verum cum difficultas proposita illius canonis 36. facilem habeat solutionem, non est, cur tam cito leui oneri succumbamus: & autoritatem Concilij pleno ore negemus. Non inficior quidem, illud confirmatum non esse: verum si vni sacro Doctore Nazianzeno, Epiphano, Hieronymo, Augustino plurimum merito defensimus: potiori ratione Concilium etiam prouinciale in Ecclesia Dei tam antiquum, suspicere.

Quidam Concilij Eliberitani autoritatem negant, quod in alijs quibus errauerit.

Defenditur autoritas Concilij Eliberitani

cere debemus. Quam ob rem multo minus errorem aliquem ei falso imponere licebit, sicut nonnulli recentiores fecerunt.

Atque priores illi dicant, obsecro, mihi: in quo canone Concilium negat, in extremis pœnitentiæ sacramentum? id quod nunquam in Ecclesia Dei consuetum fuisse, testatur Concilium Trident. sessio. 14. cap. 7. Plurimos sane canones in eo inuenies, quibus ob aliqua crimina, communio nem denegatur: at communio, non sacramentum pœnitentiæ, sed Eucharistiæ debet intelligi. Primum quia si in ipso Concilio id non esset expressum, sic deberemus interpretari, cum per communionem, non reconciliationem pœnitentiæ solum, sed usum etiam Eucharistiæ, idque magis communiter intelligamus. Quare si in bonum sensum verba Concilij explicare possumus, non sunt in peiorem interpretanda. Concilium sane Toletan. 1. Can. 17. prius in communione eos, qui habent cum vxore sua concubinam, cum inquit, *non communicet*: concedens verò ijs, qui concubinam tantum habent, loquitur planè de communicatione fidelium, qua pœnitentes priuabantur, donec peracta pœnitentia reconciliarentur per sacramentum, iuxta canonem 11. Concilij 3. Tolet. eam tamen non negat in extremis, nec tam crudelem penam vllumvquam Concilium decreuit. Quod si Concilium Eliberitanum de tali communione intelligamus, absurdam sententiam illi tribuimus: si vero de communione Eucharistiæ, veritati maxime consonam. Cur ergo in peiorem sensum interpretabimur? Ceterum videamus, quid asserat idem Concilium canone 47. vbi disertis verbis de communione Eucharistiæ, non pœnitentiæ loquitur. *Placuit, inquit, vltimus non edere, eum de communione pacis*: hoc eodem canone, & 64. 66. 70. & 72. dicitur, non esse dandam communionem vel talem non accipere communionem, quod sane de Eucharistia intelligitur: communionis ergo nomine in alijs canonibus, non fidelium communicatio, qua priuatur excommunicati, sed Eucharistiæ est intelligenda. Quomodo ergo, quod ignorantia sacerdoti nusquam legitur contigisse, Concilio prouinciali tam leuiter imponere licebit?

Concilium Eliberitanum nulli negauit in extremis pœnitentiam.

*122
Cō. Tol. 1*

Cō. Tol. 3

Canus

121

Com. Eliber.
In extremis
reffe aliqui-
bus negasse
Eucharistiā

Leocadia
Hispana
marty

Ceterum alij intelligentes Concilium de communio-
ne Eucharistię solū, adhuc censent, errasse, negando
comunione sacramentum in extrema necessitate con-
tritis, & iam confessis. Hi tamen absque ratione audent
in Concilio damnare, quod ab vniuersali Ecclesia, tempo-
re persecutionum diu obseruatum meritò fuisse, testatur
Innocent. 1. in Epistola 3. cap. 2. *Ne (inquit) facilitas reconci-
liationis, & communionis homines a lapsu non reuocaret.* Constat
autem tempore Concilij Eliberitani, Tyrannorum perfe-
cutiones, contra Christianos adhuc durasse; vt ex multis
ipsius canonibus colligitur. Nam & paulò ante sub Da-
ciano in Hispania plurimi martyrij palmam sunt conse-
cuti: inter quos Leocadia virgo Toletana, gubernante Ec-
clesiam illam Melanthio Episcopo, qui paulò post in Cõ-
cilio Eliberitano subscripsit, passa est: Hac ratione Siricius
Papa in Epistola ad Himerium Tarraconen. cap. 3. apostata-
ris à fide in extrema necessitate, negat communionem Eu-
charistię, & solū peracta pœnitentia reconciliationem,
& absolutionem concedit, & Concilium Coloniense sub
Carolo 3. canone 6. renouauit canonem 13. Cõcilio Elibe-
ritani, in quo negatur communio in extremis: & Adrian.
suis decretis canone 60. in sui defensionem, adducit ca-
nonem 75. Cõcilio Eliberitani, in quo falsis accusatoribus
in extrema necessitate communio profus denegatur. Ac
demū in Concilio Sardicensi, quod generale fuit, canone
3. Osius Cordubensis, qui Eliberitano etiam interfuerat,
prolata sententia in Episcopos, qui simulatis literis, qui-
bus in aliam Ecclesiam vocarentur, sedem mutarent, vt
tandem etiam in exitu, laica communione priuarentur,
adiecit: *Si vobis omnibus placet, statuite,* Synodus respondit,
placet. In nostra autē Hispania, & Gallia diu inualuit con-
suetudo, vt ijs, qui extremo supplicio afficiendi erant, cõ-
munio non daretur: id quod modò officiū sanctę Inquisi-
tionis, cū relapsis, etiā recõciliatis, & contritis obseruat.
Quid ergo mirū, si Concilium Eliberitanum zelo pietatis
& religionis, vt homines à vitijs, quę tunc frequentissima
erant, reuocaret, aliunde sacramento pœnitentię ipsorum
saluti

123

Innoc.
Papa.

124

Siricius
Papa.

Innoc.

125

126

Alan.
Euo.

saluti sufficienter prouidens, tam seuerum remedium ad-
hibuerit? Verum Innocentius postea seueritatem pristina
temperauit, quòd tam graui vti remedio, iam amplius
necessarium non videretur. Denique pro varijs occa-
sionibus illud quoque variari posse, nemo dubitabit.
Quare ea de causa damnare Concilium, nulla ratione
licet.

Sed auctoritatem illorum canonum infirmare conātur:
imò ipsos in Concilio non fuisse editos, sed suppositos,
probant. Quia cum in eo canone citato prohiberi videā-
tur imagines, sicut Calvinus pro suo errore illū citat, pro
eodem quoque Claudius natione Hispanus, magnus etiā
Iconoclasta allegasset: si suo tempore, in eo Concilio talis
canon haberetur. Nec enim Concilij in Hispania celebrati
definitio ipsum latere potuit. Et cum canone 34. prohi-
beantur cerei accensi super defunctorum sepulcra, Vigi-
lantius, & ipse Hispanus, qui reliquias martyrum exsecra-
batur, pro suo quoque errore citasset; si in eo Concilio
editus fuisset.

Obiectio con-
tra canones
concilij Eli-
beritani.
Claudius
Hispanus Iconoclasta.

At hec friuola sunt, vt canones, qui ab antiquo tempo-
re in eo Concilio editi esse creduntur, nunc suppositos
esse dicamus. Ad canonem de imaginibus inferius facile
respondebimus: ad illum de cereis dicemus lib. 3. disput.
3. c. 7. Ex quo planè cõstabit, eiusmodi fundamēta futilia
esse, & inania. Quocirca existimo, nec à Claudio, nec à Vi-
gilatio, in suorum errorum confirmationem, eos canones
fuisse allegatos, quòd mentem eorum melius, quam Cal-
uinus, & hæretici nostri temporis intellexerint: scientes
præsertim Hispanię consuetudinem, de qua paulò post
dicemus.

Solutio.

Duas alias interpretationes Concilio adhibet. Alanus
Copus dialogo 5. cap. 16. Vna est, ex Iuone Carnoten. in
suo decreto par. 3. cap. 40. in hunc modum. Cum iure
naturali prohiberetur, imagines tanquam Deum adora-
ri: atq; eo tēpore populus in idololatriam, & vanū cultum
imaginū maxime declinaret, Patres illius Concilij existi-
marunt, presentaneum fore remediū, si imagines è medio
tolle-

Explicat A-
lanus canonē
concilij Eli-
beritani de im-
aginibus.

tollerentur. Hanc interpretationē amplectuntur Martinus de Ayala tractatu de traditionibus p. 3. c. de antiquitate imaginum circa finem, & Sixtus Senen. lib. 5. Bibliotheca sancte annot. 47. mihi tamen nō probatur. Si enim à Patribus illius Concilij, zelo religionis ita factum esset; vt omnes imagines etiam in tabulis depictæ, aut in materia aliqua sculptæ è templis eijcerentur; Gregoriū Magnū postea non latuisset: quomodo ergo scribens ad Serenum Massiliæ Episcopum in Epistola 9. lib. 9. ipsumq; reprehendens, quòd zelo religionis imagines confregisset, quia viderat populum in idololatriā declinare, diceret in hæc verba. *Dic frater, à quo factum sacerdote aliquando auditum est, quod fecisti?* Respondere enim facile poterat Serenus: à toto Concilio Eliberitano, eadem prorsus causa, & occasione, qua à me ipso factum est. Eadem quoq; ratione probatum manet, Conciliū nō prohibuisse omne genus imaginum; vt aliquem ab usum, in ipsis depingendis introductum aboleret. Talis enim religionis zelus prudentiæ & Christianæ fidei minimè conueniret: quare credendū non est, à toto Concilio id fuisse definitum. Præterea ratio, quā subdit Concilium in eodem canone, huic interpretationi non consonat. Dicitur enim; *Ne quod colitur, aut adoratur in parietibus depingatur.* Nam si causa vitandæ idololatriæ, aut ab usum aliquem abolendi, auferri vellet imagines, eodē prorsus modo de his, quæ in tabulis depinguntur, vel sculptuntur in alia materia, dicendum esset: atq; adeò ratio illa definitioni minimè quadraret.

Altera interpretatio Alani accommodatior videtur, quam sequuntur etiā Sanderus lib. 2. de Adoratione Imaginum cap. 4. & noster Franciscus Turrianus lib. 3. de dogmaticis characteribus aliquantulum ante finem. Dicunt ergo, pro tempore, & loco summopere fuisse conueniens, imagines è templis auferre. Imminente enim Gentilium persecutione, quæ sanè in Ecclesia Dei adhuc perseuerabat, vt ex multis canonibus illius Concilij colligitur, oportebat, Christianos secū imagines deferre, & occultare, ne in templis ludibrio Gentilium expositæ manerent. Id au-

tem

Ayala
Sixtus
Senen.

127

Greg.

128

San der.
Turrian.

tem fieri non poterat, si in parietibus templi, bene tamen, si in tabulis depingerentur, aut in materia aliqua sculperentur. Concilium ergo nec prohibuit cultum, nec vsum omnem imaginum, sed solum eas in parietibus figurari: imò, quæ iam antea depictæ erant, radi, & deleri voluit.

129

Ego sanè non dubito, eo tempore adhuc Tyrannorum persecutiones in Hispania perseuerasse; cum Concilium illud ante Nicenum primum celebratum fuerit. Quocirca canone 25. fit mentio literarum, quæ à Confessoribus fidei dabantur ad Episcopos in alicuius commendationē; & can. 59. cauetur, ne quis Christianus in Capitolium causa sacrificandi, ascendat, & can. 60. eum nō referri in numerum martyrum, qui inuentus frangens idola, ibi occideretur. Cuius canonis veram intelligentiam libet hic paucis subijcere, etiam si extra rem propositam videatur. Aliqui enim in vniuersum putarunt, martyres verè non esse, qui inuenti confringentes idola, à Gentilibus occisi sunt: quod tamen quadam adhibita moderatione intelligendū est. Eam verò dilucide, vt plura alia, tradidit nobis Aug. ferm. 6. de verbis Domini aliquantulum ante finem, vbi refert illud Deuteron. 7. & 12. *Cum data vobis fuerit terra in potestatem, aras eorum destruetis. Quæ verba optimè expendens, inquit. Cum acceperitis potestatem, hoc facite: vbi nobis non est data potestas, non facimus: vbi data est, non permittimus: multi pagani habent istas abominationes in fundis suis, nunquid accedimus, & confringimus?* Quasi dicat, minimè. Prius enim agimus, vt idola in eorum cordibus cōfringamus. Canon ergo ille 60. martyres non reputat, qui in alieno territorio nullam in illius incolas iurisdictionem habentes, vi & potentia humana, non virtute miraculorū, & ostensione spiritus, confringunt idola, & ob eam causam à Paganis interficiuntur. At si quis aut Parochus, aut Episcopus, aut Rex in suo regno, vel diœcesi, in quam plenam iuris potestatem habet, idola confringeret, quibus Christianū populum sibi subiectum Pagani peruertere possent: & tēpla sacra edificaret, & ob id Gentiles odio accensi, & suæ religionis zelo, volentes destructa iterum ædificare templa, &

idola

Expenditur
precedens in
interpretatio.Digressio cir-
ca canonē 60
Concil. Elib.An Idolo-
clasta occisi
ab infidelibus
sint martyres

Aug.

Deut. 7.
& 12.

130

Quid sentiat
autor de pre-
dicta exposi-
tione.Altera ex-
positio Ala-
ni Sanderi, &
Turriani.

Rodolphus
Aquanina
& alij mar-
tyres Societa-
tis Iesu, pro-
pter idoloma-
chiam.

idola collocare, ipsum occiderent: sine dubio martyr ef-
fet. Quare & Rodolphus Aquanina, & Alphonsus Pa-
ciecus nostræ Societatis Sacerdotes cum alijs sodalibus
prope Salfetū in India Orientali à Gētilibus occisi, quòd
sacra vellent templa ædificare, dubio procul verè marty-
res existimandi sunt. Nam & pagus ille sub Regis Philip-
pi secundi Hispaniarum Regis potestate, & iurisdictione
tunc erat, qui illorum Paganorum idola confringere, &
templa Christianis ibi existētibus adiūcare iure poterat.
Quapropter ad id muneris publica autoritate Rodul-
phus & Alphonsus legitime destinati, nullam iniuriā Gen-
tilibus irrogarunt: ac proinde ab ipsis zelo suæ falsæ reli-
gionis occisi, verum pro Christo martyriū subierūt: quod
eleganti versu heroico Franciscus Bentius nostræ Socie-
tatis Sacerdos, & literarum humanarum peritissimus, &
in Romano collegio Rhetoricæ publicus Professor, anno
præterito, is fuit 1590. & à martyrio illorū 9. in lucē edidit.

Refellit
quædam in-
terpretatio il-
lus canoni-
bus 60. Con-
cilii. Eliberita.

Nonnulli recentiores alio modo respondēt. Cum enim
Eulalia martyr paulo ante Concilium Eliberitanum teste
Prudentio, hymno in laudem illius, confregisset idola, &
thuribula eorum conculcasset, existimant, ceteros Chri-
stianorum exemplo illius permotos, passim ad idola con-
fringēda presiliisse, ideoque Episcopis in eo concilio mi-
nime placuisse, ab omnibus indiscriminatim vsurpari,
quod Virgo peculiari Spiritus sancti impulsu fecisset. Ve-
rum ego probabile non arbitror, Patres Eliberitani Con-
cilij in alijs damnasse, quod in Eulalia non solum laudare,
sed & imitari quisq; deberet. Nam, vt colligitur ex eodē
hymno, tunc Christiani ad sacrificandum idolis cogeban-
tur. Ait enim Prudentius.

*Christicola sique cruenta iubet
Thura cremare: iecur pecudis
Mortiferis adolere Deis.*

Atqui ea occasione conculcare idola, seu cōfringere, et-
tiā in alieno territorio, & ob eā causam mortē oppetere,
nō solū licet, sed gloriosum quoq; est. Fateor tñ eo tēpo-
re, Christianorum aliquos confringentes idola intempesti-
ue, &

131

Prudentius

ue, & loco nō opportuno temere se morti obtulisse, eorū-
que temeritatis Cōcilium occurrere voluisse. Id tamē ex-
emplo Eulaliæ facere non potuerunt, cum illa loco, & tē-
pore oportuno idola male tractauerit.

Cæterum, vt ad id, vnde fuerat digressa, nostra redeat dis-
putatio secūda illa interpretatio canonis illius 36. mihi nō
probat, quod cum ratione, quam in ipso canone Conci-
lium expræsit, minime conueniat. Ideo enim dicit: *placuit
imagines in Ecclesia esse non debere, ne (scilicet) quod adoratur,
in parietibus depingatur.* Si tamē prædicta interpretatio ve-
ra esset: dicere potius deberet in hunc modum: *placuit in Pa-
rietibus Ecclesia, imagines non depingi: ne persecutoribus fidei no-
stræ, ludibrio esse possint.*

132

Mart. A-
yalæ.

Est alia interpretatio, quā Martinus Ayala in eo loco ad-
hibet, nescio, vtrum eius iudicio accōmodatior sit, quā
præcedens: mihi, verò cæteris omnibus præferēda videtur.
Ea vero est, in eo canone nō prohiberi imagines in tabulis
depictas, aut in alia materia sculptas, sed solum in Eccle-
sia esse: id est, in ipsis templi parietibus depingi: ne id quod
colitur, & adoratur, in parietibus depingatur. Atq; in hūc
modū ratio canonis, definitioni illius optimè quadrat. Iu-
dicat enim Cōciliū indecēs, id, quod adorādū proponitur
ipsi parieti affixū esse, sed potius debere, maiori cū reuerē-
tia in tabula, aut alia materia per se collocari. In primis
enim imagines in parietibus depictæ splendorē, & pulcri-
tudinē amittūt: atq; restorio facile decrustato sedātur, nec
ita ad venerationē mouēt, sicut si in tabulis, aut per se col-
locētur. Tū etiā iniuria tēporū, & bellorū accidere solet,
vt tēpla diruātur, & id, quod manet, prophanis vsibus, vel
ad paleas equorū seruādas, vel ad quid simile deseruiat i-
biq; imagines Sactorū, nō sicut decebat, permaneāt. Hāc
verò fuisse mētē Concilij, præterquā quòd verba recitata
manifestè indicāt, cōsuetudo Hispaniæ antiquissima, ad no-
stra vsq; tēpora perseuerās, nō obscure demōstrat. In pau-
cis enim Hispaniæ tēplis imaginē aliquā, præter S. Christo-
phori, in parietibus depictam inuenies: sed plurima tēpla
aut tabulis depictis, aut statuis ligneis inauratis, & colori-

133

134

Iterum redit
ad canonē 36
Cōcil. Elibe.

Vera cano-
nis 36. Elibe-
ritani ex-
positio ex mē-
te auctoris.

In Hispania
paucæ in pa-
rietibus ima-
gines depictæ

bus va-

bus variatis exornata sunt. Est insignis imago B. Virginis in pariete maioris tēpli Hispalēsis depicta quę hactenus in magno honore est: imò ex vna parte in aliā eiusdē tēpli hęc tēporibus mira industria translata. Sed cum minus fręquēter, & pauciores imagines in parietibus depictę in Hispania videantur: illę; multò post tempora Concilii Eliberitani fuerint depictę; credendum est, definitionem illius Concilij, consuetudine diuturna magna ex parte obtinuisse. Iam verò more Italico depingi solent in parietibus, & hoc modo nostra templa exornari: antiquiorē tamen consuetudinem fuisse illam, quam diximus, manifeste adhuc apparet. Potuit igitur Concilium definire, imagines non depingi in parietibus, ad ea incommoda vitanda, etiamsi alibi oppositum fieret. Id enim ad mores pertinet, quorum reformationem in sua Hispania, eo tempore Cōcilium Eliberitanum hoc pacto instituere, rationi cōsentaneum iudicare potuit. Ex quo etiam colligitur, non solūm hanc Concilij definitionem nihil Caluino fauere; sed etiam optimum inde contra ipsum sumi argumentum. Nam & tempore illius Concilij imagines in templis erant: cum tamen ipse asserat, vt cap. 1. vidimus, ante quingentos primos annos non fuisse: & Concilium illud non omnes imagines, sed solūm in parietibus depictas prohibuit. Quocirca, cūm optimē mentem Concilij, prædictęque Hispanię consuetudinem nouisset Claudius Taurinensis natione Hispanus, etiamsi imagines ipse impugnarret: hunc tamē canonem Concilij Eliberitani pro suo errore nunquam allegauit: non quod suppositus sit; vt recētiore superius commemorati autumant.

Allegat pro se Caluinus Epiphaniū, quem varie Catholicici explicant.

CAPVT III.



Secundò obijcit nobis Caluinus Epiphaniū, qui in Epistola ad Ioannem Episcopum Hierosolymitanum circa finem illius ita scribit. *Præterea quod audiui quosdam murmurare contra me, quia quando simul*

Caluini mendacium ex ipso or. Eliberitano conuincitur.

155

136

do simul pergebam ad sanctum locum, qui vocatur Bethel: vt ibi collectam tecum ex more Ecclesiastico facerem; & venissem ad villam qua dicitur Anablatha: vidiissemq; ibi præteriens lucernam ardentem, &c. inueni velum pendens in foribus eiusdem Ecclesię tintum, atque depictum, & habens imaginem quasi Christi, vel Sancti cuiusdam (Non enim memini cuius imago fuerit.) cum ergo hoc vidiissem in Ecclesia Christi, contra auctoritatem scripturarum hominis pendere imaginem, scidi illud, & magis dedi consilium custodibus eiusdem loci, vt pauperem mortuum eo obuoluerent, &c.

Damasc. Nazian.

Arist.

137

Sed in prius Caluino ita respondemus. Si nulla ratione excusari à nobis, aut explicari posset Epiphanius; dicendum esset cum Damasceno oratione 1. de imaginibus post numerum 20. & Nazian. in oratione 39. quę est in sancta lumina: *Vna hirundo non facit ver.* Quam sententiam ex Aristotele desumpserunt 1. Ethic. cap. 7. tametsi Aristot. ea solūm velit demonstrare, beatitudinem non posse esse vnus diei, aut, quę breui tempore finiatur; de quo in 1. 2. S. Thomę quæst. 5. art. 4. fusiùs dicemus. Inquit ergo Damascenus (quod ad nostrum attinet institutum) *Vna hirundo non facit ver: neque enim vnus Doctoris auctoritas totius Ecclesię consuetudinem debet euertere.* Quid ergo si Epiphanius imagines impugnet: Nunquid vniuersalis Ecclesię consuetudo, & definitio corruet?

Vvald.

Cæterum cum aliunde constet, Epiphaniū Iconomachum nunquam fuisse, vt inferiùs patebit, enitendum est, sententiam illius enodare: referemus tamen priùs, quid alij respondeant: tametsi in tanta varietate Catholici cōstituti sint, vt molestū videatur, quid vnusquisq; sentiat, recensere. Primum respondet Vvalden. 3. tomo cap. 157. num. 5. Epiphaniū zelo nimio religionis succensum, nō secundum scientiam, velum illud abscidisse, ob periculū nimirum erroris Anthropomorphitarū, qui Deum corporatum, & membris compactum esse asserbant. Verūm cum illa imago non esset Dei secundum se, sed alicuius hominis, vt ex textu liquet; non potuit hac occasione, & ratione commotus Epiphanius, velum illud abscindere.

Sixtus Sen.

Secundò respondet Sixtus Senensis lib. 5. Biblio. San-

N cta an-

Prima solutio Vvaldēs & iudicium defacto Epiphanijs.

At, annotatione 247. eodem pacto excusari posse Epiphanium, quo ipsum excusat Damascenus oratione 1. de imaginibus iam citata, in aliquibus testimonijs, quæ in septima Synodo actione 6. eiusdem Epiphaniij nomine recitantur (inter quæ tamen istud non refertur) quibus videbatur & ipse imagines e medio tollere. Excusat ergo eum Damascenus, quod eadem ratione imagines prohibuerit, qua sanctus Athanasius Sanctorum reliquias, in urnis collocari vetuit, & humi condendas esse decreuit: ut scilicet absurdum Aegyptiorum morem abrogaret, qui mortuos suos non sub terra condebant, sed in lectulis, & scimpodijs collocabant: sic ergo Epiphanius, ut ab usum aliquem reprimeret, imagines e medio auferri curauit.

Hoc tamen non video, quo fundamento affirmari possit: cum non videatur modus conueniens, ad ab usum aliquem aut immoderate venerationis, aut superstitionis alicuius tollendum, imagines auferre: & laudabilem Ecclesie vniuersalis consuetudinem prætermittere. Nam sicut scribit Gregorius ad Serenum, quem citauimus in hoc libro disputatione 1. cap. ultimo, ut populum ab adoratione idololatricæ reuocaret, non debebat imagines confringere: cum nihil tale in Ecclesia Dei vnquam factum fuisset: sed oportebat, populum instruere, & verum adorationis modum, imaginibus in suo pristino statu permanentibus, docere. Non est ergo credendum, virum doctum, & prudentem Epiphanium tam insolenti remedio usum fuisse, ut ab usum aliquem adorationis, vel alium similem auferret. Quod verò Athanasius circa martyrum reliquias fecit; ut morem Aegyptiorum abrogaret; optimum sane remedium fuit. Neque enim ex eo, quod corpora martyrum humi conderentur, aliquid ipsis detrahebatur: cum modò etiam Romæ innumera martyrum corpora in puteis, & locis subterraneis condita iaceant; in magno tamen honore, & veneratione habeantur. Melius ergo septima Synodus, & oratione 7. ipse Damascenus, ad ea testimonia Epiphaniij, quæ ibi citantur, respondent, non esse ipsius, sed supposititia. de hoc tamen, quod est in epistola ad Ioannem Episcopum

138

Athan.

Gregor.

139

7. Synd.

Damasc.

140 scopum Hierosolymitanum, nihil est in septima Synodo, nec in Damasceno: quare illius difficultas superius proposita adhuc permanet.

Alanus Copus. Sander.

Tertio igitur, difficultate oppressus Alanus Copus dialogo 5. cap. 21. & Sanderus lib. 2. de imaginibus cap. 4. respondet, verba illa non esse Epiphaniij, sed supposititia: & quod maius est, Alanus totam epistolam putat, non esse Epiphaniij, nec ab Hieronymo translata: quia in grecis exemplaribus nusquam reperiatur: id quod commune etiam, & frequens effugium esse solet ijs, qui testimonijs Conciliorum, aut Patrum in aliqua controuersia nimis premuntur: & quauis interdum presentaneum, & verissimum soleat esse remedium: magno tamen cum delectu, & fundamento adhiberi debet.

Mihi vero minus hæc responsio placet, atque in primis totam epistolam Epiphaniij esse, etiam si nunc grecum illius exemplar non inueniatur, indubitatum esse debet. Nam & inter epistolas Hieronymi ponitur ordine 60. nec ullus hætenus de tota illa epistola dubitauit. Imò idem Hieronymus epist. 61. quæ est ad Pamachium de erroribus Ioannis Hierosolymitani, huius epistolæ mentionem facit: ubi loquens cum Ioanne Hierosolymitano de ipso Epiphaniio inquit. *Hæc per totam epistolam queritur, quod Origenis dogmatum sequaris errores.* Qui ergo eam esse negaret epistolam Epiphaniij, dicere quoque deberet, inter opera Hieronymi suppositam, imò & illam, quæ est ipsius Hieronymi ad Pamachium, negare oportebat, quod nimium esset: nec hætenus aliquis ausus est dicere. Cum verò Damascenus oratione 1. de imaginibus num. 19. & oratione 2. aliquantulum ante finem, sermonem, aut orationem Epiphaniij, quam pro se citabant Iconomachi, dicit esse fictam; non de epistola ad Ioannem Hierosolymitanum. ut falso autumat Sixtus Senens. lib. 5. Biblio. sancte, annotatione 247. sed de epistola ad Theodosium aperte intelligit.

Sixtus Sen.

Porrò autem verba illa recitata, esse ipsius Epiphaniij, nec supposititia debere iudicari, inde constabit: si rationes singulas, quibus oppositum recitiores aliqui probant,

N 2 infir-

Tertia solutio Sanderi & Alani copi.

Illam Epistolam esse Epiphaniij.

Athanasius iubet reliquias in terra sepeliri.

Expenditur superior responsio.

infirmas esse, & nullius roboris ostenderimus.

Prima eorum ratio est: quia verba illa, post finem epistolæ videntur addita. Nam cum multa contra Ioannis errores dixisset, quasi claudens epistolam, subdit hæc verba. *Cum hac ita se habeant, dilectissime, custodi animam tuam, & desine circa nos murmurare, &c.* Deinde postulat, ut Deus conferret vinculum caritatis & pacis, & rectæ fidei prædicatione: atq; hætenus finitam putant epistolam Epiphaniij: cætera autē verba superius recitata, addita ab aliquo Iconomacho fuisse.

Verba Epiphaniij non esse supposita.

Ego tamen non video, quomodo ibi finita esset epistola: quæ enim sequuntur, & hi putant, esse addita, ad eandē epistolam sine dubio videntur pertinere. Nam cum ad Ioannem scribens dixisset, ne amplius de ipso murmuraret, quod errores illius notasset: & postquam Dominum deprecatus fuit pro pace inter ipsos, & sana doctrina: merito aliā quoq; causam, cur alij de ipso murmurarēt, subiunxit, & ab ea se purgare voluit: ut nulla esset causa, unde pax inter ipsos perturbari posset. Eam verò continēt verba recitata, quæ putant aliqui esse supposita, & Calvinus pro se allegavit.

Secunda ratio, cum hæretici Iconomachi in septima Synodo sic falso dixit, contra imaginum usum duo alia testimonia Epiphaniij allegassent; ut refertur in septima vera Synodo actio. 6. tom. 5. in principio, quæ ibidem cōvincuntur, non esse Epiphaniij: nunquam testimoniū huius epistolæ, quod pro se affert Calvinus, ipsi citarunt: signum ergo est, verba illa epistolæ Epiphaniij nondum addita fuisse. Verum hæc ratio parum roboris habet. In primis enim qui dicit, tempore septimæ Synodi nondum verba illa addita fuisse in codice græco Epiphaniij, dicere quoque debet, nec in codice Hieronymi latino, in quo inter alias ipsius epistolas hæc habetur, eo tempore eadem verba latina facta, addita fuisse: sed postea ab aliquo, non solum in græcis omnibus exemplaribus Epiphaniij, sed etiam in omnibus latinis Hieronymi fuisse supposita: id quod humanæ industriæ fatis impossibile apparet.

142

143

paret. Tum etiam alia duo testimonia eiusdem Epiphaniij, quæ falsa septima Synodus citata à vera septima Synodo apocrypha declarata fuisse, non probat, hæc etiam, quæ allegat Calvinus in Epistola ad Ioannem supposititia esse, horū nāque nulla omnino fit mentio in septima Synodo, sic falso nūcupata, nec in vera Nicena secunda. Ad hæc Iconomachos in septima falsa Synodo pro se nō allegasse hoc testimoniū Epiphaniij, quod pro eodē errore affert Calvinus, signū nō est, eo tēpore verba illa epistolæ Epiphaniij nōdū fuisse addita: sed ea pro se nō allegarūt, quia optimè viderūt, nihil habere momenti; ut perspicue patebit ex ijs, quæ inferiùs dicemus. Ex quo etiam colligitur, quāto rudioris ingenij sint Calvinus, & nostri tēporis Iconomachi, qui putant, hoc solo Epiphaniij testimonio, ex Catholicis laudē reportare. Si enim attentè legatur Epiphanius, ne verbū quidē de Sanctorū imaginibus habet.

Tertia ratio. Stylus illius fragmenti cū reliqua Epistola non conuenit: est ergo suppositum. Hac vtuntur seueri quidam styli censores: qui, vbi vix vlla styli discrepātia apparet, magnum sibi discrimen odorari videntur. At hæc ratio fundamentum aliquod firmum contra difficultatē propositam non habet. Tum quia homo dum scribit, aut disputat, non semper sibi ipsi idem est; nisi nimia ad hoc adhibita diligentia in scriptis suis poliendis lima vtatur: id quod grauiores Ecclesiæ Patres non admodum curarunt. Tum etiam, quia nec fragmentum illud ita dissonat toti Epistolæ, ut ab alio potius assutum, quam ab ipso Epiphaniio scriptum videatur.

Hieron.

Quarta ratio. Hieronymus in Epistola ad Pāmachium, quæ est 61. cum huius Epistolæ Epiphaniij mentionem faciat, huius tamen veli ab ipso abscissi non meminit. Verum hæc quoque ratio infirma est. Hieronymi enim institutum in ea Epistola non est, omnia, quæ Epiphanius ad Ioannem scripsit, referre; sed de erroribus solum Ioannis Hierosolymitani agere. Quocirca non omnia sigillatim, sed aliqua, quæ sibi ad hunc finem accommodata videbātur, ex Epistola Epiphaniij recitat. Quare veli illius pen-

N 3 dentis,

144

145

Notentur diligenter, quæ sequuntur ad defensionem Epiphaniij.

Styli diuersitas non arguit diuersum semper autorem.

dentis, quod Epiphanius abscidit, meminisse necesse non erat.


Quinta ratio. Non videtur digna Epiphanio sententia, quod eo loco asserit, esse videlicet contra Scripturam imaginem hominis in templo pendere: siquidem Scriptura nusquam prohibet imagines: imò in veteri testamento contrarium habetur; cum ex iussu Dei statuę Cherubinorum fuerint in templo collocatę: est ergo supposita, & ipsi falso addita. Hęc quidem ratio optimè probat, Epiphanium nunquam dixisse, imagines Sanctorum non debere, in templis collocari. Hoc enim potius contra Scripturam esset. Nam licet in veteri testamento generali precepto prohibita fuerint imagines eo modo, quem diximus disputatione precedenti: optimè tamen nosset Epiphanius preceptum illud, cęremoniale esse; atq; adeo iam in lege Euāgelica cessasse: quare nec imagines, nec adorationem earum, iam amplius Scriptura prohiberi. Nisi dicamus Epiphanium existimasse, naturali quoq; iure hoc ipsum esse prohibitum, quod de viro doctissimo, & sanctissimo, non est credendum. Ratio tamen non probat, partem illam Epistolę, quam Calvinus allegat, supposititiam esse. Nā quāvis indigna sit Epiphanio sententia, quę asserit, contra Scripturam esse, imaginem Sancti in Ecclesia pendere; atque adeo si verba recitata id significarēt, Epiphanio nō essent adscribēda, sed supposititia iudicanda; ne ipsum erroris intolerabilis faceremus autorem: quia tamen verba illa id nullo modo denotāt, ut mox patebit; hac sola ratione pars illa epistolę non debet supposititia iudicari.

146

147

Vera Epiphaniij interpretatio.

C A P V T IIII.



GO fanè arbitror, ex verbis Epiphaniij superioris recitatis veram, & Catholicam, dignamque tali viro sententiam, nec suę epistolę supposititiam facili negotio colligi. Verba illius sunt:

148

Marius Victorius.

149

sunt: Præterea quod audiui, quosdam murmurare contra me, quia quando simul pergebam ad sanctum locum, qui vocabatur Bethel, ut ibi collectam tecum ex more Ecclesiastico facerem: & venissem ad villam, quę dicitur Anablaiha: vidiſsemque ibi præteriens lucernam ardentem, &c. inveni velum pendens in foribus eiusdem Ecclesię, tinctum atque depictum, & habens imaginem, quasi Christi, vel Sancti cuiusdam, (Non enim memini cuius imago fuerit.) cum ergo hoc vidiſsem, in Ecclesia Christi contra autoritatem Scripturarum hominis pendere imaginem: scidi illud, & magis dedi consilium custodibus eiusdem loci, ut pauperem mortuum eo obvoluerent. Ex quibus ego infero, imaginem illam non fuisse alicuius Sancti, sed prophani alicuius hominis, quę honoris gratia ante fores templi penderet: eamque merito Epiphanium abstulisse, atque scidisse: quod contra sacram Scripturam, illud esse putaret. Hanc interpretationē sequutus est Marius Victorinus in annotatione ad illam epistolam in secundo tomo Hieronymi, quę licet alijs displiceat, mihi tamē ex ipso textu Epiphaniij colligi manifestè videtur. Dixit autem Epiphanius, contra sacram Scripturam esse, eam imaginem in foribus templi collocari, non quia id in Scriptura sit expressum (Nunc enim de veteri testamento non agitur.) sed quia contra doctrinam sacre Scripturę est, profanum hominem Sanctum iudicare: atque adeo ipsi in se, aut in sua imagine sacrum, & plusquam civilem cultum, adhibere. Cum igitur ea, quę in templo suspenduntur, honoris gratia, tanquam sancta ibi debeant constitui, ut sacer honor ipsis deferratur: videtur, contra doctrinam sacre Scripturę esse, profani hominis imaginem in templo pendere, quę animos ingredientium moueat, ut sibi sacrum cultum, & adorationem exhibeant.

Eam verò fuisse profani, & communis hominis imaginem, his coniecturis ex ipso textu probatur. Primum, si esset illa imago alicuius Sancti, nō diceret Epiphanius: *habens imaginem, quasi Christi, vel Sancti cuiusdam*, sed imaginem Christi, aut Sancti: particulam ergo *quasi*, addidit Epiphanius, ut ostenderet: velum illud pendens ante

Coniectura ad probandū imaginem abſcessam ab Epiphano non fuisse cuiusdam Sancti

N 4 fores

fores templi cum ea imagine, honoris gratia, ita positum fuisse, quasi esset; id est, ac si esset Christi, aut alicuius Sancti, quorum imagines merito hac ratione venerationis, & honoris gratia in templo collocantur, & suspenduntur: cum tamen revera Christi, aut Sancti alicuius ea non esset. Ad-
 didit vero parenthesis, non ut significaret, se non potuisse discernere, an esset imago Christi, vel alterius Sancti: nam si eam deposuit, & abscidit, id facile iudicare potuit: sed ut indicaret, se scire non potuisse, cuiusnam hominis prophani illa esset imago. Quare parenthesis non debet referri ad illud *Christi vel Sancti cuiusdam*, sed ad illud, *habens imaginem*, ut sensus sit. Ideo dixi imaginem, quae erat in illo velo, nec addidi, cuius illa fuerit, quia non memini, cuiusnam hominis esset. Eam ergo, quam ignoravi, cuius esset, vidi pendere ante fores templi ea maiestate, & veneratione, ac si esset Christi, aut alicuius Sancti.

150

Secunda coniectura.

Secundo id ipsum probatur. Quoniam post verba citata, subinde addit. *Illi contra murmurantes dixerunt: si scindere voluerat, iustum erat, ut aliud daret velum, & mutaret*: quibus auditis, ipse Epiphanius promisit, se aliud daturum: & cessavit murmuratio. At si Epiphanius imaginem Christi, aut Sancti alicuius, quam venerari potius debuerat, & ad id populus Anablathanus suspenderat, cum iniuria abscidisset, contra ipsum acrius Anablathani murmurassent: quod Iconomachus esset: nec solum in satisfactione iniuriae aliud velum postulassent: sed crimine etiam Iconomachiae ipsi obiecissent. Quare nec dicerent, *Si scindere voluerat, iustum erat: ut aliud daret velum, & mutaret*: nec hoc solo ipsi contenti manerent. Itaque acrius contra ipsum murmurassent. Primum, quia populus ille, si habebat ante fores templi imaginem Christi, aut Sancti, cultor erat imaginum: factum ergo Epiphanius, tanquam Iconomachi, ipsi summo opere displiceret. Tum etiam eo tempore in Ecclesia Graeca imagines in magna fuerunt veneratione: ut refert septima Synod. act. 6. tomo 1. in principio. Tunc enim Basilii, Gregorius uterque, & alij erant viri sanctissimi, qui in magno honore imagines habuerunt: murmurarent ergo Ana-

151

7. Syno.

go Anablathani contra Epiphanius: & Ioannes Hierosolymitanus aliquando hoc ei obiecisset: constat autem nec ab eo, nec ab aliquo antiquo scriptore, hoc errore Epiphanius fuisse notatum: ergo imago illa non erat alicuius Sancti. Ex quo etiam deducitur, immerito inter Iconomachos, ab Alphoso de Castro ipsum numerari; ut secunda disputatione cap. ultimo notauimus. Sequitur etiam, Iconomachos Imperatores, & qui fuerunt tempore septimae Synodi, vel paulo ante, nunquam testimonium Epiphanius pro se allegasse: quod verba illius non indicarent, imaginem illam alicuius Sancti, sed potius prophani hominis fuisse.

Alphon. Castro.

152

Tertio demum, eadem sententia confirmatur. Quoniam ex septima Synodo, loco paulo ante citato, & Damasceno oratione prima de imaginibus numero 20. constat, discipulos Epiphanius ei mortuo imaginem in templo posuisse: quomodo ergo, si ipse Iconomachus fuisset, aut imagines Sanctorum in templis eiecisset, ipsius discipuli, imaginem eius in templo venerandam collocassent?

Cur antiqui Iconomachi factum Epiphanius pro se non afferant.

Tertia coniectura. Epiphanius mortuo discipuli facti am exciderunt.

Diluuntur tres aliae Caluini obiectiones.

C A P V T V.



153

Aelius Lamp.

Alanus

Tertio arguunt heretici. Adrianus imperator in gratiam Christianorum templa extruxit sine imaginibus, in quibus ipsi orabant; ut refert Aelius Lampridius in vita Alexandri imperatoris: ergo imagines in templo non sunt collocandae. Respondet Alanus Copus dialogo. 4. capite secundo: templa illa non fuisse Christianis extructa absque imagine, sed absque simulacris, & Gentilium idolis. Cum enim Christiani nolent, in templis Gentilium orare, quod idolis plena essent: sine illis iussit alia aedificari, non tamen proinde, sine imaginibus. Nam illa simulacra, sine quibus refert Lampridius, templa extructa fuisse, appellat ipse numina: cum ergo ait, sine numine templa fuisse erecta, non dicit sine imagine quacunquae, sed sine idolo, aut simulacro, cui ex sententia Gentilium, numen aliquod inerat.

Tertia obiectione hereticorum. Solutio.

Christiani nolent orare in templo gentilium.

Quarta ob-
iectio hære-
ticorum.

Quartò obijciunt Augustinum, qui in Epistola 49. q.3. de simulacris, quæ in loco insigni collocantur, vt adoren-
tur, inquit. *Cum his sedibus locantur, honorabili sublimitate: vt à precantibus, & immolantibus attendantur, ipsa similitudine ani-
matorum membrorum, atque sensuum, quamuis sensu, & anima careant, afficiunt infirmos animos, vt viuere ac spirare videantur.* Similia verba habet in Psalmū 113. Respondetur, Augusti-
num quæstionem vtrobique instituisse contra Gætium idola, in quibus Ethnici putabant, aliquid numinis latere: & idè illis tanquam Dijs sacrificabant: hæc autè ijs, qui pu-
tant, aliquid numinis habere, ita animum cõmouent ipsa similitudine membrorum, atque sensuum; vt ipsis viuere videantur. At verò Christianis, qui ita imagines veneran-
tur, vt nihil ipsis inesse putent dignitatis, & excellentiæ, nisi ab exemplari, animum eo modo non afficiunt. Quare nec aliquid periculi in ipsarum adoratione manet; si populus rudis iuxta sinceram fidem, & religionem medio-
criter instruat.

154

5. Obiectio.

Quintò hæretici nostri temporis Catholicam veritatẽ impugnant hoc modo. Templata instituta sunt pro viu-
is imaginibus, quales sunt baptismus, & sacra cœna, id est Eucharistia, quæ est imago corporis Christi: mortuæ ergo statu-
& imagines in ipsis non sunt collocandæ. Respon-
deo primum, Caluinum, & alios hæreticos nostri tempo-
ris in eo errore cum Iconomachis tẽpore septimæ Syno-
di conuenire, quòd Eucharistiam vocant imaginem Chri-
sti: quem modum loquendi septima Synodus adione 6. tomo 3. circa finem acriter reprehendit. Cum enim Eu-
charistia verè sit ipsum corpus Christi, non debet imago, aut figura illius appellari. At Caluinus, & nostri tempo-
ris hæretici figuram vocant, quia existimant corpus Chri-
sti sub speciebus panis verè non esse, sed solum represen-
tari. Deinde respondeo, ipsos etiam errare, quòd dicant, depictas imagines, quas ipsi mortuas appellant, & sacra-
menta, quæ viuas imagines vocant, simul in Ecclesia Dei esse non debere: aliq̃ namq; alijs mirifice illustratur. Adde etiam, quòd sicut sacramenta imagines viuas appellant,
quia

155

Eucharistia
non esse figu-
ram corporis
Christi.

Solutio alte-
ra.

Hæretici sa-
cramenta vi-
uas imagines
vocant.

156

quia vitã spiritualem, quam nobis tribuunt, significant: sic etiam & depictæ, conuenienter quoque vocari possunt vi-
uæ, quòd sanctos Dei homines viuentes representent, & in se quodammodo habeant.

Demum obseruandum est, quamuis imagines in domo pictoris, & vbiq; ponantur, adorari optimè possint, vt ex doctrina disputationis 8. huius libri, & primæ 3. libri patebit: in Ecclesia tamen Romana olim consuetum fuisse, vt refert Adrianus in scripto de imaginibus ad Carolū 5. Quod presumptuè, & indoctè, vt prius oleo sacro vngeretur, quam collocarentur in templis, & toti populo venerandæ proponerentur: quod tamen nullibi iam obseruari puto.

Imagines prius olim vni-
etate fuisse
oleo quam in
templis pone-
rentur.

An imagines Dei, Christi, & Sanctorum sint ado-
randa. Disput. 6.

Varia hæreses. cap. 1.

Secundum fidem Catholicam, sacris imaginibus cultum deberi, au-
toritate probatur. cap. 2.

Idem cultus imaginum ratione probatur. cap. 3.

Quibus Scriptura testimonijs hæretici impugnent adorationẽ ima-
ginum. cap. 4.

Obijciunt contra idem Patrum testimonia, & rationem. cap. 5.

Argumentum contra imaginum adorationem ex libris Carolinis.
cap. 6.

Proferunt adhuc hæretici pro suo errore tria Concilia. cap. 7.

Varia Hæreses.

C A P V T I.

157



Rarsens controuersa non cum Catholicis, sed cū hæreticis nobis ineunda est. Nūc enim solū quarimus vniuersim, vtrum imagines aliquo adorationis honore afficiendæ sint. In qua re cū inter

inter Catholicos nulla sit dissensio, hæretici tamen, vehementer nobis aduersantur. De modo autem, & genere adorationis perdifficilis & perobscura quæstio inter Catholicos versatur, quam disputatione 8. pertractabimus.

Hæretici ergo, vt refert Damascenus libro de hæresibus, in duas extremas & oppositas sententias diuisi sunt. Vna est Christianocategororum, ita nuncupatorum, quod cum Christiani vnum Deum, & nullum alium adorent latria, imagines Christi, & beatæ Virginis, imò etiam sanctorum Angelorum, & hominum, more Græcorum vt Deos colunt, & adorant. Contra quos non est nobis disputandum. Hi enim in vitiū idololatriæ prolapsi, eodem modo impugnandi sunt, atq; Gentiles: quos optimè redarguunt Lactantius lib. 1. diuina institut. Tertullianus lib. de idololatria, & Athanasius in oratione contra idola. Altera est Iconoclastarum, seu Iconomachorū, qui sic vocantur, aut quia male tractant imagines, aut quia illarum vsū impugnant, quos disputatione 2. huius libri annumerauimus: cum quibus nobis pugnandum est. Hi autem omnes non eodem modo contra imagines docēt. Nonnulli, nēpe Imperatores illi commemorati, omnino confringendas, & ex omni parte auferēdas, sicut Iudæi & Mahumetani, esse dicebant. Alij, vt Calvinistæ, licet illas domi, aut alibi permittant, vt disp. 3. dictū est: eas tamen in templis non collocant: sed inde magna cum iniuria auferunt: vt disputatione præcedente vidimus. Quidā alij, vt Lutherani, intra templa etiam eas collocant: sed ad illorum ornatum solū habent: nullaq; ipsas dignantur veneratione. Demum tēpore septimæ Synodi fuerūt quidam alij Iconomachi, qui non ad solum ornatum, vbiq; eas retinendas iudicarūt: sed etiam ad excitandam fidelibus memoriam exemplaris: vt coram eis solum ipsum venerarentur: illis tamen nullum signum honoris, aut submissionis, neque osculo, nec inclinatione corporis, nec alio modo exhiberent: id enim idololatriam esse dicebant. Quare nec osculabantur imagines, neque ipsis corpus inclinabant, nec thurificabāt: sed recti coram eis, in memoriam exēplaris excitati, in ipsum

mente

Prior hæresis Christianocategororum, qui imagines latriæ colebant.

Posterior hæresis Iconomachorū, qui sunt in varias partes diuisi.

Calvinistæ.

Lutherani.

Iconomachi semiprobi.

Damasc.

Lactan. Tertul.

Athanas. 258

159

Epiph. Diakon.

mente sola ferebantur. De his inquit Epiphanius in septima Synodo actione 6. in breui quadam demonstratione pro imaginibus, quæ habetur in fine actionis, in hæc verba. Qui vero dicunt, sufficere vsū imaginum ad memoriam saluum, non vero ad salutationem eas habendas, illud quidem recipientes, hoc vero recusantes, semiprobi quadam tenus, & falsoueri (vt ita dicam) deprehenduntur: altera quidem parte veritatem confitentes, ex altera vero peruersè agentes. Dicuntur autem ab Epiphanio semiprobi, & falsoueri: quia non omnino, sicut Imperatores illi, imagines respuebant; sed eas necessarias, & vtilis esse iudicabant. Quare ex parte & veri erant, & probi: at quia salutationem illis negabant, & adorationē, idcirco, & falsi & veri; & non omnino probi, sed semiprobi ab Epiphanio merito nuncupantur. Ex quo sequitur non omnes hæreticos, vt falso putauit Sotus lib. 2. de iustitia & iure, quæst. 4. art. 2. in fine, sed aliquos existimasse, imagines ad recordationem saltem retinendas esse: cum Imperatores illi, & plures alij tempore septimæ Synodi omnino comburendas esse dicerēt: alioqui Epiphanius illos, qui dicebant ad memoriam esse retinendas, non appellasset semiprobos, & falsoueros, nisi eos cum alijs compararet, qui omnino improbi erant, & falsi, quod imagines prorsus è medio tollendas prædicarent. In hoc etiam errore fuisse Iconomachos illos, qui librum Carolinum composuerunt, colligitur ex scripto Adriani cap. 50. vbi sic loquūtur. Quod contra beati Gregorij instituta sit, imagines adorare, seu frangere: & cætera, & cap. 51. sicut hæreticos esse eos, qui imagines frangunt, vel adorant. Deinde post medium in cap. 14. dicunt, tam errare eos, qui artē pictoriam piam esse dicunt, quales fuerunt Patres septimæ Synodi, quam eos, qui eam vituperant, quales fuerunt fractores imaginum, nempe quod hi imagines nullo modo admitterent, illi verò adorarent. Nam autores illius libri imagines retinebant, sed non adorabant.

In hanc sententiam aliqui putant plures Scholasticos consensisse, atque ea de causa apud eos malè audiunt. Hi sunt Alexand. 3. p. q. 30. art. ultimo; Alphonsus de Castro aduersus

Pulcre Epiphanius quosdam iconomachos semiprobos appellat.

Decipitur Sotus in iudicio de Iconomachis.

Autores libri Carolini quales Iconomachi.

160

Adria.

161

Alex. Castro.

aduersus hæreses verbo *Adoratio*, hæresi. 1. Durā. in 3. d. 9. q. 2. num. 8. 9. & 10. Picus Mirand. in sua Apolog. q. 3. Robertus Holcot in librum sapientiæ, lect. 157. Si tamen eorū verba, & sententiæ expendantur, ab horum Iconomachorum errore longè abesse constabit. Quocirca nec molestum, nec superuacaneum debet iudicari, si eorum sententias sigillatim referamus. Indecorum enim videtur, tumultuarie, & sine delectu, autores pios, & Catholicos talis erroris in simulare.

Examinatur dicta quo: uadam Catholicorū, qui Iconomachis fauere uidebantur. Explicatur Alex. Defenditur Alphōsus à Castro.

In primis uero Alexander solum dixit, imagines nō per se ab exemplari diuisas, sed cum illo coniuncta, esse adorandas, id quod non solum uerum, & communi Scholasticorum sensu probatum, sed etiam doctrinæ Patrum, & definitionibus Conciliorum plane (ni fallimur) sancitū esse, disp. 8. demonstrabimus. In Alphonso autem nihil aliud, quod animos legentium offendere posset, præter hæc uerba circa finem primæ hæresis inuenire potui. *Ex dictis, qui minime cæcus est, iam perspicere ualebit qualis sit ipsa genuflexio & alia quæuis adoratio coram cruce facta, & cur exhibeatur: nam ipsi Deo, in cuius memoriam uenimus per crucis aspectum.* Sæpius etiam eadem hæresi inquit, nos coram cruce procumbere, caput aperire, corpus inclinare, ipsique Christo in ea crucifixo, cuius recordamur ex aspectu eiusdem crucis, seruitutem profiteri. At hæc friuola sunt, ut tali viro simile errorem ascribamus. Primum quia ipse eo loco frequenter dicit, crucem, & omnia, quæ Christum tetigerunt, a nobis merito adorari. Tum etiam quoniam ipse concedit, nos crucem & imagines osculari, & coram illis procumbere, & caput aperire: at Iconomachi, qui semiprobi dicebantur, nullam notam honoris, & submissionis, coram imaginibus exhibebant. Ad hæc, cum Alphonso asserit, adorationem coram cruce factam, ipsi Deo exhiberi, intelligit planè, nō de nota solum exteriori, & genuflexione, sed de affectu reuerentiæ, & seruitutis, seu latriæ interioris. Hæc enim per se Deum respiciunt: nota uero imaginem; ut disp. 3. c. 12. dist. 13. latissimè explicabitur. Ideoque paulo ante dixerat hæc uerba. *Cum omnia, quæ Deo adiacerunt ado-*

Alex.

Alphon.

163

rad. n. h. s.

ramus; Deo Soli in hoc reuerentiam, ac pietatis cultum exhibemus: per pietatem, & reuerentiam intelligit interiorem submissionis affectum, quo quis in Dei excellentiam fertur, & signa submissionis exhibere cupit: qui sine dubio in Deum per se fertur, ut ibidem docebitur.

Gregor. - In hoc sensu loquutos esse aliquos insignes Ecclesiæ Patres, constat. Gregorius libro septimo Epistolarum, epistola 53. sic ait. *Scio, quod imaginem Saluatoris nostri non ideo petis, ut quasi Deum colas, sed ob recordationem filij Dei, in cuius amore recalescas: cuius imaginem videre consideras.* Et eodem libro Epist. 109. dicit, imagines retinendas, ut ijs, qui legere nesciunt, pro literis sint, non tamen adorentur. In eodem modum loquitur Concilium Moguntinum anno 1549. celebratum, capite 41. ubi solum ad recordationem, non ad adorationem imagines uidetur admittere. Et plures alij, quos referemus disputatione 8. capite 13. Qui omnes non negat, notam submissionis, & signa exteriora imaginibus exhiberi, (siquidem Gregor. in illa epistola 53. concedit, ante imagines nos prosterni, non sicut ante diuinitatem;) sed adorationis nomine intelligunt internum affectum submissionis, quem putant non in imagine sistere, sed in exemplari ipsum referri, & transire.

Concilium Mogunt.

164

Durand.

Durandus uero docet, primum imaginem, ut res inanimata est, secundum se adorari non posse: deinde esse nihilominus ueram hanc propositionem, *crux uel imago adoratur eadem adoratione qua res representata improprie, & in hoc sensu, quia ad presentiam imaginis seu signi, fit commemoratio rei quam rememoratum adoramus.* Hæc sunt fere ipsius uerba. Id ipsum eodem modo docuerunt Holcot, & Picus Mirandulanus, qui meo iudicio, errore Iconomachiarum, illius etiam, quam ultimo loco commemorauimus, & cæteris omnibus inferior est, notari non debent. Neque enim hi Doctores inficiantur, piū esse imaginem osculari, ipsi caput aperire, & corpus inclinare: quod tamen omnes Iconomachi negant, etiam illi, qui ad memoriam solum imagines asserunt esse retinendas. Cur ergo hos

Holcot. Pi. Mir.

165

Explicatur dicta Patrum qui Iconomachis semiprobi uidebantur assenti.

Explicatur Durandus Holcot & Picus Mirandulanus.

VIROS.

viros pios & Catholicos inter Iconomachos annumerabimus.

Differentia
scripturae &
imaginis.

Neque Durandus imagines, scripturae in omnibus comparat. Nam quamuis, vt ex Gregorio paulò autè diximus, & supra in hoc libro disput. 3. cap. 4. ex Damasceno & Beda retulimus, imagines depictae sint veluti historia quaedam rerum gestarum, & scriptura rudioribus, & ignorantibus: scriptura tñ nō sacra ita nobis in memoriā Deum & alios Sanctos, quos adoramus, reuocat, vt ipsam communiter nō osculemur, aut coram ea procumbamus, vel alia signa submissionis, sicut imaginibus facere consueuimus, praebeamus, tamen id fieri congruè possit, sicut cuiquamque alteri rei, vt lib. 3. disp. 1. explicabimus.

Quòd autem Durandus, Picus Mirandulanus, & Holcot asseuerant, nempe osculum, inclinationem corporis, & alia signa esse propriè adorationem, cultum, & reuerentiam exemplaris, ipsius autem imaginis non, nisi improprie, & latiori significatione; in modo loquendi solùm, nō re ipsa aliquibus Catholicis aduersatur. Neq; enim hi auctores imaginibus denegant id, quod Patres & Concilia ab Iconomachis obtinere contēdebāt; signa videlicet illa reuerentiae & honoris, genuflexionem, nudationem capitis &c. Patres vero in septima Synodo non videntur multū curasse, an illa exterior nota, quā definiunt imaginibus esse exhibendam, sit dicenda adoratio, aut alio nomine nuncupanda, ad hoc solùm attēdentes, vt imagines cum signo aliquo exteriori reuerentiae, & submissionis tractentur; id quod in hūc modū Epiphanius in illa demōstratione paulò ante citata explicauit. *Quapropter non indignas habebimus eas (scilicet imagines) honore, salutatione, veneratione: debitamque adorationem illis dare debemus. Siue igitur placebit salutationem, siue adorationem appellare, idem profecto erit, modo sciamus, excludi latrām, hāc enim est alia à simplici adoratione.* Hāc Epiphanius. Et Tharastius in epistola ad Imperatores, quae habetur a cōsione 7. inquit. *Quae sanè adoratio (scilicet imaginibus exhibita) nihil est aliud, quàm saluatio, siue amplexum malis appellare.* Eodem modo loquendi vsus est Adrianus citatus

Nota verba
Epiphaniij
& Tharastij
de adoratione
nominis.

166

Epiph:

Thara.

167

citatus à nobis infra disputatione 8. cap. 1. non ergo curant, vtrum illud signū dicatur adoratio, an saluatio, vel amplexus, vel osculum, &c. Atqui Durandus non negauit, amplexari nos debere imagines, salutare & osculari atq; ipsis caput nudare; etiamsi dicat, illam non esse propriè adorationem imaginis, sed exemplaris.

Secundum fidem Catholicā sacris imaginibus cultum deberi, autoritate probatur.

C A P V T II.



Atholica veritas est, imaginibus deferendam esse adorationem, hoc est, signa seruitutis, & submissionis, amplexu, luminaribus, oblatione suffituum, capitis nudatione, &c. Eam verò testimonijs, Scripturae, Conciliorum, & Patrum, confirmare facile possumus. Nituntur autem in primis Catholici ex varijs locis Scripturae probare: nō quia in ea sit expressa: est enim de numero earum traditionum, quae in Scriptura expressae nō sunt, vt testatur Damasc. 4. de fide c. 17. sed quia ex Scriptura nō obscure deducitur. Quidā ex eo colligunt; quod Scriptura Exod. 25. tradit, imagines Cherubinorum fuisse iuxta arcam positas: & Numerorum 21. serpentem æneum coram populo Israel erectum: quibus omnibus existimant, cultum, ad adorationem ab illo populo exhibitam fuisse. Sed quia disput. 4. cap. 5. & 6. probatum satis est, figuras in veteri testamento non fuisse ad adorandum expositas, ideò hac probatione supersedendū iudicauit.

Damasc.
168
Exod 25.
Num. 21

Traditio de
Imaginū cul-
tu in scriptu-
ra non est ex-
pressa.

Alan.
Copus.

Psal. 98.
131.

Psal. 131.

Meliùs ergo probat Alanus Copus dialogo 5. cap. 8. ex illis Scripturae locis, quibus creaturę irrationali cultus adorationis tribuitur. Psal. 98. *Adorate scabellum pedum eius, quoniam Sanctum est:* Psal. 131. *Adorauimus in loco, vbi steterunt pedes eius:* quae duo testimonia fusiùs tractauimus disput. 4. cap. 4. His adde, Arcam fœderis, quae res inanima erat, semper cum reuerentia portatam, & collocatam: Psal. 131.

Probatio ex
Scriptura.

O Surge

Arca te-
stamenti se-
per habitacū
veneratione.

Surge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ.
Idem 2. Paralip. 2. Qua ratione Deutero. 10. separata fuit
tribus Leui, ex qua solum eligeretur Sacerdotes, & Leuitæ,
qui cum reuerentia ministraret Deo coram arca: & ipsam
reuerenter portarent. Atq; Iosue 3. cap. præcepit populo,
ne appropinquaret arca, ideoque percussus Oza obiit, 2.
Regum 6. cum tetigisset eam, quod ipse sacerdos nõ esset,
vt autor librorum de mirabilibus sacre Scripturæ apud
August. docet libro 2. cap. 12. vel, vt existimat Lyranus in
eum locum, quod eam in plastro posuisset, cum hume-
ris esset gestanda. Imò & 1. Regum. 6. ex Bethsaminis plu-
res occisi sunt, quia sine debita reuerentia curiosius eam
aspicere voluerunt. Si igitur rebus inanimis Scriptura ad-
orationem tribuit, non alia quidem ratione, quã in ho-
norem, & reuerentiam eorum, ad quæ referuntur: cur ima-
ginibus eadem quoq; ratione, relatione videlicet ad exē-
plaria, eam denegabimus? Quare nõ immeritò notauit dis-
putatione 4. cap. 4. non solum hæreticos nihil contra nos
ex Scriptura veteri posse allegare, sed ex ea etiam optimū
contra ipsos desumi argumentum.

Secundò probat Sanderus libro 2. de imaginibus cap.
1. ex alijs locis Scripturæ, quibus res quoque inanimæ ob-
relationem & ordinem ad aliquid, cui primoratio san-
ctitatis conuenit, sanctæ quoque dicuntur: Exodi 3. Terra
in qua stas, locus sanctus est: Exod. 12. dies Paschæ sanctus, sic-
ut alijs quoq; sancti, & venerabiles dicuntur: Exod. 28. ve-
stes sacerdotales sancte vocantur: Paulus deniq; 2. ad Ti-
motheum 3. Scripturam appellat sacras literas: quod verò
sanctum est, eo ipso venerandum est: nam sanctitati ve-
neratio & cultus reuerentiæ, seu adorationis debetur. Id-
circo Angelus Exodi 3. postquam dixit Moyfi; Terra, in
qua stas, terra sancta est, iussit soluere calceamenta de pe-
dibus suis, in signum honoris, & reuerentiæ. Sicut au-
tem res inanima secundum se sancta non est; sed ex ordi-
ne ad aliam, cui primò sanctitas conuenit, sancta nuncu-
patur: ita quoque non nisi relatione ad aliam, optimè ta-
men cum illa, adorari potest, & debet. Sic igitur eod-
dem.

2. Para. 2
Deut. 10.
169
Ios. 3.
2. Reg. 6.
1. Reg. 6

Sand.
170

Ex. 3. 12.
Exo. 12.
2. Tim. 3.

Exod. 3.

dem ordine, aut relatione, imagines sanctæ, & venerabi-
les congruè dicuntur; ac proinde relatas ad exemplar
in quo est per se sanctitas, & cum illo adorari, necesse
est.

Tertiò alijs probant ex illo Matthei 5. Nolite iurare per
cælum; quia thronus Dei est: neque per terram: quia scabellum
est pedum eius. Sicut enim sanctus Thomas 2. 2. quæstio.
89. articulo 6. dicit, iuramentum primò, & præcipue
ad Deum referri, secundò verò ad creaturam: eadē pro-
portione honor, & cultus iuramenti primò Deo defer-
tur; secundò verò creaturæ, quatenus per illam Deum
in testem adducimus: cuius veritas, in ipsa quoque crea-
tura relucet. Arque hoc modo ad librum Euangelio-
rum iuramentum præstituri reuerenter accedimus; &
submisionis quadam nota ipsum tangimus. Eodem er-
go pacto honor adorationis imaginibus deferri potest
propter exemplar, sicut rebus inanimis ratione diuinæ
veritatis honor iuramenti exhibetur. Quomodo autem
sit opus religionis iuramentum, quod per res inanimas
fit, ex ijs, quæ diximus libro 1. disputatione 6. cap. 4. &
in hoc libro disputatione 8. cap. 8. & 9. & 13. dicemus,
patebit. Est enim eadem ratio, atque de ipsarum imagi-
num Dei, aut Christi adoratione. Demum Nicephorus
Patriarcha Cõstant. in dialogo, cui titulus est, Orthodoxus,
vt ex Græco exēplari transfert noster Franciscus Turria-
nus libro 1. pro canon. Apostolorum cap. 25. probat his
verbis. Liqueat, Christum utpote qui debuit per omnia fratribus
assimilari, prototypum esse imaginis suæ: tametsi verbis scriptum
non sit. Quare cum querit hereticus, ubi scriptum sit de adoranda
Christi imagine, respondendum est, ubi scriptum esse, ubi scriptum
est, adorandum esse Christum: siquidem inseparabilis est a proto-
typo effigies eius. Id quod disputatione 8. perspicuum fiet:
ibi namq; ostendemus, quomodo imagines animo & af-
fectu, nunquam ab exemplari separantur; cum eis hono-
rem exhibemus: sed totam adorationem, & cultum ex-
ternum, quem ipsis tribuimus, animo & affectu in exem-
plar transmittimus. Quare si ex Scriptura constat, exem-

Mat. 5.
171
S. Tho.

Niceph.

Franc.
172

De cultu iurā-
ramenti obi-
ter quomodo
creaturis tri-
buatur.

plar (Christum scilicet) esse adorandum; vt satis manifestum est, aut etiam homines sanctos; vt 1. lib. disputatione 5. cap. 2. demonstrauius; dubio procul, & ipsa imago coniuncta adoranda est: imo erit id, per quod adoratio ipsi exemplari applicatur, & exhibetur; vt ibidem explicabitur. Et haec de primo genere confirmationis.

Probatio ex Conciliorum decretis

Secundò loco, ex definitione Conciliorum probatur. In primis exstat canon Apostolorum pro imaginibus; de quo multa Turrianus lib. 1. pro epistolis canonicis cap. 25. & Franciscus Feuardentius in lib. 1. Iren. cap. 24. annotatione 15. deinde canone 82. sextæ Synodi, imagines recipiuntur: de quo satis superq; dictum est in hoc lib. disputatione 3. cap. 2. Eadem veritas definita est in Concilio Romano sub Gregorio 3. vt autor est Sigibertus in suo Chronico anno 733. in quo ferè mille Episcopos asserit fuisse congregatos: idem sub anno 766. & Amoinus vel Annonius in annalibus, vel de gestis Francorum lib. 4. cap. 67. A do Vienensis, Regino in suis Chronicis sub anno 766. & Paulus AEmilius lib. 2. de gestis Francorum scribunt; sub Pipino rege coactam fuisse Synodum in villa Gentiliacensi, vt questionem de Trinitate inter Græcos & Latinos determinaret: in qua imaginum quoq; adoratio definita est. Aliã deinde habitam fuisse Romæ, sub Stephano 3. pro cultu etiam imaginũ, narrant idem Sigibertus sub anno 768. Paulus AEmilius libro illo secundo, & Blondus AENEADE 2. lib. 1. eiusq; sæpenumero facit mentionem Adrianus in scripto illo de imaginibus: eiusdem meminit Sabellicus AENEADE 8. lib. 8. coactam tamẽ fuisse sub Paulo 1. assererat. Post hæc omnia Concilia, celebratum est Nicenum 2. quod septima Synodus appellatur: fuit autem vniuersale, post annum Domini 788. illius meminerunt Paulus Diaconus, Cedrenus, & Zonaras, Photius Patriarcha in epistola ad Michaelem principem Bulgarorum, quæ habetur ante septimam Synodum, cæteriq; Historici, omniũ tamẽ locupletissime, Sander. li. 2. de imaginib. c. 5. Habuit quidẽ Legatos Põtificis, triũ Patriarcharũ,

Ale-

173

Turri.
Feuard.

Concil.
Rom.
Sigibert.
Amoi.
A do.
Regino
Paul.
A Emil.

Synod.
Gentilia-
censis.

174
Paul.
A Emil.
Blondus.

Sabellicus
Palu.
Diacon.
Cedrenus
Zonar.
Photius.
Sanderus.

Concilium Ni-
cenum secun-
dum seu sep-
tima synodus
quando cele-
brata.

Alexandriæ, Antiochiæ, & Hierosolymitani, & ipsum Patriarcham Constantinopolitanum, vt constat ex subscriptionibus confessionis fidei; & narrat Phorius. Teste autem Cedreno, & Sigiberto fuerunt Episcopi 350. Photius autem inquit fuisse 367. consensitq; Imperator Cõstantinus. In eo verò Cõcilio actio. 7. in definitione fidei, hæc veritas Catholica traditur: in cuius confirmationem quamplura Patrũ testimonia in cæteris antea actionibus in medium allata fuere. Postremò Concilium Trident. sessione 25. in decreto de Reliquijs, & Veneratione Sanctorũ, paucis quidẽ verbis, disertis tamẽ & fœcundis, id ipsum definit. Si qua vero Concilia esse videntur, quæ oppositũ definiant, postea in medium afferemus, & examinabimus.

Trid.
175

Damas.

Tertiò ex Patribus pro hac veritate plurima congerit testimonia Damasc. oratione 1. 2. & 3. de imaginibus: multa etiam habet septima Synodus in sex primis actionibus; quæ ad hæc stabiliendam veritatem magno cum omnium applausu lecta, & audita fuerunt. Ex his atq; alijs permulta, quæ non solum ad hanc doctrinam confirmandam, sed etiam ad id, quod disputatione 8. dicturi sumus, pertinere videntur, ibi recitabimus. Ex quibus omnibus colligitur constans & antiqua Ecclesiæ traditio de imaginũ cultu, & adoratione: quæ licet non sit in Scriptura expressa, vt testatur Damascenus lib. 4. de fide cap. 17. ex ipsa tamen, & communi Patrum consensu, in prædictis Concilijs meritò fuit definita. Et quamuis eam cõparet Damascenus alteri traditioni, qua Ecclesia consuevit, semper ad Orientem orare, ac proinde templa versus eam partem constituere: non tamen eo comparat, quod æqualis pòderis sint. Neque enim orare versus aliam partem, aut tẽpla edificare peccatum est: quare si quis assereret, id sine peccato fieri posse, non erraret. At imagines non adorare, scelus & crimen; id verò prædicare, aut docere, intolerabilis error iudicaretur: in eo ergo solum comparat

Probatio ex patribus.

Exponitur
locus Dama-
sceni.

176

Damascenus, quod vtraq; in Scriptura expressa non est.

(. .)

O 3 Idem



V M hæc Catholica doctrina non in mysterio aliquo supernaturali, sed in moribus posita sit; optimis quoque rationibus moralibus, ex ipsa met natura rerum petitis, eam probare possumus: paucis solum suppositis, quæ aut ex historijs perulgata sunt, aut etiam hæreticis probantur. Prius ergo præmittimus, Deum, & Christum, cui imagines & statuas erigimus, honore & cultu adorationis dignum esse; quod nullus inficiatur. Supponimus etiam, sanctis hominibus honorem & reuerentiam plusquam civilem, ratione sua sanctitatis deberi: quod licet aliqui Iconomachi, non tamen omnes, negarunt: vt notauit libro 1. disputatione 5. cap. 1.

Prima ratio ex miraculis in gratia imaginum factis:

His verò positis prima ratio ex miraculis, in honorem imaginum factis depromitur. Nam cum Deus multa dignatus sit huiusmodi miracula operari; signum est manifestum, voluisse etiam imagines in honore, & reuerentia haberi. Miracula verò aliqua facta referuntur in septima Synodo actio. 4. in epistola Germani Patriarchæ ad Thomam circa finem illius & per totam actionem: ex lib. Athanasij de passione imaginis: ex lib. Leontij Episcopi: ex alio etiam de miraculis Cosmæ, & Damiani: alia quoque miracula referuntur actione 5. circa finem. Memorabile tamen est illud, quod narrat Eusebius lib. 7. cap. 19. de Hamorroissa, quam Dominus sanauit. Cū enim in memoriã tanti beneficij, Christo domino statuã crexisset; ex basi, super quam statuam collocauerat, herba quædam ignota oriebatur; quæ vbi ad fimbriam vsque vestimenti ipsius statuę creuisset, mirabilem virtutem contra omnes morbos habebat. Addit verò Sozomenus lib. 5. cap. 20. & Theophylactus in cap. 9. Matth. cum Iulianus Apostata inde statuã amouisset, & suam imposuisset; illico igne de cælo demisso caput statuę abscissum fuisse. Cumque non solum

De imagine quæ Hamorroissa Christo crexit.

7. Synod. Germanus Patriar. Athan. Leontius.

Euseb.

Sozom. Theophi.

178

per

per multa Deus miracula per imagines fecerit; sed etiam illa ostenderit, aut contra eos, qui indignè imagines tractabant, aut in gratiam eorū, qui honore ipsas prosequerentur, manifestè indicauit, eo animo & fine fecisse; vt imagines ipsæ in veneratione haberentur.

Sed obijciunt hæretici nostri temporis, eadem ratione adoranda esse omnia instrumenta, quibus Deus miracula aliqua edidit: verbi gratia aquam Iordanis, quæ Nahaman à lepra mundauit; sputum, quo Christus sanauit cæcum, &c. Hoc eodem argumento vtentur autores libri, qui vulgò dicitur Carolinus: vt constat ex scripto Adriani de imaginibus cap. 54. Respondent quidam, hæc omnia non esse quidem adoranda, idque hæreticis libenter concedunt: nihilominus optimè colligi ex miraculis factis per imagines, ipsas esse adorandas & colendas. Miracula enim facta sunt, aut in gratiam eorum, qui ipsas colebant, vel contra eos, qui eas ignominiosè tractabant. Cum ergo imagines esse adorandas ex miraculis probamus, nõ contendimus, ipsas esse adorandas ratione dignitatis, quam ex miraculis sint consequutæ; sed propter exemplar, quod representant, in cuius gratiã miracula edita sunt. Quare nõ licet argumentari hoc modo. Res, per quas Deus operatus est miracula, non sunt adorandæ: ergo nec imagines. Nam per alias res, nõ ideò Deus miracula edidit; vt ad eas adorandas nos prouocaret: at per imagines hoc animo & fine fecisse constat: quia aut in gratiam eorum, qui eas colebant, aut contra eos, qui ipsas malè tractabant, operatus est.

179

Ego quidem existimo, argumento satisfieri hoc modo: hoc est, sufficienter hac ratione demonstrari, ex vno ad aliud non licere argumentari: ac proinde consequentiam illam inanem esse; etiamsi verum esset assumptum. Cæterum quod Catholici aliqui concedunt, & docent, videlicet, non omnia, per quæ Deus miracula patrauit, adorari posse, plane fallum videtur. Tum quia, vt in libro 3. disputatione 1. probabimus, nulla est res mundi ex sententia Leontij, quem sapius citauimus, quam sincerè

Vtrum omnia instrumenta quibus Deus miracula fecit sint adoranda. Solutio quorundam.

Responso auctoris.

O 4 adorare

adorare non possumus: & in ipsa Deum. Tum etiam quia
 si lutum illud, quo Christus sanauit cœcum, apud nos ef-
 180 fet, magna id certè cū ueneratione vnusquisque super o-
 culos suos ponere curaret: idemq; de aqua Iordanis, qua
 Nahamam mūdatus à lepra fuit, dicendum est. In spūto
 quoq; est peculiaris quædā ratio uenerationis; nec enim
 solum fuit instrumentum miraculi; uerum etiam cum ex
 salua Christi fuerit compositum, pro reliquijs ipsius uene-
 randum esset. Nec alia certe ratione uirga Aaron serua-
 batur in arca, & cum reliquis, quæ ibi erant, adorabatur;
 nisi propter miracula per ipsam edita. Cumq; vsque ad
 hodiernum diem Romæ in Ecclesia Lateranen. ea esse di-
 catur, & ostendatur populo, ab omnibus osculo, & genu-
 flexione, sicut alia reliquia Sanctorum, colitur. Quod si
 haberemus baculum Gregorij Thaumaturgi, quo fluuium
 illum omnia inundantē detinuit: quis non illum adora-
 ret, & ueneretur? Hoc ipsum Gregorius Papa in episto-
 la ad Germanū Patriarchā Constantinop. quæ habetur in
 septima Synodo actio. 4. egregie tradit. Ostendens enim,
 quantum distet Christianus populus ab idololatria, quam
 Iudaicus aliquando sectatus est, ante finē epistolæ, ita scri-
 bit. *Vtinam sacrum altare illi placuisset, & non vacca Samaria:*
utinam uirgam Aaron aspexisset, & non Astarten: profecto lon-
gè honestius, & iustius fuisset illis petram, per quam Deus aquam
dedit salutare, quàm Baal. Vbi nomine salutationis & aspe-
 ctus, intelligit adorationem. Nam, ut cap. 1. uidimus, non
 curant Patres, an saluatio, uel adoratio dicatur, quæ ima-
 ginibus & rebus sacris externis & inanibus defertur. Cū
 ergo dicat, honestius & iustius fuisse futurum, si populus
 illa adorasset, sensibusque dubio, eis adorationem meri-
 to potuisse exhiberi.

180

Gregor.

181

Secūda ratio.

Secūda ratio. Regis imago, ob ipsam regiā dignitatē,
 quam representat, in honore habetur: ergo imago etiam
 sancti uiri ob sanctitatem adorari potest. Est sanè apud
 Christianos discrimen hoc, quod statuæ, aut imagini Re-
 gis nūquam signa submissionis, aut seruitutis, humiliatio-
 nem scilicet corporis, & alia id genus exhibemus: sed tan-
 tum

Differentia
 inter imagi-
 nem Regis
 & sancti.

tū in honorifico loco collocamus: at imagini Sancti alicuius
 hæc signa libenter præbemus. Puto autem, meritò hæc
 182 fuisse introductam differentiam, ne pari honore uide-
 mur, & Regem, eiusque statuam, atque Sanctum, & ipsius
 imaginem uenerari: ob stare tamen nihil uideo, quo minus
 & imagini Regis, sicut ipsimet Regi in propria persona,
 hæc signa exhibeamus: quare & Sanctorū imaginibus ta-
 lis cultus iure debetur.

Respondent hæretici centuriatores, statuas martyrum
 propter ipsorum absentiam, quia ubiq; esse nequeunt, a-
 183 dorari: Deus autem ubique est præsens. At responsio fri-
 uola est. Primū, quia hic etiam agitur de imaginibus san-
 ctorum hominum, qui non sunt ubique: tamen in beati-
 tudine existentes, reuelatione peculiari optimè uideant
 animos fidelium, qui ipsos adorant. Tum etiam, quoniam
 hic non contendimus, utrum debeat fieri imago Dei, de
 quo satis dictum est disp. 3. huius lib. cap. 4. atque demō-
 stratum, hæc rationē, quod scilicet Deus ubique sit, nihil
 ob stare, quo minus ei similitudinem effingamus: sed nunc
 quærimus, an imago semel facta, ueneratione & reueren-
 tia digna sit. Ad hæc sicut imago Regis, etiam coram ipso
 Rege, non minus honorari debet, quàm in absentia il-
 lius: nec minor, imo maior esset irreuerentia, ipso præsen-
 te, malè eam tractare: sic etiam Dei imago, etiāsi ipse ubi-
 que præsens sit, adorari debet: & iniuria ipsi illata, eo ma-
 ior est, quod ipse ubique præsens est, & omnia intuetur.

Prior solutio
 hæreticorum.

Respondent deinde hæretici, adorationem illam ex-
 hibitam statuæ Imperatoris aut Regis, esse tantum ciuilem
 cuiusdam & politici cultus, quem etiam hæretici nostri
 184 temporis, non negant Sanctis, ut 1. lib. disput. 5. cap. 4. ui-
 dimus, secus de adoratione sacra, quam nos contendimus
 Sanctis esse tribuendam, ut ea disputatione cap. 2. proba-
 uimus. Sed vim argumenti non attendunt: argumentamur
 enim à simili, supposita doctrina contra ipsos tradita in
 ea disputatione. Nā si statuæ Regis adoratio ciuilem opti-
 mè tribuitur, quia Regi solum ciuilem cultus debetur: ea-
 dem ratione imaginibus Sanctorum sacra adoratio con-

Posterior so-
 lutio hæreti-
 corum.

cedi debet, siquidem ipsis cultus sacer est deferendus, ut ibidem probatum manet: aut saltem imagini Christi, quæ sine dubio ipsi hæretici cōcedūt adoratione plusquā civili, imo latriæ dignum esse.

Tertia ratio.

Iniuria imaginis redundat in prototypum.

Tertia ratio. Sicut indecorum est, malè tractare alicuius Regis imaginem, quia iniuria imagini facta in ipsum Regē deriuatur: sic etiam honestum est, imagini cultum adhibere; quādo exemplari debetur, quia honor imaginis in ipsum transit: cum verò Sanctis secundum veram doctrinam, aut saltem Christo, in omnium etiam hæreticorum sententia, honor plusquā civilis debeat: sequitur Iconomachos imagines Sanctorum, & Christi malè tractantes, in ipsum Christum, & Sanctos iniuriosos esse. ac proinde cultū, & adorationem ipsis exhibere, iustum esse, & honestum. Hac ratione usus est Simon Stilita in Epistola. 5. ad Imperatorem Iustinum iuniorem, quæ refertur in septima Synodo actione. 5. non longè à principio. Ibi enim suadet Imperatori, ut seuerè animaduertat in eos, qui sacras imagines malè tractauerint: sicut etiam leges grauissimam penam illis decernunt, qui statuā Imperatoris ignominia affecerint. Sufficit demū pro hac catholica veritate id, quod optimè animaduertit Sanderus lib. 1. de imaginibus capite ultimo, lateque prosequitur: oppugnatores videlicet omnes imaginum, aut alias hæreticos, aut Samaritanos, aut Iudæos, aut Mahumetanos, aut magicis artibus deditos: cōtra verò, imaginum propugnatores, pios, modestos, & doctos semper fuisse.

Quarta ratio.

184

Simō Stilita.

Sander.

185

Quibus Scriptura testimoniis hæretici impugnant adorationem imaginum.

CAPVT IIII.



IRVM est, quot, quantisque machinis, & figmentis Calvinus, & hæretici centuriatores doctrinā ad eū certam, & bonis moribus probatam labefa-

labefactare, atque ex mentibus hominum quasi naturaliter insitam euellere conati fuerint. Quæ quanuis sigillatim referre, quòd sine prolixitate fieri nequeat, molestum videatur, ut tamen ipsorum ora obstruantur, non infructuosum fore iudicauit.

186

Sapie. 13.

Daniel. 5.

Tertull. Athan.

Exod. 32.

187

Psal. 105. Deut. 32.

D. Tho.

In primis ergo obiicit nobis Calvinus Scripturam veteris testamenti, ubi adoratio sculptilium prohibetur: affirmat enim Scriptura, non tantum prohiberi adorationem simulacrorum, quæ pro Diis habeantur: sed quodcunque etiam genus adorationis imaginum, & statuarum. Id verò probat ex eo, quòd nec populus Iudaicus, neque Gentilius vnquam sculptilia, & simulacra, pro Diis veneratus sit: quare omne genus statuarum, & imaginum Iudæis inquit interdictū fuisse, quia in deserto idololatriæ peccato, sculptiles, & conflatile statuas quoquomodo adorauerint: non quòd eas pro Diis habuerint. Verum tam gentes, quàm Iudæos, simulacra ipsa, & sculptilia pro Diis coluisse, facile probari potest. Primum de Gentibus, Sapientia. 13. dicitur: *Appellarunt Deos, opera manuum hominum, aurum, & argentum, artis inuentionem, & similitudines animalium, & iterum, Non erubescit loqui cum illo, qui sine anima est, & pro sanitate quidem infirmum deprecatur, & pro vita rogat mortuū: & multa alia, quæ hanc veritatē confirmant.* Danielis cap. 5. *Bibebant, & laudabant Deos suos aureos, & argenteos: id quod latè prosequuntur Tertullianus in Apologetico capite. 12. & Athanasius oratione in idola. De Iudæis verò patet: nam omnino obliti verum Deum, qui eos eduxit de Aegypto, vitulum conflatilem pro Deo adorauerunt, Exod. 32. Ad Aaron enim dixerunt: *Fac nobis Deos, qui nos precedant: Et conflato vitulo, dixit Aaron ad populum, *Hi sunt Dñi tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti.* Eius etiam fit mentio Psalm. 105. *Fecerunt vitulum in Oreb.* Deuteronomij etiam. 32. dicitur, *Immolauerunt Dæmoniis, & non Deo: Et iterum, *Deum, qui te genuit, dereliquisti, & oblitus es Dei creatoris tui.* Frustra ergo contendit Calvinus, Iudæos semper verum Deum coluisse. Nihilominus verissimū est id, quod tradit Doctor Angelicus. 3. parte quæst. 15.***

Obiectio hæreticorum ex Scriptura.

Solutio. Iudæos, & gentes simulacra pro Diis coluisse.

articu-

art.3.ad 2. scilicet vel Gentiles pro Dijs habuisse ipsamet simulacra, putantes, in illis numen aliquod latere; cum illis responsa darent: vel saltem in illis coluisse, & pro Dijs dæmonem, aut perditissimos homines habuisse, vt optimè ostendit Athanasius loco allegato: vtrumq; verò longè abest ab vsu, & ritu Ecclesiastico, quo Fideles imagines adorant, nihil excellentiæ in ipsis constituentes; sed in exemplari, scilicet Deo, Christo, aut sanctis hominibus affectu collocantes, ut disput. 3. explicabitur.

Obijciunt contra idem Patrum testimonia,
& rationem.

C A P V T V.

Prima obie-
ctio ex Ire-
neo & Epi-
phanio.



Einde obijciunt nobis aliquos Patres. Primum Ireneum libro 1. cap. 24. in sine, vbi inter alios Carpocratis, & Gnosticorum errores, eam heresim refert, quòd haberent imagines quasdam Christi depictas, & eas coronarent. Epiphanius quoq; heresi 79. statuas, & imagines, atque earum cultum, & adorationem damnat. Ad Ireneum responderet optimè Franciscus Feuardentius annot. 15. ideò cum errorem Carpocrati ascribi ab Ireneo, quia imaginem Christi inter alias philosophorum imagines haberet, vt ex textu ipsius constat: & quòd ipsam coronaret, & more Gentilico, nõ Christiano coleret. Quæ verò fuerit Gentilium consuetudo, & ritus imagines adorandi, explicuit Epiphanius heresi 27. vbi eorundem referens errorem inquit. *Cum quibus (scilicet Protagora, Aristotele, &c.) Etiam alias imagines Iesu collocant, collocatasque adorant, & Gentium ministeria perficiunt. Erectis enim his imaginibus, de cetero Gentium mores seruant. Quæ verò sunt Gentium mores alij, quam sacrificium, atque alia?* Idem habet Augustinus de hæresibus cap. 7. eorum enim putat errorem fuisse, quia eas adorarent, & coram ipsis incensum ponerent: adorationis verò nomine intelligit eam, quæ Deo exhibetur: incensum autem, tanquam sacrificium Deo ima-

Athan.

188

Ireneo.

Epiph.

Feuar.

189

Aug.

imaginibus ab ipsis offerri, asserit. De testimonio verò Epiphaniij heresi illa 79. satis diximus lib. 1. disputatione 7. cap. 2.

Alan.
Copus.
Sixtus
Sen.

190

Secundò allegant Ambrosium, qui oratione de obitu Theodosij inquit. *Helena crucem inuenit: Regem adorauit, non lignum vtique, qui est error Gentilium.* Respondent Alanus Copus dialogo 4. cap. 19. & Sixtus Senen. lib. 5. Bibliothecæ sanctæ annotatione 247. Ambrosium non negasse cruci omnem adorationis cultum; siquidem ibidem tradit, crucem Christi fuisse ab Helena eleuatam, & signum illius positum in capite Regum: & sermone 56. asserit, ita crucem Christi esse in Ecclesia, sicut arborè in nauì, vt sine illa consistere nõ possit: sed docere voluisse id, quod disp. 8. cap. 13. fusiùs explicabitur, nimirum Helenam, non adorasse lignum crucis, & materiam illius, more Gentilium, in ea affectum suum collocando, sed per eam, idest, eam osculando, in Regem ipsum Christum internum seruitutis affectum, & animum intendisse: quo pacto plures quoq; alij Patres loquuntur; vt eo loco videbimus. Adoratio enim aliquando pro affectu interno seruitutis & patriæ accipitur, vt 1. lib. disputatione 1. cap. 1. & disputatione 5. cap. 3. in 4. argumento notauimus: & quest. 8. huius libri cap. 12. dicemus.

Sixtus
Sen.

191

Tertiò afferunt Hieronymum in cap. 3. Danielis, qui ait cultores Dei imagines adorare non debent. Respondet idem Sixtus, cum loqui de imaginibus & statuis, quas Gentes suis Regibus adhuc viuis effungebant, vel in publico loco collocabant: qualis fuit illa Nabuchodonosor Daniel 3.

Quartò loco adducit Augustinum lib. de moribus Ecclesiæ cap. 34. vbi inquit. *Noni multos esse sepulcrorum & piratarum adoratores, &c.* Quos cum alijs multis eò loci Augustinus reprehendit. Quidam respondent, librum illum scriptum ab Augustino, cum recens adhuc ad fidem conuertus esset: & ideò offensum quibusdam ritibus, putalle eos sapere idololatriam: quos tamen postea melius instructus, excusauit. Nam sepulcrorum adoratores, eos videtur

Secunda obie-
ctio ex Am-
brosio.
Locus Am-
brosij de Cru-
cis adoratio-
ne exponitur

Tertia obiec-
tio ex Hier.

Quarta obie-
ctio ex Aug.
Solutio quo-
ruundam.

Sepulcrorum
adoratores.

ibi

Solutio auto.
Conciliantur
duo Augu.
loca.

De epulis su-
per sepulcra
Martyrū po-
sitis.

ibi appellare, qui epulas super tumulos mortuorum pone-
bant, quos tamen postea lib. 8. de ciuitate Dei cap. ultimo
excusat. Verum si attentè legatur August. luce meridiana
clariùs apparebit, id quod dixerat in libro de moribus Ec-
clesiæ, nullo modo in illo 8. de ciuitate correxisse, aut re-
tractasse: quod si fecisset, meminisset profectò in libro re-
tractationum. Nam quæ scripsit Prasbyter, & postea Epif-
copus in aliis libris recantauit in libris retractationum, in
vnum collegit. Loquitur ergo in illo libro 8. de ciuitate de
ijs, qui honore aliquo sepulcra Martyrum prosequébatur;
quos summoperè commendat: eos verò excusat, qui super
Martyrum sepulcra epulas deferébant, sicut ipse testatur 6.
confessionum cap. 2. matrem eius fecisse: quod eas, nõ sa-
crificij gratia deferrent, sed vt ipsorū intercessione, à Deo
benedicerentur: statim namq; auferebant, vt illis benedi-
ctis vescerentur, & pauperibus erogarent. Libro autem de
moribus Ecclesiæ, sicut loquitur apertè de cultoribus se-
pulcrorum, non Martyrum, sed quorumuis mortuorum,
super quorum sepulcra, dicit eos luxuriosè bibere, & mā-
ducare, & suas voracitates religioni tribuere: eodem pa-
cto intelligit adoratores picturarū intelligit, nõ Dei, Chri-
sti, aut Sanctòrum, sed quoruncūque: & eos iure reprehē-
dit, quòd cum Christiani essent, indiscriminatim quasuis
imagines ad sepulcra positas colebant, & more gentilico,
religionis cuiusdā prætextu, voracitate super sepulcra cõ-
taminabantur: sic videtur intellexisse illum locum de mo-
ribus Ecclesiæ Alanus Copus dialogo 4. cap. 7.

Quinto opponunt nobis Gregorium lib. 7. Epistola 54.
& 109. & lib. 9. Epistola 9. qui asserit, imagines non esse a-
dorandas. Respondet optimè Alanus 4. illo dialogo cap.
19. Gregorium solùm reprehendere adorationē, quæ ima-
ginibus secundum se more gentilico, tanquā Diis, tribue-
batur. Ipse enim Gregorius in Epistola 53. fatetur, nos ante
imaginem Christi meritò prosterni, illum tamen adoran-
tes, quem per imaginem, aut natum, aut passum recorda-
mur, de quo testimonio plura dicemus disputatione 8.
capite 13. Patet ergo ex sententia Gregorij, imaginibus nõ

tam

192

Alan.
Copus.
Gregor.

Alan.
Copus.
193

Eusebius.

Jonas.
Aure.
194

195

tam illam submissionis, & reuerentiæ deberi: quod nisi
ita esset, non tam seuerè increpasset Serenum Masliens-
sem Epistola illa 9. & 109. citatis, quia imagines confregit-
set, ne populus cultu idololatriæ ipsas coleret: repre-
hendit autem, quòd eas fregit, cum posset illis serua-
tis, tanquam historiis, & literis, populum instituere,
vt ante ipsas procumbentes, animum in exemplar in-
tenderent.

Demum suum errorem confirmant ex Epistola Euse-
bij Casarien. ad Constantiam Augustam petentem Chri-
sti imaginem, cuius verba refert Sixtus Senens. loco nuper
allegato. Sed vt ipse respondet, Epistola illa reiecta, & re-
probata fuit à septima. Synodo actione 6. & inter impia
scripta illius auctoris nondum retractata, connumerata
fuit.

Obiicere etiam posset aliquis, Ionā Aurelianen. libro
1. de adoratione imaginum in 5. tomo Biblioth. sacrae, qui
Claudio Taurinensi arguenti ex veteri testamento, vbi
Deus adorationem sculpsilium prohibuit, sic respondet:
Negare [non poteris, quin similitudines caelestium, terrestriumque
creaturarum extiterint (scilicet Cherubini Sanctuarij) & si
illa non à Deo ad adorationem, sed vt typos futurorū præenderēt,
sunt facta. Sinatur a te imagines Sãctorū, nõ vt adorētur, sed potius
vt quãdam pulcritudinem reddant, et quarundam præteritarum
rerum memoriam sensibus imperitorum ingerant, in Ecclesiis depin-
gi. Creaturam verò adorari, eique aliquid diuinæ seruitutis impen-
di, nefas ducimus. Respondetur tamen, Ionam non ad solū
ornatum, aut recordationem imagines relinquendas esse
docuisse, sed etiam ad adorationem, vt eas scilicet oscule-
mur, caput inclinemus, & alia signa submissionis eis
præbeamus. Id enim sæpius docet in illis libris: so-
lūm autem ipsis negat adorationem, quæ in affectu di-
uinæ seruitutis consistit, & est latria in spiritu. Quo-
modo autem hæc non possit imaginibus deferri quæf. 8.
latiùs explicabitur.

Postremò hac ratione argumentantur hæretici. Imago
est res inanimata, & rationis expers: nõ est ergo adoratio-

nis

Sexta obie-
ctio ex Euse-
bio.
Solutio.

Septima obie-
ctio ex Iona
Aurelian.

Solutio.

Ratio heretiq.

nis & honoris capax. Sed quanti momenti hæc ratio sit contra Catholicos, qui nostro tempore nouū genus adorandi imaginem ab exemplari diuiliam introduxerūt, disputatione 8. cap. 8. non obscure monstrabimus: quam uerò debilis & infirma, contra communem Scholasticorum & Patrum sententiam, qui docent nūquam per se, aut secundum se, sed cum exemplari coniunctam adorari; non minus perspicuè apparebit.

Argumentum contra imaginum adorationem ex libris Carolinis.

C A P V T VI.



Magni faciūt Calvinus lib. 1. institutionum cap. 11. & Centuriatores Centuria 8. cap. 9. libros, quos appellant Carolinos: qui anno Domini 1549. in lucem prodierunt, & à Carolo Magno contra septimam Synodum Nicenam secundam compositos, ipsi comminiscuntur, quibus Iconomachia pro uiribus defenditur, & omnis imaginum cultus damnatur: allegant ergo pro suo errore Christianissimum Regem Carolum, quod ipse quoq;, contra imagines pugnauerit.

Caluin.
Centur.

196

De libris Carolinis ex Sanderi & Alan.

Ceterum, hoc esse maximum mendacium, & libros illos non esse Caroli, imo nec auctoris, cui fides sit habēda; optimè demonstrant Sanderus, lib. 2. de imaginibus cap. 5. & Alanus Copus, dialogo 4. cap. 19. qui sanè fatentur, librū antiquum esse, scriptum quoq;, tempore Caroli Magni, ut disput. 7. cap. 6. ex quodam fragmento Hincmari deducemus. Vtrū autem, ipso iam mortuo, uel adhuc uiuente, non uult Alanus in quæstionem uocare: negat tamen ab eo compositum, uel etiam approbatū, sed solum ad ipsum inscriptum esse censet: uerumtamen, quod, uiuente adhuc Carolo Magno, editus fuerit, ex prima ratione perspicuū fiet.

Sand.

Copus
Ala.

Primò ergo probant, non fuisse librum à Carolo compositum: exstat enim confutatio huius libri, ab Adriano 1. ad Ca-

1. Ratio.

197

ad Ca-

Laurentij Suri.

ad Carolum Magnum conscripta, quæ habetur in tomis Conciliorum, post septimam Synodum, industria & opera Laurentij Suri, anno Domini 1567. excusa; cuius aliqua fragmenta erant apud Iuonem 4. parte sui decreti cap. 83. 126. 128. 141. 225. & 229. Romæ etiam in Bibliotheca Vaticana seruatur huius libri antiquissimum exemplar manu scriptum, & integrum, ex Gallia nuper ad Gregorium 12. Pontificem missum: iamq;, in 2. tomo epistolarum Pontificum inter epistolas Adriani excusum habemus. Nam Laurētius Surius aliquibus in locis defectuosum edidit, quòd integrum aliquod exemplar, ut ipse testatur in præfatione illius, non habuerit. Ex quo etiam constat, librum illum, quem Carolinum appellant, missum fuisse ab ipso Carolo Magno ad Adrianum per ministrum suæ Capellæ, certè non alia de causa, quam ut ipse pontificia sua auctoritate responderet, & confutaret; quidq; credendum esset, definiret. Sciebat enim Carolus, septimam Synodū, contra quam liber conscriptus fuit, ab Adriano paulò antè fuisse approbatam: quòd si ipse libro illo contenderet, septimam Synodum damnare, non mitteret ad Adrianum, à quo eam approbatam esse nouerat. Fuerunt autè multi autores illius libri, ut ex scripto Adriani, multis in locis colligitur. Et quia per capita distributus est, ea de causa ipse Adrianus passim capitulare appellat, ut ex præfatione scripti Adriani constat. An uerò in Concilio Francofordien. fuerit cōpositus, & approbatus, disputatione sequenti examinabimus.

198

Secundò id ipsum probatur. Nam post Conciliū Francofordien. mortuo Adriano 1. ob impietatem Græcorum Imperatorum Leonis, & Constantini, qui contra imagines acriter pugnarunt, à Leone 3. Pontifice Carolus Magnus in Imperatorem Romanorum in Occidente electus fuit, & coronatus, ut scribunt Zonaras, & Cedrenus: quis autè credat, ea occasione ipsum electum, & coronatum, si paulò antè Iconomachus, & Doctor Iconomachix fuisset?

Carolus cur miserit librum de imaginibus ad Adrianum.

Secunda ratio Carolus propter Iconomachiam orientaliū ecclesie imperator. Tertiatio.

Alan.

Tertiò confirmatur. Nam ut benè notauit Alanus, Carolus initio sui Regni, misit ad Conciliū Lateranen. sub P Stephano

Stephano Papa, duodecim delectos Episcopos, in quo damnata est septima Synodus, sic falso dicta, sub Copronymo, teste Paulo Aemilio lib.2. historiae Francorum, & alijs iam allegatis: non est ergo credendum, Carolum tam cito in Iconomachum transformatum.

Quarta ratio.

Quarto, ut animaduertit Sanderus, ex nullo scriptore proferri potest vel minimae alicuius seditionis indicium, circa imaginum adorationem tempore regni Caroli Magni: fuisset autem non minor, quam in Oriente, tempore Leonis Isaurici & Constantini Copronymi, si ipse Carolus librum illum approbasset

199

Sander.

Quinta ratio.

Claud. Taurinensis Iconomachus.

Quinto, quia licet tempore Ludouici Pij, qui Carolo successit, Claudius Turrinen. imagines e templis deleuerit; id tamen facere ausus non fuit tempore Caroli Magni, quod illius pietatem optimè nosset, ut testatur Ionas Aurelianen. illius temporis autor in epistola ad Carolum Caluum filium Ludouici Pij, quae habetur ante libros ipsius de cultu imaginum in 5. tom. Bibliot. sacrae. Qui subinde laudat Ludouicum Pium Imperatorem, quia imitatus parentis sui Caroli Magni in iuuanda Ecclesia fidem, & pietatem, librum huius Claudij damnauerit; id quod nequaquam diceret, si Carolus Magnus Iconomachus fuisset. Refert etiam in eadem epistola Ludouicum Pium ad ipsum misisse librum quendam Claudij Taurianen. in quo hic error continebatur, ut illum confutaret: id quod Ionas prestiterit, quanquam ad Ludouicum Pium confutationem mittere non potuit. Nam is breui post tempore, vita functus, decessit. Ea tamen postea ad Carolum Caluum filium Ludouici Pij mittere destinauit: Ludouicus vero parentis sui Caroli Magni, pietatem imitatus est; qui ad Adrianum primum capitulare illud contra septimam Synodum, eadem de causa, non multo ante miserat. Ex quo etiam medicum aliud hereticorum nostri temporis deprehenditur, qui asserunt, extare libellum Ludouici Pij, contra imagines: id quod credi non potest, si vera sunt, quae ex Iona Aurelianensi retulimus. Nec certe hereticis modus defuisset, quo in lucem libellus ederetur, sicut capitulare illud, quod Carolo tribuitur, eorum industria excusum est. Cum ergo haec tenus non apparuerit, signum.

Ionas. Aurel.

200

Falso heretici adscribunt libellum contra imagines Ludouico pio

signum est figmentum esse, sicut alia plura, ex ipsorum officina depromptum.

201

Demum si contra nos haberemus duos Occidentis Imperatores, Carolum Magnum, & Ludouicum Pium, sicut plures alij Orientales fuerunt; parum nostra interesset. Nam ut ait Damasc. orat. 2. de imaginibus, ipsorum non est res fidei definire; sed armis propugnare; vltimum vero earum iudicium ut etiam autor libri Carolini fatetur, ad Summum Ponticem pertinere, certissimum est.

Proferunt adhuc heretici pro suo errore tria Concilia.

C A P V T VII.



202

Omminiscuntur etiam heretici nescioquas Conciliorum definitiones, ut suam sententiam, more Catholicorum non solum Scriptura, sed etiam Patribus, & Conciliorum decretis confirmet: cum tamen apud ipsos omnia etiam expressa Patrum, aut Conciliorum testimonia, quae contra eorum errorem allegamus, nullius ponderis sint; quod ea omnia (quae ipsorum est procacitas) facile reijciant, minimeque autoritatis esse censeant. Sed videamus, quae sunt ipsorum Concilia. Primum proferunt Constantinopolitanum sub Leone Imperatore Iconomacho. Secundum Constantinopolitanum 138. Episcoporum, sub Constantino Copronymo. Tertium Francofordien. sub Adriano 1. in quibus, asserunt omnem cultum imaginum damnari. De primis duobus in hoc capitulum dicere decreui: de tertio vero, quia maioris momenti res sit, sequente disputatione instituere, necessarium duxi.

Quod attinet ad primum, ego quidem existimo, nullum tale fuisse Concilium, non solum legitimum, de quo Catholici non dubitant, sed neque villo modo sub forma Ecclesiastica congregatum. Huius enim Imperatoris mentionem faciunt, Sigibertus, Abbas Vspergenensis, Regino, Zonaras, & Cedrenus, impietatis quoque, & edicti illius contra imagines meminerunt. Nullus tamen eorum narrat, Leonem Concilium Episcoporum contra imagines conuocasse: hoc enim ego Ecclesiasticum appello. Solum Zonar. 3. annaliu, & Cedrenus in compendio Historiarum, in vita huius Imperatoris, sub anno 703. narrat 12. viros in domum quandam conuocasse, ubi plurima erat copia

Primum Concilium non verè fuisse ecclesiasticum.

Sigibert. Abbas Vsp. Regino Zonar. Cedrenus

librorum, ut suæ hæresi assentirentur, quos, cum nulla ratione in suam sententiam potuisset adducere, iussit illos, cum omnibus libris, & domo comburi.

Verum Centuriatores Centuria 8. cap. illo 9. nituntur verbis Pauli Diaconi lib. 21. rerum Romanarum. Scribit enim in hæc fere verba. *Indictione 3. Imperij sui septimo Kalendas Ianuarij feria 3. Leo silentium celebravit contra venerabilis Iconas in tribunali 17. cubitorum, aduocato quoque Germano sanctissimo Patriarcha, ratus, posse illi persuadere, quod subscriberet contra sacras imagines, qui cum se id facere non posse sine vniuersali Concilio respondisset, ut alter Ionas, ne propter ipsum oriretur tempestas Episcopatus renuntiavit.* Pro quo (inquit Paulus) Anastasium substituerunt. Hinc tamen non constat, hunc fuisse conuentum aliquem Ecclesiasticum Episcoporum, in formam Concilij conuocatum: nullum enim alium Episcopum Paulus Diaconus in ea congregatione fuisse commemorat. Quare ego puto, congregationem potius fuisse laicorum Iudicum, quam Imperator auctoritate Germani Patriarchæ voluit confirmare, & stabilire, ut libentius à populo reciperetur: cum alterius Episcopi mentio nulla fiat. & in tribunali 17. cubitorum prædictum conuentum celebratum fuisse, Paulus affirmet: non ergo mirum, si nullus ex Græcis & Latinis talis Synodi, & Concilij in forma Ecclesiastica congregati, meminerit.

Sed dicunt Centuriatores, Historicos inuidiæ causa nomina aliorum Episcoporum, qui congregati fuerunt, subticuisse. Ego tamen horum procacitatem, & petulantiam admiror, quod scriptoribus, ea solum ex parte fidem habeant, quæ sua interesse videtur: ita verò facile & sine fundamento inuidiæ eos insimulent, quòd ea non referant, quæ gesta non fuerunt: sed ipsi è suo cerebro facta cõminiscantur. Vnde enim hæretici excogitare potuerunt, plures alios Episcopos ibidem congregatos fuisse? Adde, quòd nullam causam inuidiæ autoribus obijcere possunt. Cum enim Catholici nihili faciant huiusmodi Cõcilia Imperatorum sola (præsertim hæreticorum) auctoritate coacta; cur ex inuidia, ne talis Concilij memoria permaneret, exactam illius mentio-

Obiectio centuriatorum nugatoria.

203
Paulus:
Diacon.

204.

mentionem non fecissent? Præcipue cum ipsimet autores septimæ Synodi sic falso nuncupate, sub Copronymo Imperatore longissimam historiam texere, imo & numerum Episcoporum exacte recensere, non dubitauerint: in qua tamen contra imagines acriter pugnatum est. Quòd ergo alicuius conciliabuli contra sacras imagines congregati memoria in sæcula perseueraret, Catholici Scriptores, nihil curarunt.

Secundum Concilium fuit Constantinopolitanum, sub Copronymo ab Iconomachis celebratum, quod falso nuncupatum est septima Synodus œcumenica. Huius meminit Sigibertus in Chronico sub anno 755. Paulus Diaconus, lib. 27. anno 13. Imperij Constantini, Zonaras, & Cedrenus in vita illius Imperatoris: Paulus dicit, fuisse 38. Episcoporum: Sigibertus verò, & Cedrenus 30. id autem vero similis apparet; aliàs enim non fuisset septima Synodus vniuersalis ab hæreticis nuncupata. Porro autem, dictam ab eis fuisse vniuersalem affirmat Zonaras loco allegato, & septima Synodus Nicena 2. actione 6. vbi illius etiam quam plurima referuntur decreta, & confutantur.

Sunt tamen, qui putent, illud Concilium sub Copronymo, non Constantinopoli, sed Ephesi celebratum, vnde & Ephesinum 3. appellant, sic Bartholomæus Carrauzia in summa Conciliorum in principio septimæ Synodi. Dum enim refert acta actionis primæ septimæ Synodi Nicenæ secundæ asserit, tres illos Episcopos, qui in ea actione respiscentes, in consortium Catholicorum recepti fuerunt, ex conciliabulo Ephesino venisse: ipsum etiã vocat Ephesinum Sixtus Senen. lib. 5. Bibliothecæ sanctæ, annotatione 247. & autor præfationis ad septimam Synodum in antiqua Conciliorum cõpilatione. Sed reuera fuit Constantinopoli celebratum, ut affirmant Laurentius Surius, in noua Conciliorum compilatione, in præfatione septimæ Synodi, & Sanderus lib. 2. de imaginibus cap. 5. & colligitur ex Paulo Diacono lib. illo 22. Ait enim, celebratum fuisse in Ecclesia dicta Blaterna beatæ Virginis: Cedrenus verò, & Zonaras, in Ecclesia Blachernia, vel Blachernensi.

De Concilio
Constantino
politano sub
Copronymo
quid sentien-
dum.

Vbi celebra-
tum fuerit
prædictum
Concilium.

205

Sigibert.
Paulus
Diacon.
Zona.
Cedre.

Carrauz.
206

Sixtus
Sen.

Surius
Sanderus

Cedren.
Zonaras.

Hanc autem Ecclesiam fuisse in Regia & sancta ciuitate, & totum Concilium in eadem celebratum, expresse traditur in definitione eiusdem, quæ refertur in septima Synodo Nicena secunda action. 6. in eo igitur Concilio, contra imaginum cultum definitum est, quam quidem definitionem hæretici nostri temporis pro se allegant.

Caterum, vbicunq; celebratum illud fuerit, legitimū cenferi non debet, vt testantur Paulus Diaconus, Cedrenus, & Zonaras: nullus enim ibi fuit ex Græcis Patriarchis, nec aliquis eorum loco: nullus pro Romano Pōtifice, nec ipfius autoritate congregatū. idcirco concursum prophanorum hominum appellauit Zonaras; Cedrenus vero impium; septima autem Synodus Nicena secunda actione 6. in principio confutationis, & Sacerdotes Orientis in epistola ad Tharasium, quæ refertur in actione 3. eiusdem septimæ Synodi, execrabilem, prophanam, & adulterinam Synodum vocant.

Porro contra Caluinum, & Centuriatores, qui pro se testimonium huius Concilij afferunt, illud obseruatione dignum est; quod cum ipsi huic Concilio in articulo de cultu imaginum fidem habeant, in alijs tamen de cultu, & inuocatione Sanctorū, de futura retributione propter merita, quæ secundum fidem, & Catholicam veritatē in eodem Concilio, etiam Imperatoribus renuētibus, definita sunt, non credunt. Horum verò articulorum definitio refertur in septima Synodo actione 6. tomo 6. definitione 17. & 18. Quamobrem libro 1. disputatione 5. c. 2. contra Caluinū & alios, definitionem huius Concilij, vel potius Conciliabuli, vt ipsorum insolentiam conuinceremus, allegauimus.

Tertium Concilium est Francofordiense, de quo quoniam plura sunt scitu digna, & paucis ante annis examinata, peculiarem de eo disputationem instituere decreui.

Quid

207
Paulus
Diacon.
Cedr.
Zon.

208

Quid senserit Concilium Francofordiense de cultu imaginum. Disput. 7.

Alani, Sanderi, & aliorum opinio de Concilio Francofordiensi. cap. 1.

Sententia Alani confutatio. cap. 2.

Quid de eodem Concilio Francofordiensi senserit Genebrardus & alij. cap. 3.

Sententia Genebrardi ab Alano & Surio improbat. cap. 4.

Conciliū Francofordiense satis perspectam habuit definitionem septimæ Synodi. cap. 5.

Conciliū Francofordiense nihil contra debitum cultum imaginum definiuit. cap. 6.

Ex testimonio præfationis libri Carolini nihil contra id, quod diximus de Concilio Francofordiensi, probari. cap. 7.

Deceptum fuisse Hincmarum ex libro Carolino. cap. 8.

Quomodo alij historici lapsi fuerint. cap. 9.

Alani, Sanderi, & aliorum opinio de Concilio Francofordiensi.

C A P V T I.

Cal. Illy.
Cent.



209

Amoïn.

Tertio loco Caluinus, Illyricus, & Centuriatores proferunt definitionem Concilij Fræcofordiensi, in quo damnata fuit septima Synodus, Nicena secunda, atq; adeo cultus imaginū videtur omnino sublatus. Verum antea, quam varias de hac re oppiniones annumeremus, quid historici de hoc Concilio circa imaginum adorationem memoriæ prodiderint, paucis subiiciamus in actis enim ipsius nihil profus de hac re excusum habemus. Annonius igitur, seu Amoinus in annalibus Francorum sub anno 794. ita scribit, Ibi etiam, (scilicet Francofurti) Synodus, quæ ante paucos annos Constantinopoli congregata sub Irene, & Constantino filio eius, F 4 septima,

Historici
qui scripse
runt de Concilio
Francofordiensi.

Septima, & vniuersalis ab ipsis appellata est, vt nec septima, nec aliquid diceretur, quasi superuacanea ab omnibus abdicata. Hæc eadem verba ex ipso desumpsit Abbas Vsperegensis in Chronico sub anno 793. Regino autem libro 2. sub anno 794. sic habet. Pseudosynodus Græcorum, quam pro adorandis imaginibus fecerant, à Pontificibus (scilicet Episcopis Francofordiensis Concilij) reiecta est. Ado in Chronico sub anno 792. ait. Sed Pseudosynodus, quam septimam Græci appellant, pro adorandis imaginibus, abdicata penitus est. Ioannes Auentinus in historia Boiorum sic inquit. Item acta Græcorum de imaginibus adorandis recisa sunt. Hactenus historici. Ex alijs verò nullum inueni, præter Hincmarum, & autores libri Carolini, de quibus postea, qui huius definitionis mentionem fecerit. Ionas enim Aurelianen. libris de cultu imaginum, Paulus Diaconus, Sigibertus, Zonaras, & Cedrenus ne verbum quidem de hac re: imò præter Ionã, & Sigibertum, nullus eorum Concilij Francofordiësis facit mentionem. Hi verò solùm referunt hæresim Fœlicis, & Elipandi, de Christi adoptione secundum carnem, in eo Cõcilio damnaram, de quo plura in duabus de hac re disputationibus in fine huius operis dicemus.

Alanus Copus dialogo 4. cap. 18. & 19. longam de hac re disputationem instituit, cuius sententiã ad eò placuit Sanderò lib. 2. de imaginibus cap. 5. vt, ne actum agere sibi videretur, ad Alanum, Lectorem remittat. Illius verò opinio est, Scriptores omnes commemoratos loqui non de Synodo Nicena secunda, quæ verè fuit septima generalis, sed de illa sic falso nuncupata, quæ Constantinopoli sub Copronymo celebrata est, de qua superiori disputatione cap. 7. diximus. Probant quoniam. Annonius, & Abbas de ea manifestè loquuntur, quæ Constantinopoli congregata fuit, hæc autem nõ est septima vera Synodus; ea enim Nicenæ habita fuit, vnde & Nicena secunda appellata: atque idcirco hi autores dixisse videntur, non septimam Synodũ, quæ fuit vniuersalis, fuisse abrogatam, & reiecta, sed eam, quæ septima, & vniuersalis ab ipsis appellata est. Nã & illam, quæ sub Copronymo habita fuit, non dubitarunt

Icono-

Opinio Alanus.

Regino

Ado.

Ioann. Auent.

210.

Ionas Aurel. Sigibert. Paulus Diacon. Zona. Cedrenus.

Alanus Sanderus.

211

Iconomachi septimam quoq; , & vniuersalem appellare. Ad hoc ipsum alludens Ado, de ipsa etiam, quæ abrogata fuit in Concilio Francofordien. dixit. Quã septimã Græci appellant: Regino verò Synodum Græcorum nuncupauit: non ergo loquuntur de septima vera Synodo generali, Nicena secunda, sed de ea, quæ sic falso nuncupata est.

In hunc modum, antiquos Scriptores historici recentiores postea intellexerunt. Paulus AEmilius in lib. 2. de gestis Francorum, qui de definitione Concilij Francofordien. inquit, fuisse contra Græcos Augustos, imagines Sanctorũ peruicaciter damnantes (scilicet contra Leonem, & Constantinum) & suum imaginibus honorem seruatum. Platina in Adriano 1. affirmat, in eo Concilio fuisse abrogatã Synodum, quam septimam Græci appellant, & hæresim de tollendis imaginibus, fuisse damnatam: quam ipse vocat Fœlicianam: verum absq; fundamento sic eam appellauit, vt disputatione 2. cap. vltimo huius libri notauimus. Id ipsum asserunt Sabellicus, A Eneade 8. lib. 8. (qui in eo manifestè errat, quòd sub Leone 3. Concilium illud Francofordien. fuisse existimat) Blondus A Eneade 2. lib. 1. post medium: Petrus Galisardus in Chronographia sub anno 816. in Carolo Magno. Anselmus Riddus in Cathalogo annorum, & Principum, quem refert Alanus: imò & Conciliũ Senonen. anno 1528. c. 14. quod etiã hæresim de imaginum cultu tollendo, Fœlicianam appellauit. Demum Laurentius Surius in præfatione ad Conciliũ Francofordien. Adeò verò rationes Alani, & interpretationem illius in hac re extollit Sanderus cap. illo 5. vt affirmet, per annos quatuor Matthiam Illyricũ hæreticum ne verbum quidem excogitare potuisse, quod ex æquo, & bono respondere posset.

Sententiã Alani confutatio.

C A P V T II.

213. Anno. Abbas Vsp.



A Eterũ opinio hæc firma fundamenta non habet. Primum, quoniam Annonius & Abbas Vsperegensis, tametsi de Cõstriãopolitana loquatur; P 5 addunt

addunt tamē, *Qua sub Irene, & Constantino filio eius septima ab ipsis appellata est*: at septima Synodus sic falso nuncupata, de qua contendit Alanus Scriptores loquutos fuisse, non fuit sub Irene, & Constantino filio eius, sed sub Constantino Copronymo marito Irenes: quæ verò fuit celebrata sub Irene, & filio eius Cōstantino, fuit Nicena secunda, & vera septima Synodus nuncupata est. Quare autores secū manifestè pugnantia, aut ex ignoratione, aut lapsu docere videntur: est autem vero similis eos errasse in vno verbo, ponendo Constantinopolitanam pro Nicena, quàm addendo plura illa verba; *Qua sub Irene, & filio eius, &c.*

Responso Alani debilitatur.

Quod verò respondet Alanus, locos illos Annonij, & Abbatis ab aliquo Iconomacho corruptos fuisse, non aliunde probat, quàm ne viris Catholicis intolerabilem adscribat errorem. Hæc tamen coniectura est, quam, nisi manifestis argumentis, & iudiciis, nunquam ego probarem. Eodem namque modo multis aliis, quæ ex Patribus contra fidei doctrinam obiciuntur, respondere possemus: præsertim verò huic coniecturæ fidem non habeo; quòd his autoribus fuerit alia manifesta erroris causa, vt cap. 7. demonstrabimus. Eos enim ab omni errore defendere, impossibile videtur. Adde quòd Iconomachus, qui voluit locos illos corrumpere, vel errore, vel lapsu, ita contraria inuoluit, sicut ostensum est, vt nihil fecisse videatur. Nam si veller suum errorem de tollendis imaginibus ex Concilio Francofordiensi probare, deberet pro Constantinopoli, Niceam ponere: alioqui si tantum demonstrare veller, in Concilio Francofordiensi fuisse Synodum Constantinopolitanam sub Copronymo damnatam; qua ratione suum errorem de tollendis imaginibus, ex Francofordiensi confirmaret? Sic enim, dum Concilium Francofordiense abrogaret Synodum sub Copronymo, quæ Iconomacha fuit, potius pro imaginibus contra Iconomachos pugnasset. Frustra ergo Alanus, in sua persistens sententia, quam superiori capite exposuimus, horum scriptorum errorem in aliquem Iconomachum reicere contendit.

Addit præterea Annonij locum alio modo corruptum, quia

Alan.

214

215

quia pro Irene habet Helena, quam constat non fuisse matrem alicuius Imperatoris, nedum illius Constantini, sub quo septima Synodus celebrata fuit. Verum licet aliqui codices ita habeant; tamen in exemplari meo, & multis aliis etiam vetustissimis, quæ ego legi, non Helena, sed Irene est. sicut etiam Abbas habet, qui omnia ad verbum ex Annonio desumpsit.

Regino. Ado. Ioan. non.

Deinde contra Alanum id ipsum probatur. Nam verba Reginonis, Adonis, & Ioannis Auentini, de Synodo Constantinopolitana sub Copronymo intelligi nequeunt. Regino ait, Pseudosynodum Græcorum, quam pro adorandis imaginibus fecerant, fuisse abrogatam: eadē fere verba Ioannes Auentinus habet: at Synodus sub Copronymo, nō pro adorandis, sed pro cōfringendis imaginibus, fuit habita. Ideoque meritò Pseudosynodus dicta, neque vlla Pseudosynodus pro adorandis imaginibus vnquam fuit celebrata. Nicena verò secunda, septima & verè vniuersalis nuncupata, pro adorandis imaginibus coacta fuit. De illa ergo Reginonis, & Ioannis Auentini, verba sunt intelligenda. Quocirca Alanus Copus difficultate oppressus, asserit, locos vtriusque autoris corruptos esse, aut saltem incuria Scribarum particulam non, prætermittam: quæ si vtrique adderetur, omnia optimè consonarent. Eadem fere verba habet Ado: quare de illo quoque idem asserere debet. Cæterum nimium esset omnium autorum locos ita esse deprauatos, vt in nullo exemplari incorrupti reperirentur; aut omnes eorum Scribas particulam non, ex incuria prætermisisse.

216

Verba autem Adonis alio modo nititur Alanus interpretari, quæ talia sunt. *Sed Pseudosynodus, quam Græci septimam appellant, pro adorandis imaginibus abdicata penitus est*: ait ergo illud, *pro adorandis imaginibus*, non ad antecedentia, sed ad consequentia esse referendum, vt sensus sit, pro adorandis imaginibus, id est, in gratiam imaginum, abrogata est Pseudosynodus, quam Græci septimam appellauerunt: quo sensu Conciliū Francofordiense Catholicam veritatem defendit, imaginibus nempe debitum suum cultum seruans.

feruando. Hanc sanè interpretationem, si posset Alanus, verbis quoq; Reginonis, & Ioannis Auentini libenter accommodaret, id tamen præstare nõ potuit: quia illud, *Pro adorandis imaginibus*, Regino, & Ioannes non ad sequentia, sed ad antecedentia referunt, vt ex verbis ipsorum superioris recitatis manifestum est. Sed præterquam, quòd hæc expositio dura nimis videtur; cū Regino multo antiquior fuerit Adone, ex quo etiam Abbas Vspurgensis verba desumpsit; credendum est, Adonem id ipsum cum Reginone dicere voluisse: & ad antecedentia, non ad sequentia, illa verba retulisse; præsertim cum eo modo faciliore cõtextum, & sensum reddant.

217

Regino
Ado
Abbas
Vsp.

*Quid de eodem Concilio Francofordiensi senserit
Genebrardus, & alij.*

C A P V T III.



Lijs multò probabilius videtur id, quod Genebrardus paucis indicauit in suo Chronico sub anno 794. Primùm quidem, Conciliũ Francofordiense non errasse in materia aliqua fidei definienda. Præterea nihilominus cõdemnasse septimam Synodum Nicenam secundam: quòd eius definitione nõ satis perspectam haberet. Putauit enim, in ea ita definitũ fuisse pro cultu imaginũ; vt eas, sicut Deum, adorare oporteret: quod si ita esset, meritò à quouis Concilio deberet damnari. Verumtamen id non definiuit septima Synodus sed debitum cultum, qualem sequenti disputatione explicabimus, imaginibus assignauit. Verba Genebrardi hæc sunt. *Ado, Patres, qui Fræcofurtum conuenerant, nõ satis habuisse perspectam Niceni Synodi sententiam: ac fuisse deceptos falsis rumoribus, & scriptis. Nam contra eam sic dimicarunt, ac si ad statuentiam imaginum adorationem simpliciter incubuisset; cum potius de retinendis imaginibus, sanxisset, & egisset aduersus Constantinopolitanam septimam Pseudosynodum, qua de confringendis, & omnino tollendis paulò antea canones tulerat.* Hæc Genebrardus.

Genebr.

218

brardus. Cuius verba referre placuit, quòd recentiores aliqui affirmant ipsum in duobus errasse. Vnum est, quia putauit imagines non esse adorandas: alterũ est, quia existimat, in septima Synodo nihil contra hoc esse definitum. Hæc tamen duo Genebrardo pio aliàs, & doctissimo manifestè imponunt: quòd illius verba nõ intellexerint. Ipse enim solum asserit, eo deceptum. Concilium Francofordien. quòd putauit, in septima Synodo actũ esse de adoratione imaginum simpliciter; & idè meritò eam confutasse: appellat verò adorationem simpliciter, latrariam, quæ Deo per se debetur: eam autem per accidens, quæ imaginibus cum exemplari tribuitur: priorem inquit, existimasse Concilium Francoford. in septima Synodo imaginibus esse assignatam: ac proinde eas pro Deo esse colendas: ideoque hac supposita relatione, rectè à Concilio Francoford. damnatam fuisse. Subiungit verò, quid re ipsa gestum sit, cum dicit, potius in septima Synodo actum esse de retinendis imaginibus contra septimam Pseudosynodum, nõ de adorandis simpliciter, id est, pro Dijs colendis: de retinendis, inquam, nam Iconomachi cõfringendas esse, & delendas dicebant: ita tamen actum esse in ea Synodo de retinendis, vt eis aliqua cum exemplari adoratio exhiberetur. De quo disputatione sequenti differemus.

219

220

Hoc posito fundamento, facili negotio Scriptores omnes superiùs cõmemorati explicari possent. Narrant enim in Concilio Francofordiensi verè damnatam fuisse Synodum septimam Nicenam secundam; tanquam absurdi aliquid de imaginibus definisset: cum tamen re vera sincerã & Catholicam doctrinam contineret: quia non satis illius definitionem Patres Francofordienses Concilij perspectam habuerint.

Porro autem Concilium in facto errasse, vt explicatum est, probant in primis testimonio libri illius Carolini, in cuius præfatione sic dicitur. *Allata est in medium (scilicet Concilij Francofordiensis) questio noua de Græcorum Synodo quam de adorandis imaginibus Constantinopoli fecerunt: in qua scriptum habebatur, vt qui imaginibus Sanctorum, ita vt deifica Trinitati,*

Defenditur
Genebrard.
a falsaculonia.

Explicatur
historici su-
prædicti ex
sententia Ge-
nebrardi.
Cur Franco-
fordi damna-
ta fuit Syno-
odus septima
Prius funda-
mentum Ge-
nebrardi.

Trinitati, seruitium, aut adorationem non impenderint; anathema indicarentur, qui suprasanctissimi Patres nostri (scilicet Francofordienses) omnimodis adorationem, & seruitutem eis impendere renuentes, contempserunt: atque consentientes condemnarunt. Deinde introducitur in eo libro c. 9. vt refertur in Scripto Adriani de imaginibus, Cōstātius Cōstātix Cypri Episcopus, qui in 7. Synodo Nicena secūda dixit anathema iis qui nō adorāt imagines: eodē modo, quo Trinitas adoratur. Intellexerunt ergo Patres Frācofordien. hāc fuisse doctrinā septimæ Synodi, quā iure optimo dānare debebāt,

Deinde id ipsum probant ex quodam fragmento Hincmari in libro contra Iandunensem Episcopum cap. 20. ex quo hęc verba refert Alanus loco allegato. Septima autem apud Græcos vocata vniuersalis Pseudosynodus, de imaginibus, quas quidam confringendas, quidam autem adorandas dicebant, neutra verò pars intellectu sano desiniens, sine autoritate Apostolica sedis, non longe ante nostra tempora Nicæ est à compluribus Episcopis habita: & Romam missa: quam etiam Papa Romanus in Franciam direxit. Vnde tempore Caroli Magni Imperatoris, iussione Apostolica sedis, generalis Synodus in Frācia, conuocāte Prefato Imperatore, celebrata, & secundum Scripturarum tramitem, traditionemque maiorum ipsa Græcorum Pseudosynodus destructa & penitus abdicata: de cuius destructione, non modicum volumen, quod in Palatio adolescentulus legi, ab eodem Imperatore, Romā est per quosdam Episcopos missum. Hactenus Hincmarus. Cū inquit Cōciliū in Frācia congregatū; planè intelligit Francofordiense. Frācofurtū enim ciuitas est in Oriētali Frācia sita. Ex his duobus manifestè colligitur, Cōciliū Frācofordien. septimā Synodū damnasse: quod putaret, in ea definitum, imaginibus, sicut Deo, adorationē esse deferendam.

Sētētia Genebrardi ab Alano, & Surio improbat.

C A P V T I I I I.



Ihi sanè hęc Genebrardi, & aliorū opinio verò similis nō apparet, vt sequēti c. mōstrabo. Sed neq; ea, quæ Alanus c. illo 8. & SURIUS in præfatione ad scriptū Adriani de imaginibus, cōtra illam obiiciunt, aliquid ponderis apud me habent. His ergo suspecta videtur præfa-

Posterius fū
damentū Ge
nebrardi.

221

Adria.

Hincma.

Alanus.

222

præfatio illius libri Carolini, & putant, ab aliquo Iconomacho nostri temporis cōfictam, vel corruptam. Ille enim liber excusus in lucem prodiit anno 1549. sine nomine typographi. Qui verò in eo præfatur, se nominat Eli. Phil; vt intelligi non possit, quis fuerit autor illius: ideoque fraudē aliquam suspicari liceat. Verum, cum de libro ipso dubitari nequeat, tempore Caroli Magni cōscriptum fuisse; vt disputatione præcedēti cap. 6. notauimus, nō est, cur de ipsa præfatione dubitemus: etiam si sub eo nomine, quod vix intelligi potest, editus fuerit. Sed neq; verba illa, quæ ex ea recitauimus, supposita fuisse, probatur. Primū quia similia refert Adrianus in scripto illo de imaginibus, in responsione ad reprehensionē capituli 56. Inquit enim Adrian. de illo libro. Ecce ipsum vnum tenorem in hoc capitulari sapius repetunt: quia parentes eorum despexerunt, atque iniuriātes inhonorarunt: eos videlicet, qui imaginibus honorem, tãquam Deo, tribuendum esse dicebant. Hos verò putauit liber ille esse Patres septimæ Synodi Nicenæ secūdæ, quorum sententiam in hunc sensum interpretatam, liber ille passim impugnat: vt videre est apud illud scriptū Adriani. Præterea quia id, quod ex Hincmaro retulimus, omnino cōuenit cū præfationis. Illius sētētia, Hincmarus autē, vt scribit Tritemius, vixit tēpore Ludouici Pij filij Caroli Magni: imò etiam tempore ipsius Caroli, cum adhuc iuuenis esset, vidit in Palatio Regis acta illius Concilij, vt ipse de se refert, verbis illis recitatis. Si verò hęc ita sunt, vt ex præfatione, & Hincmaro retulimus; cū illis optimè cōueniūt, & cōsonāt cæteri Scriptores: dū omnes asserūt, 7. Synodū Nicenā secūdā in Cōcilio Frācoford. dānatā esse.

Alan.

Adhuc tñ Alanus Hincmari testimonio nō multū credit: cui tota huius quæstionis machina innixa videtur. Nā quæ sint hæc fragmenta, quæ ex Hincmaro citat Illyricus, & Cæturatiatores, non satis Alano compertum est: liber enim ille nondū in lucem prodiit. Sed cum facilius multò sit huius difficultatis solutio, non est; cur hoc effugium tritum, & peruulgatū, negandi scilicet ea, quæ allegantur, eligamus.

Deinde contra hanc sententiam Genebrardi, opponit SURIUS

223

Hincm.

Tritem.

224

Præfatio
libri Caroli
ni non esse a
licuius Icono
machi nostri
temporis.

Alanus nō
credit frag-
mento Hinc-
mari.

Sarius contra
Gnebrardū

Sarius, quod in illa præfatione dicitur: Synodum nempe Græcorum, quam fecerunt Constantinopoli de adorandis imaginibus, in Concilio illo Francofordiensi fuisse abrogatam. In quibus verbis ipse Sarius mirabilem Dei providentiam agnoscit: quod dum hæretici nostri temporis locum illum corrumpere curarunt; obliiti sunt Constantinopoli eradere: & in eius locum Nicea substituere; ut illorū fraus omnibus esset manifesta. Cū ergo Constantinopoli reliquerint, ut erat in antiquo codice, constat, autorem illius præfationis de septima Synodo Constantinopolitana sub Copronymo, fuisse loquutū. Quare & ex illo testimonio opinio ipsius Sarii, Alani, & Sanderi, cap. i. recitata, non leuiter probatur: tantū abest, ut hæc secunda sententia, aliquo modo inde confirmetur.

Respondetur
Sario.

Huic tamen obiectioni duo manifestè obstant. Vnum est. Si de Constantinopolitana illa Synodo sub Copronymo, præfatio illa loqueretur; non diceret, *Quam pro adorandis imaginibus fecerunt*: ea enim contra imaginū venerationem celebrata est: loquitur ergo sicut & Historici omnes, de vera septima Synodo Nicæna secunda, quæ reuera pro adorandis imaginibus habita fuit.

Alterum est, quod præfatio asserit, ut referunt autores, Synodum illam, quam abrogauit Concilium Francofordiense, celebratam fuisse in Bithynia: in qua quidem provincia, est Nicea; non autem Constantinopolis. Potius ergo credendum est, præfationem loqui de Nicæna Synodo, quam de Constantinopolitana sub Copronymo: & ignorance, aut lapsu, pro Nicea, Constantinopoli positū esse: sicut etiam Abbati Vspergensi accidit; ut præcedenti cap. notauimus. Facilius enim fuit, autorem præfationis labi, ponendo Constantinopoli pro Nicea, quam in addendo, *In provincia Bithynia*: cum etiam addiderit, *Pro adorandis imaginibus*. Cōsonat etiā liber ille Carolinus, contra quē scripsit Adrianus, cui illa præfatio præfixa est, dum sæpenumero asserit Synodum de adorandis imaginibus, contra quā ipse scriptus est Nicææ celebratam fuisse. Id verò refert Adrianus ex cap. illius libri 60. Autor ergo præfationis idē omnino dicere

Sarius

225

Adria.

dicere voluit: quod Hincmarus etiam in prædicto fragmento apertis verbis testatur, qui id ex ipso met libro Carolino desumpsisse videtur, ut cap. 7. patebit.

227

Res sanè perobscura, & satis perplexa videtur: quæ, nisi coniecturis probabilibus, definiri nequit. Nec enim in re adeò difficili, quæ in facto potius, quàm in iure posita est; ea est requirenda demonstratio, quæ in mathematicis, vel naturalibus, aut moralibus etiā controuersijs exposcitur. Conabimur nihilominus sequētibus capitibus, quibus nostrā in hac re sententiā exponemus, adeò efficacibus Historiæ cōiecturis, eā cōfirmare; ut ex eadē Historia, ex qua rationes huius cōtrouersia petendæ sūt, vix infirmari possint.

Concilium Francofordiense satis perspectam habuit definitionem septimæ Synodi.

CAPVT V.

228



EA in hac re sententia est. Primò Concilio Francofordiensi manifestam satis fuisse definitionem septimæ Synodi Nicæna: atque adeò in facto contra illam non errasse. Secūdò nihil in toto Concilio, aut approbatione illius contra imagines, & veram fidem septimæ Synodi, errore iuris actum fuisse. Tertio nō modo Historicos commemoratos cap. i. huius disp. apertè in facto errasse, quāuis eorum codices corrupti non sint; verum etiā eorum fundamentū, nempe præfationē libri Carolini, aut testimonium Hincmari, quibus etiā hæretici maximè nituntur, nullius esse momenti. Hæc omnia sigillatim singulis capitibus nobis probāda sunt.

In hoc ergo capite solū est nobis demonstrandum, Concilium Francofordiense in facto nō errasse, sed satis notā illi fuisse definitionē septimæ Synodi Nicæna: secundæ, id quod primo loco proposuimus. Mihi verò illud habeo persuasum. Primò quoniā, si in illo Concilio similis error accidisset, autores illius tēporis Jonas Aurelian. libris de cultu imaginum, Paulus Diaconus, aut Eginardus mentionem fecissent, & præsertim Adrianus in Rescripto de imaginibus:

Jonas
Aurel.
Paulus
Diacon.
Eginar.
Adria.Auctoris o-
pinio.Prima pars
opinionis. Cō-
cil. Fræcof.
habuit per-
spectam defi-
nitionem sep-
timæ Synodi.
Prima ratio.

Q

Occurritur
obiectioni.

ginibus: siquidem contra Iconomachos, autores libri Carolini, differebat: hi autem ne verbum quidem de hac re: cur ergo suspicari debemus, id accidisse Concilio? Nec obstat, quod plures alij autores, quos primo capite retulimus, huius definitionis meminerint. Horum enim antiquissimus Annonius centum ferè annos post Conciliū Francofordiense scripsit, ex quo ceteros desumpsisse, dubiū nō est: hunc verò facile fuisse scriptis Hincmari deceptum cap. 7. ostēdemus. Nec obstat deinde testimonium præfationis, aut Hincmari, hunc enim deceptum etiā fuisse, ex libro Carolino, eodē cap. 7. mōstrabimus: autorem verò præfationis, aut non loqui de Concilio Francofordiensi, aut manifestè mendacium hoc illi imposuisse, non minùs aperte cap. 6. probabitur.

Altera obiectio refutatur.

Secūdo. Si fidem adhibemus Hincmari testimonio, quo autores secundæ sententiæ conuicti videntur, ex ipsomet euidenter possunt impugnari. Nam ipse narrat, septimam Synodū, quam Pseudosynodum Græcorum appellant, à compluribus Episcopis Nicæ celebratam, primum Romanam, inde verò à Romano Pontifice rursus in Franciam missam fuisse: atq; eodem tempore Caroli Magni Imperatoris, iussione Apostolicæ Sedis, generalem Synodum in Franciā, nempe Francofurtum, conuocatā, vt capite præcedenti explicauimus. Iā ergo ex sententia Hincmari Concilium Francofordiense non solum nouit, sed etiam habuit, & vidit acta septimæ Synodi Nicenæ secundæ. Ex quibus absq; dubio illius definitionē non potuit perspicere non habere.

Tertia ratio

Tertiò. Definitio septimæ Synodi nō minùs nota esse potuit Concilio Francofordiensi, quā autoribus libri Carolini; siquidē eodē tempore liber ille cōscriptus fuit, & vt quibuscūq; placet, in eadē ciuitate, in qua Conciliū fuit celebratū, atq; forsā ab aliquibus, qui in ipsum Conciliū conuenerant, vt sequenti capite videbimus. Acta verò septimæ Synodi Nicenæ secundæ satis manifesta fuerūt autoribus illius libri: multa enim ipsius fragmenta in eo referuntur. Ex quo colligitur, illius acta apud ipsos fuisse,

Hereticis impudenter Catholicæ vitii idololatriæ obiectio.

Annoni
229

Hinc.

230

231
Caluin.

Constantin.
Episcop.
Constantie.

Basilii
Ancyran.

232

vt proximè ex Hincmari probabamus. Quod verò ex ea referant autores illi, imagines, sicut Deum, & Trinitatem ipsam, esse adorandas (quod nunquā in septima Synodo inuenitur) mirū esse non debet. Hoc enim vitium cōmune est Iconomachorum etiā nostri tēporis, vt Catholicos, qui debetū cultū, & venerationē imaginibus tribuunt, idololatriæ criminis insimulent, eisq; falso adscribāt sententiā, quæ dicit, imagines, vt Deum esse adorandas. Quo sanè spiritu Caluinus lib. 1. institutionū cap. 11. ausus fuit dicere, in septima Synodo, cuius acta, & definitionē sæpius legerat, & optimè nouerat, definitū fuisse, honorē sacrificiorū imaginibus deberi, & eodē modo, quo Trinitatem, esse venerandas: cū disertis verbis in 7. act. in definitione fidei, oppositū omnino habeatur. Sic etiam autores libri Carolini referunt ex septima Synodo, Constantinū Episcopū Constantiæ in Cypro dicētē anathema ijs, qui imaginē, sicut ipsā Trinitatē, nō adorant. Quod esse manifestū mendaciū, colligitur ex septima Synodo act. 3. post Epistolam Theodori Patriarchæ; vbi idem Constantinus introducit, dicēs in hæc verba. *Suscipio, & amplector venerandas imagines, adorationem autem, qua fit secundum latrariam, tantummodo super substantiali, & viuifica Trinitati conseruo, qui verò aliter sentiunt, anathemati subijcio, &c.* Hoc idem dixit Basilius Ancyranus in actio. 1. & pro Constantino illo respondit optimè, contra librum Carolinum Adrianus in Scripto de imaginibus in responsione ad reprehensionem ex cap. 9. apparet etiam ex libro illo Adriani, quo modo ipsi malitiosè fuerint interpretati verba septimæ Synodi, contra quos eam Adrianus defendit. Quare dici non potest, acta illius eos ignorasse: sic ergo & Patres Concilij Francofordiensi nouerāt optimè, imò legerant acta septimæ Synodi, ac proinde piè ipsam intellexerunt. Nec enim Iconomachi erant, vt eam deprauarent: quare nec in facto errare potuerunt.

Quartò qua ratione persuasum sibi haberet Concilium, voluisse tunc septimā Synodū hæresim Christianocategororū, de quibus disp. 6. huius libri cap. 1. diximus, quæ est error Gētiliū, approbare; nepe imagines pro Dijs esse colendas cu-

Cōiectura efficitur contra fallaciam hereticorum.

Quarta ratio.

Q 2 das cu-

das cuius erroris in tota Græcia tunc nulla mentio fiebat? Potius namq, suspicari deberet, hæresim Iconomachorum quæ tunc maximè vigebat, sequi voluisse, si in aliquo errasse putabat.

Quintaratio
Concil. Fræ
cofordiense
habuit lega-
tos Adriani.

Quintò deniq; Concilium Francofordiense habuit legatos Adriani Pōtificis, vt tradunt autores omnes, quæstione præcedēti citati, & ex subscriptionibus cōstat, atq; hæretici Cēturiatores fatētur. Cū ergo sep. Synodus, coacta ab Adriano, & approbata fuerit; legati illius falsos rumores, quos Genebrardus & alij comminiscuntur, cōprimere & Conciliū de ipsa veritate certū facere potuerunt: atque ita definitionē contra septimā Synodum impedire. Hoc verò argumentum præsertim vim habet contra aliquos; qui Genebrardi sequuti sentētiā, asserūt, legatos, & ipsūmet Adrianum definitioni Concilij Fræcofordiēsis in hac parte restitisse: id quod Centuriatores libenter fatentur. Nam si hoc verum est, non ea ratione resisterent Concilio, quia definiret, imagines non esse, sicut Deum, & Trinitatem; colendas. Hæc enim est manifesta veritas in septima Synodo definita, vt paulò antè dicebamus, sed quòd cōtrarium errorem, fallacibus rumoribus adducti Patres, illius Concilij, septimæ Synodo adscribere nō dubitarent. Quare de veritate ipsa à Pontifice, & Legatis certiores effecti, à definitione illa libenter abstinerent. Idque facillè quoque ex eo suaderi potest, quòd in libro sacrosyllabo, qui in eodem Concilio habetur, & à Patribus illius conscriptus fuit, etiāsi Paulino Aquileiensi tribuatur, circa finem, postquam sentētia excommunicationis lata fuit in eos, qui cōtrarium de seruitute & adoptione Christi sentirent, dicitur in hæc verba. *Seruato per omnia iuris privilegio Summi Pontificis Domini, & Patris nostri Adriani, primæ sedis beatissimi Papæ.* Nō ergo est facile creditu, Patres illius Concilij legatis, & Pontifici restitisse, cuius supremā potestatem libèter agnoscebāt. Ex quibus omnibus probatū manet id, q̄ primo loco proposuimus, & Genebrardi opinio nō leuibus cōiecturis impugnata. Quare perspicuū est, Conciliū Fræcofordiense, cōtra sep. Synodū errore facti nihil egisse.

Concilium

233

234

Liber sacro
syllabus com
positus in
Cōc. Franc.

Concilium Francofordiense nihil contra debitum cultum imaginum definiuit.

CAPVT VI.

NON solum Concilium Francofordiense, contra septimam Synodum falsis rumoribus deceptū errore facti nihil decreuit, sicut Genebrardus, & alij Catholici excogitarunt, vt hæreticis responderent; sicut capite præcedenti non leuiter probatum est: verumetiam nihil contra veram imaginum adorationem, vt nobis hæretici obiiciunt, definiuit: quocirca ex hoc Concilio nullum contra nos hæretici argumentum sumere possunt. Cæterum, antea quàm hoc probemus, duo maximè obseruanda sunt: alterum est, Concilij illius autoritatem, quod attinet ad duos alios articulos de adoptione scilicet, & seruitute Christi cōtra Fælicē & Elipādum, indubitata autoritatis esse debere. In ea enim parte non solum legati consenserunt; sed etiam Adriani primi Pontificis autoritate peculiari ad hoc epistola conscripta, confirmatum est; cuius grauissimi autores meminerunt: quare absq; vilo fundamento de illius autoritate quispiā dubitabit, vt in fine huius operis peculiari de hac re disputatione ostendemus. In hac ergo parte & legitimè cōgregatum, & approbatum fuit. Alterū est, si Conciliū Fræcofordiense contra debitum cultum imaginum aliquid definisset, nullius momenti eius definitio contra septimā Synodum esse deberet: quia illud nec generale fuit, nec in ea parte approbatum. Imò verò reuuentibus legatis, & Pōtifice id fuisset definitū, vt cap. præcedēti diximus. Nullius ergo esset autoritatis, velut neq; duo alia Cōcilia præcedenti disputatione cap. vltimo allegata: quare nec alius cuius ponderis contra septimā vniuersalem Synodum legitimè coactam & confirmatam.

235

236

Verum, cum facili negotio probare possimus, nihil contra fidem septimæ Synodi in eo Concilio definitum fuisse: enitendum nobis est, id demonstrare, & ab omni errore

Q 3 re Con-

Altero opinio
nes parsuit il
definitum in
Concilio Fræ
cof. contra cul
tum imaginū

re Concilium Francofordiense defendere hoc verò bifariam suaderi potest. Primum, quibusdam coniecturis, quæ pro hac parte pugnare videntur. Deinde, ostendendo infirmitatem fundamentorum, quibus heretici nituntur.

Prima ratio
huius opinio-
nis.

Prima igitur coniectura est, cum Patres illi tantum detulerint Pontifici Adriano, ut cap. superiori vidimus, non est credendum, contra illius voluntatem Iconomachiam

Secundatio.

defuisse. Secundo, si talis definitio tradita fuisset in eo Concilio, eius fecisset mentionem Adrianus in Scripto illo de imaginibus. Eodè enim tempore, quo liber ille Carolinus, edita fuisset; & cum libro illo eam confutasset: omnes enim in eodem errore versantur. At nusquam illius meminit: signum ergo est, nihil tale in Concilio fuisse

237

Tertia ratio

definitum. Tertio, proculdubio eam allegasset pro suo errore Claudius Taurinens. insignis Iconomachus; qui paulò post Concilium Francofordien. errorem Iconomachicè populo tradidit. Quare & Jonas Aurelianen. tomo 5. Bibliothecæ sanctæ libris de cultu imaginum huius definitionis meminisset, ut Claudio responderet, sicut ad plura

Jonas

Aur.

Quarta ratio.

alia, quæ ille obiecerat in libello suo, quæ Ludouicus Pius ad eundem Ionam misit, ut præcedenti disputatione cap. 6. dictum est, sigillatim respondit. Quarto, non est credendum, coram Carolo Magno pio ad modum Imperatore, qui Concilio intererat, errorem Iconomachicæ fuisse defini-

Ludouic.

Pius

Carolus cur
electus impe-
rator a Leo-
ne.

nitum. Nam ut optimè notauit Sanderus lib. 2. de adoratione imaginum cap. 5. & nos disputatione præcedenti cap. 6. diximus, Carolus electus fuit Imperator in Occidente à Leone 3. septem fere annis post Concilium Fran-

Sander.

cofordiense eò, quòd Orientales Imperatores Iconomachi essent: quis ergo putet, Summos Pontifices, qui ab Orientalibus Imperatoribus, ob Impietatem ipsorum contra imagines, discesserunt, electuros Carolum in Imperatorem, si ipse in Concilio Francofordiensi, cuius diligentia congregatum fuit, legatis sedis Apostolicæ, & ipsi Pontifici Adriano restitisset? Hæ sunt coniecturæ, quibus satis probatum manet, nihil contra fidem septimæ Synodi in

238

Concilio Francofordiensi actum fuisse. Hoc ipsum sequenti capite,

capite, non minùs perspicuum fiet, si demonstratum fuerit, testimonia Scriptorum, quibus heretici vtuntur, nullius esse momenti, manifestamq; causam deceptionis ipsorum ostenderimus.

Ex testimonio præfationis libri Carolini nihil contra id, quod diximus de Concilio Francofordiensi, probari.

C A P V T VII.



Ostremò probandum superest, Scriptores hos, quos heretici pro se asserunt, manifestè deceptos esse, aut perperam ab hereticis allegari, ex quo etià infirmitas fundamenti ipsorum patebit: atq; id, quod superiori cap. diximus magis confirmabitur.

Tertia opi-
nionis pars.

239

Primum igitur, ceterisq; antiquius testimoniū est præfationis illius libri Carolini; eam verò nihil habere momenti iam demonstro: repetam tamen illius verba, ut idè clariùs appareat. *Allata (inquit) est in medium (scilicet Concilij Francofordiensis) quaestio noua Græcorum, quam de adorandis imaginibus Constantinopoli fecerunt: in qua scriptum habebatur, ut qui imaginibus Sanctorum, ita vt deifica Trinitati, seruitium, aut adorationem non impenderint, anathema iudicarentur: qui supra sanctissimi Patres nostri (scilicet Francofordiensis Concilij) omnimodis adorationem, & seruitutem eis impendere renuentes, contempserunt: atque consentientes damnarunt.* Tota verò horum verborum difficultas, ex duplici illa parenthesi nascitur, qua damnatio illa septimæ Synodi toti Concilio Francofordiensi tribui videtur. Ideò summo opere, diuq; desideravi integrū aliquod huius præfationis exemplar videre: id quod ab aliquibus Patribus Germaniæ superioris, de nostra Societate, dum essem Roma, initio anni 1591. obnixè postulau: hætenus tamen obtinere non potui; tentabo nihilominus, coniectura meo iudicio certissima, hoc testimonium infirmare. Aut enim duplex illa parentesis verè est in ipsamet præfatione, aut in ea nō est; sed à Cætoriatoribus, vel à Catholicis, qui de hac re disputar, fuit supposita: utroq; verò modo testimoniū nihil valet.

240

Q 4

Primum

Ratio bimēbris. Primum membrum.

Primum, si in præfatione illa utraq; parenthesis habetur, in primis negare non possumus, autorem illius, seu libri ipsius Carolini, errorem illum idololatriæ in septimâ Synodum rejicere voluisse: ex illa enim refert hæc verba. *Vt qui imaginibus Sanctorum, ita vt deifica Trinitati, seruitium aut adorationem non impendunt, anathema iudicarentur*: id quod liber ille Carolinus tertio quoque verbo de Synodo Nicæna secunda repetit: non quod illius definitionem perspectam non haberet, sed quia, vt cap. 4. huius disputationis obseruauit, Iconomachorū proprium est, omne genus adorationis, quæ imaginibus exhibetur, idololatriam vocare, vt etiam Adrianus optimè notauit in toto suo scripto de imaginibus, vbi librum illum per singula capita impugnat. Cum ergo manifesta sit impostura illius libri in eo, quod de septima Synodo refert: erit etiã apertū mendacium, quod de Concilio Francofordiensi scribit: nempe in eo condemnatam esse septimam Synodum, quia diceret imagines, sicut ipsam Trinitatem, adorandas. Quis ergo in hac re Iconomachis fidem adhibeat?

Iconomachi omnem adorationem imaginum, idololatriam vocant.

Adde, quod dum Centuriatores Centuria illa 8. cap. 9. referunt acta Synodi Francofordiensis circa articulū huc adorationis, non dicunt, ex quo codice illa desumpserint: sed nec hætenus constat, exemplar aliquod antiquum extare, in quo illa de imaginibus definitio cõtineatur: sicut ea, quæ est de adoptione & seruitute, quam ex vetustissimo codice Laurentius Surius excudi curauit. Centuriatores verò diabolica sagacitate & versutia, ne mendaces deprehenderentur, totam Concilij Francofordiësis, & epistole Adriani definitionem de adoptione & seruitute, nõ ad verbum, sed breui compendio, & proprio stylo, in vnū collegerunt: quod necessarium esset, definitionem eiusdem Concilij, quam illi contra imagines comminiscuntur, hoc eodem modo referre, & nullum illius exēplar haberent, ex quo ad verbum posset transfumi: fuit ergo ex ipsorum cerebro definitio illa deprompta: cumq; meliùs suo errori consulissent, si confinxissent, librum illum Carolinum à toto Concilio Francofordiensi compositum, (quod

Centuriatorum perfidia in referenda definitione Concilij Francofordiensis.

Adria.

241

Surius.

242

(quod tamen nullo modo probari posset) illiusq; doctrinã pro definitione contra imagines à toto Concilio edita, allegassent; mirabili Dei prouidētia effectū est, vt ipsi planè faterētur, aliam esse definitionem Concilij, à libro illo Carolino; cum tamen ipsorum Marte ex fragmentis illius libri compacta planè videatur.

Deinde si in præfatione duplex illa parenthesis nõ habeatur, quam vehementer suspicor, à nostris quoque autoribus oscitanter appositam fuisse; infirmitas huius testimonij facillè etiam ostenditur. Cum enim dicitur, *Allata est in medium quæstio de noua Græcorum Synodo*, non debet apponi parenthesis illa (*scilicet Concilij Francofordiensis*) sed hæc (*scilicet Conuenticuli Iconomachorum*) in quo liber ille cõscriptus est. Nã, vt disputatione præcedenti cap. 6. notauit, liber ille à pluribus compositus fuit. Et cum dicitur, *Sanctissimi Patres nostri contempserunt, &c.* non debet suppleri, (*scilicet Francofordiensis Concilij*) sed (*Conuenticuli*) à quo liber editus fuit: quos sanctissimos appellat, quod sui erroris fautores essent. Potiùs enim credendum est, præfationem illius libri, in quo damnata est septima Synodus, & Iconomachix hæresis definita, mentionem facisse illius congregationis particularis, & eorum, qui in ea conuenerūt, quam Concilij Francofordiensis, & Episcoporum, qui in eo fuerunt congregati. Accedit, quod Adrianus in suo illo scripto de imaginibus in respõsione ad reprehensionē capituli 56. & alibi sæpenumero, huius locutionis, *Sanctissimi Patris nostri contempserunt*, tanquam illius libri propriæ, meminit. Ex quo apparet, librum illum suos etiam autores in vnum congregatos, sanctissimos Patres appellasse: sicut Concilij consuetum est. Quare ex ea non constat, in Concilio Francofordiensi contra imagines, & septimam Synodum, definitum aliquid fuisse.

Secundū membrū rationis.

Adria.

243

244

Posset tamen aliquis obijcere, librum illum Carolinum à toto Concilio Francofordiensi fuisse editū: atq; hoc pacto duplicem parenthesis appositam (*scilicet Concilij Francofordiensis*) optimè quadrare. Verùm contra hoc in primis habemus ipsosmet Centuriatores, qui tanquam distincta

Occurrit obiectiō.

Q. 5 affe-

afferunt, definitionem Concilij Francofordiensis, & librū Carolinum, hunc enim non Concilio, sed Carolo magno adscribūt. Deinde si hoc aliquo modo probari posset, solo Hincmari testimonio probandum esset: illud autem nullius esse autoritatis, illicò patebit: aliunde verò quo modo id suadere aliquis valeat, non video. Quare ego arbitror, etiamsi à pluribus fuerit liber compositus, & eodem tempore, siue etiam eodem loco Concilij, hoc est, ciuitate Francofurti, non tamen in ipsomet Concilio, sed in congregatione aliqua particulari (in quam etiam conuenire poterant aliqui ex conuocatis in Concilium Francofordiense) editū fuisse. Et hæc satis de primo testimonio, cui tota machina huius disputationis, potius quā testimonio Hincmari, meo quidem iudicio, innixa videtur.

Deceptum fuisse Hincmarum ex libro Carolino.

C A P V T VIII.



Vperest, demonstramus omnes Scriptores cap. i. commemoratos manifestè fuisse deceptos: deceptionis autem eorum causam Hincmarū existitisse. Hic enim, vt ex eius testimonio cap. 3. huius disput. citato perspicuè patet, solūm testatur, cum adhuc esset adolescentulus, se vidisse in palatio Regis Caroli de destructione septimæ Synodi Nicenæ secundæ non modicum volumen, in Synodo Franciæ, idest, Francofurti editum: scribit deinde, à rege Carolo, ad Adrianum Romanum missum. Quibus sanè verbis, in primis non obscure indicat, cum esset adolescentulus, non bene considerasse, quodnam esset illud volumen: quare nec iuueni malè de rebus instructo fides est habenda. Tum etiam cum ait, volumen illud, in quo septima Synodus Nicena secunda dānabatur, à Carolo ad Adrianum Romanum missum, manifestè ostendit, fuisse librum Carolinum, quem ipse Conciliū Franciæ appellauit, quod Francofurti à pluribus in modū Concilij compositus esset, vt probabilius existimauimus cap. præcedenti. Nam cum constet, volumē illud libri Carolini

245

246

rolini, quod confutationem septimæ Synodi Nicenæ secundæ continebat, à Carolo Romam ad Adrianū missam, vt disputatione superiori cap. 6. probauimus; hoc ipsum, & nō aliud videtur fuisse, quod Hincmarus in palatio Caroli se vidisse testatur: de alio enim nō cōstat, Romā missum fuisse: facile ergò cū adhuc adolescentulus esset Hincmarus librum Carolinum Francofurti à pluribus editum, cum Concilio ipso Francofordiensi confundere potuit. Quod verò asserit, volumen illud Romā ad Adrianum per quosdam Episcopos directū: quodq; librum Carolinum testatur Adrianus in præfatione scripti de imaginibus, directum per familiarem ipsius Caroli Engilbertum Abbatem, & capellæ ipsius Caroli ministrum, parūm refert, quia facile etiam Hincmarus putare potuit, Episcopos fuisse, qui ad hoc munus destinati fuerunt, cum tamē essent presbyteri, aut Abbates venerabiles, quorum caput esset Engilbertus: nobis autem satis est, si habeamus tāquā certum, volumen illud libri Carolini fuisse missum ad Adrianum, & de alio, quod dicitur esse Concilij Francofordiensis, nihil constare.

247

Neq; verò Hincmarus, vir alioqui catholicus, & Ludouico Pio postea familiaris, cōtra definitionem septimæ Synodi in doctrina, sed in facto errauit; tametsi verba illius aliud indicare videantur. Inquit enim. *Septima autem apud Græcos vocata vniuersalis pseudo synodus de imaginibus, quas quidam confringendas, quidam autem adorandas dicebant, neutra verò pars intellectu sano definiens sine autoritate Apostolica sedis, nō longè ante nostra tēpora, Nicea est à compluribus Episcopis habitata & Romam missa, &c.* Cū dicit, neutram partem sano intellectu fuisse definitā, nō improbat quācunq; imaginū adorationē, sed latrā, quā sicut Trinitati deferendam esse imaginibus, ex septima Synodo liber ille Carolinus passim refert: vt ex scripto Adriani, & ex ijs, quæ ante diximus patet. Eo ergo libro, qui hoc mēdaciū septimæ Synodo sapius imposuit, deceptus Hincmarus, putauit, hanc fuisse illius definitionē, quā ipse meritò improbauit. Cōtrariā etiā sententiā Iconomachorum, qui tūc vigebrāt, asserētū nullo modo

248

Engilbertus librum Carolinum Carolino missum Adriano obtulit.

Excusatur Hincmarus ab errore fidei.

modo imagines esse retinendas, sed cōfringēdas; neq; factō neq; iure deceptus, contra sanam doctrinam esse, iustē cē- fuit. Mediam autem viam, quam liber ille Carolinus se- quutus est, non bene de rebus instructus, quod adhuc ad- olescentulus esset, probavit. Ea verò est, retinendas qui- dem esse imagines, non confringendas, sicut Iconomachi Imperatores tempore septimæ Synodi dicebant, eas tamē non esse adorandas latria: (cuius oppositum septimæ Syn- odo autores illius libri falso imposuerunt) atq; ad solam memoriam, absque vlla veneratione, retinendas, vt retuli- mus disput. 6. huius libri cap. 1. Hanc autem sententiam probavit Hincmarus, quia non satis perspexit, quo pacto liber ille septimam Synodum impugnaret: contentus so- lum, quod rectē definiret, imagines retinendas, & latriam, sicut Trinitati, ipsis non esse deferēdam. Cum enim audi- uit, retinendas, non ad solam memoriam, sed ad cultū ali- quem ex mente illius libri eas conseruandas esse putavit. Ita enim liber ille aliquando rectē loquitur de vsu imagi- num, & solum cultum latriæ, qui Deo debetur, illis negat; vt Catholicus planē videatur: sicut ex fragmentis illius a- pud Adrianum constare potest. In eum verò pessimū sen- sum septimam Synodum interpretatus est; vt eam liberius impugnaret. Ex quibus etiā liquet, totum id, quod Hinc- marus refert contra septimam Synodum ex Cōcilio Frā- ciæ, cuius volumen se vidisse testatur, nō de Cōcilio Fran- cofordiensis; sed de Conciliabulo, & cōuenticulo, vbi edi- tus est liber ille Carolinus, intelligendum esse.

Adria.
249

Quomodo alij Historici lapsi fuerint.

CAPVT IX.



AM verò quomodo alij autores in 1. cap. alle- gati, decepti fuerint, manifestum est. Omnes e- nim loquuntur de septima Synodo Nicena se- cunda, quā dicunt, pro imaginibus (scilicet co- lendis, & adorandis) celebratam, vt in hac disputat. cap. 2. contra Alanum, Sanderum, & alios demonstraui- mus. Verumta-

rumtamen existimo, eis non satis manifestam, & notam fuisse definitionem illius: sed putasse in ea definitum esse, imagines, sicut Deum ipsum, esse colendas: id quod liber Carolinus malitiosē, & Hincmarus ignoratione deceptus, septimæ Synodo falso imposuerunt. Hanc autem dece- ptionem, in vno iuvene Hincmaro, & in cæteris Histori- cis, qui post ipsum fuerunt, libentius ego admittō; quā in toto Concilio Francofordiensi, quod & Adriani instru- ctionem, & legatos habuit. Cum ergo rectē probatum ma- neat cap. 4. Concilium ipsum in facto non errasse: nunc mihi probandum superest, hos omnes, quos dixi, manife- stam sui erroris causam habuisse. De Hincmaro iam satis demonstratum est, de alijs verò probatur.

250

Primum hi omnes fuerunt Germani, qui cum ex Græ- cis Scriptoribus Historiam totam Imperatorum Græco- rum, vsq; ad Carolum Magnum diligenter perduxissent; à tempore Caroli, qui à Leone III. Pōtifice post Adrianum primum Imperator in Occidenti electus fuit, quod Oriē- tis Imperatores Iconoclastæ essent (vt disputatione præ- cedenti cap. 6. dictum est) relicta successione eorum Im- peratorū, & Historia Oriētalis Ecclesiæ, successionem so- lum Imperatorum Occidentis, & Ecclesiæ Occidentalis scripserunt. Quocirca nullus eorum septimæ Synodi Ni- cenæ secundæ peculiarem fecit mentionem: quando scili- cet congregata, sub quo Pontifice, & Imperatore; denique quid in ea actum sit: eum nondum ex Græcis Historicis illius notitiam habuissent: solum verò illius meminerunt, vbi de Concilio Francofordiensi agunt, in quo, vt statim planum fiet, manifestē decepti sunt.

Quid liber Carolinus se- ptimæ Syno- do imposue- rit.

Quas ob cau- sas historici decepti fue- rint.

251

Præterea hi omnes Germani Scriptores, multo tempo- re post septimam Synodum, & Concilium Francofordiē- se scripserunt. Cæteris namq; antiquior Annonius, vsque ad annum 828. historiam texuit: quocirca cētum ferè an- nis post septimam Synodum, & Concilium Francofor- diense scripsit: reliqui autem post ipsum. Iam verò, vnde hic autor scire potuit, in Concilio Francofordiensi con- tra septimam Synodum actum esse, aut aliquam notitiam huius

Annon.

Paulus dia- conus fami- liaris Caroli magni.

huius Concilij habere nisi aut ex Paulo diacono, qui Carolo Magno familiarissimus fuit, aut ex Secretario Caroli Eginardo, aut ex Iona Aurelianen. qui eodem ferè tempore vixit, aut ex libri illius Carolini prefatione, aut deniq; ex Hincmaro. At Iona in libris illis de cultu imaginum sapius citatis, & Paulus diaconus, & Eginardus in vita Caroli nullam huius damnationis mentionem faciunt, super est ergo, vt aut eã confinxerit ex suo cerebro, aut ex Hincmaro & libro Carolino desumpserit. Hos autem ostendimus planè fuisse deceptos: librum sanè Carolinum, malitiose: Hincmarum autè, ex ignoratione; Annonius ergo si ex ipsis, vt apparet, illam deprompsit, ignoratione quoque (erat enim vir catholicus & pius) similiter errauit. Ceteri verò Annonio recentiores, ex ipso etiam, aut ex Hincmaro, aut ex libro Carolino eundem errorem hauserunt. Excipio Sigibertum; qui cum meminerit Concilij Francofordiësis, & damnationis contra Fœlicem & Elipandum; eius tamè, quæ contra septimam Synodum dicitur facta, mentionem non facit. Hi ergo omnes errarunt, quòd perspectam nò haberent definitionem septimæ Synodi: cuius deceptionis manifestam causam ostendimus.

Alij verò recentiores Historici, pro sententia Alani cap. 1. huius disputationis allegati, cum definitionem septimæ Synodi Catholicã & verissimam, eiusque maximam auctoritatem iam omnibus peruulgatam rectè nossent; ne Concilium Francofordiense contra ipsam aliquid definisse assererent: hanc damnationem septimæ alterius Synodi sub Copronymo, esse dixerunt: in quo & ipsi etiam euidenter decepti sunt: vt cap. 2. huius disputationis probatum est.

Sed præter eam generalem deceptionem, quæ illis scriptoribus cū Annonio, & Hincmaro contigit. aliqui etiam ipsorū lapsi sunt; dum Nicea pro Constantinopoli incautè posuerunt, vt cap. 2. huius disputationis vidimus: quòd etiã indicium est, Synodum Nicenam secundam, & acta illius non satis perspecta illis fuisse.

Ex his etiam licet, colligere, Historicos omnes commemoratos in fide non errasse, sed in facto, sicut Genebrardus &

Pan. Dia
Eginar.
Ion. Aur.

Annon.

252
Sigibert.

Alan.

253

aliq de Concilio Francofordiensi dixerunt. Nam si septimam Synodum Nicenam secundam, Pseudosynodum appellauerunt Annonius, Abbas, Regino, & Ado; ea ratione id fecerunt, quòd Hincmari testimonio decepti, eius acta, & auctoritatem nò satis perspectam habuerunt. Quòd verò Regino, Ioannes Auëtinus, & Ado dicunt, Synodum pro adorandis imaginibus fuisse abdicatam, non probat, eos de imaginum debito cultu perperam sensisse. Nam cū dicunt pro adorandis imaginibus, de illa adoratione loquuntur, quã Hincmarus intellexit, & liber Carolinus septimæ Synodo falso imposuit, videlicet de imaginibus pro Deo adorandis. Decepti enim errore facti putarunt, id fuisse in Nicena secundã Synodo definitum: nam ex alijs locis horū autorū, eos piè de culto debito imaginū sensisse, colligitur. Ado enim in Chronico sub anno. 669. dicit, Romę a toto populo crucē Saluatoris, in die exaltationis adorari: què morem ipse probat. Sub anno verò. 717. vocat imaginem, quam euerterat Philippicus, veneriam lam. Regino li. 1. circa finem factum Leonis Isaurici, scelus appellat. Sic etiam Abbas contra Leonem Isauricum, & Constantinū Copronymum, acriter inuehitur, eosque impios vocat. Idem de Hincmaro dicendum arbitror: cum enim ille vir pius fuerit, & Ludouico pio familiaris, cuius ad ipsum Ludouicū exstat epistola, vt testatur Tritemius, nò est credendum errorem Ichonomachię tempore pij admodum & Christianissimi Imperatoris, excitare voluisse: sed, vt diximus, in facto ipso fuisse deceptum.

An eadem adoratione cum exemplari, vel distincta
imagines sint adorandæ. Disp. 8.

Opinio Caterini, & Ayala, cap. 1.

Quid de modo adorandi imagines senserit Sanderus, & alij cap. 2.
Imagines non nisi cum exemplari adorari, testimonijs Scholasticorū confirmatur cap. 3.

Eadem sententia ex Concilijs ostenditur, cap. 4.

Conclusio sup
prædis. Forū.
vbi excusantur
prædicti
auctores.

Excusantur
historici, quib
ab Alano
citantur.

Non nisi

- Non nisi eadem adoratione, cum exemplari imagines esse adorandas, testimonijs Patrum probatur. cap. 5.
 Testimonia Patrum, qui septima Synodo interfuerunt, aut ei fidem suam scripserunt, pro eadem sententia. cap. 6.
 Rationes, quibus aliqui Theologi probant, imaginem non nisi cum exemplari adorari. cap. 7.
 Ratione à priori probatur, imaginem non nisi cum exemplari esse adorandam. cap. 8.
 Ratione efficaci à contrario id ipsum demonstratur. cap. 9.
 Eodem modo atq; imagines nomen I E S V S, & alias res sacras esse adorandas. cap. 10.
 Idem modus in sacramenti Eucharistiae adoratione seruandus est. cap. 11.
 Notatur doctrina quadam septimae Synodi, vt testimonijs pro prima & secunda opinione allegatis respondeatur. cap. 12.
 Explicantur quadam Patrum testimonia. cap. 13.
 Respondetur testimonijs allatis pro prima & secunda sententia. cap. 14.
 Solutio rationum pro prima & secunda sententia. cap. 15.
 Obiectio quadam ex verbis septimae Synodi. cap. 16.

Opinio Catherini, & Ayala.

C A P V T I.



D pulcerrimam, omniumq; difficillimā quaestionem ventum est: in qua, mea quidem sententia, totius disputationis cardo vertitur: ea in ore omnium Theologorum passim circumfertur: de hac in scholis quotidie Doctores disputant: & cum mille modis difficultatem illius explicare conentur; nouae quotidie quaestiones emergunt. Eam vero, si recte sincereq; tractauerimus, non solum aliquas Theologorum nostrorum opiniones facile impugnabimus; debitumq; modum imagines adorandi Catholicis, etiā rudibus, & ignorantibus trademus, sed etiam haereticorum vesaniam, qui putant, imaginum cultui, & adorationi idololatriam subesse;

253

esse; euidenter conuincemus: quam vel sola ratione naturali ex ipsis morum principijs petita, septima quoq; Synodus contra Iconomachos saepenumero redarguit: ideoq; cardinem totius huius materiae, merito hanc quaestionem appellauerim. Ad cuius accuratā explicationem, iuuabit summopere id, quod lib. 1. disputat. 1. praemisi; vera scilicet intelligentia, & adorationis definitio; quam quidā non benè attendentes, extremam sententiam elegerunt. Iā verò ad ipsam disputationem accedamus.

256

Cum Catholici omnes, contra Iconomachos, in aliquo cultu & adoratione imaginibus deferenda, facile conueniant: variant in modo, seu ipsa natura adorationis: an videlicet eadem sit ipsius imaginis & exemplaris; an verò diuersa. Qua in re, quantum quidem poterimus, non modò quid nobis probetur: sed etiā quid ab alijs dicatur, vt veritas ipsa magis ac magis elucescat, persequemur.

Cather. Ayala

Prima igitur sententia est Catherini, in opusculo de adoratione imaginum concl. 6. & 7. & Martini de Ayala, in lib. de traditionibus 3. p. cap. Quali honore imagines venerandae sint, qui affirmant, quamuis imagines propter exemplaria adorentur, quae propter se, sine ordine ad prototypa non essent veneranda: eas tamen, vt terminum proximum & integrum, adoratione quadam ipsis peculiari, qua exemplar non comprehenditur, adorari: etiam si in ipsis exemplaria quoq; adorentur: eamq; adorationem inferiorem, & distinctam esse ab adoratione exemplaris, quam ipsi honorariam appellat. De alijs rebus irrationalibus, vt reliquijs & vasis sacris, non loquuntur: idem tamen asserere debent. Pro hac sententia refertur Henricus quodl. 10. q. 6. & Gabriel loco inferius citando: qui meo quidem iudicio, opinioni sancti Thomae, quam puto veriorem, potius fauent.

Opinio Catherini & Ayala. e. terminis integrum honoraria adorationis esse imaginem.

257

Henr. Gabr.

Testimonia & rationes, quibus haec sententia probatur, primo quidem adpectu efficacissima videntur. Primum testimonium est septimae Synodi actione septima in definitione fidei. *Definimus (inquit) cum omni diligentia & cura venerandas & sanctas imagines, ad modum & formam venerande,*

Probatur testimonijs. prima opinio.

7. Syn.

R nerande,

neranda, & viuificantis crucis, dedicandas, & collocandas in templis, &c. & palud post quod scilicet, per hanc imaginum pietatem inspectionem; omnes, qui contemplantur, ad prototyporum memoriam, & recordationem, & desiderium veniant: illisque salutationem, & honorariam adorationem exhibeant: non secundum fidem nostram veram latriam, quæ soli naturæ diuinæ competit, sed quemadmodum typo veneranda, & viuificantis crucis, & sanctis Euangelijs, & reliquis sacris, oblationibus suffituum, & luminarium reuerenter accedimus. Quo loco, cum Concilium negat latriam imaginibus, etiam Christi, quale est viuificæ crucis signum: eamque dicat, soli naturæ diuinæ conuenire: atque ipsi opponat adorationem quandam, quæ in sola oblatione suffituum, & luminaribus accensis, & alijs id genus signis consistit: planè indicat, non eadem adoratione cum exemplari: sed alia inferiori imaginem adorari. Nam si eadem adoretur crux Christi, & signum illius: latria etiam, sicut ipse Christus, coleretur. Secundo Concilium comparat adorationem imaginum, etiam Christi, & ipsius Trinitatis cultui & reuerentiæ, quam tribuimus libro Euangeliorum, & vasis sacris: at hæc omnia non adoramus cultu latriæ; quis enim hoc dicat? Sed inferiori quadam honoraria adoratione veneramur: ergo & imagines, non eadem adoratione exemplaris, sed inferiori, ac proinde distincta, sunt adoranda. Hanc verò inferiorem adorationem, tribuendam esse imaginibus, etiam quando in ipsis exemplaria adoramus; patet ex verbis, quæ subiicit statim. *Imaginis enim honor in prototypo refertur, & qui adorat imaginem, in ea adorat quoque descriptum argumentum.* Si autem Concilium latriæ adorationem imaginibus concederet; eam sanè tribueret, quando in eis, & cum eis exemplar ipsum adoratur. A deo aliquibus, pro hac sententiâ testimoniū hoc septimæ Synodi probatur, vt dicat; si S. Thomas eam vidisset (nondū enim Synodus illa erat latina facta) nūquā docuisset, eadē adoratione cum exemplari, imagines esse venerandas.

Secundum testimonium ex S. Gregorio. Secundum testimonium est Adriani, in Scripto de imaginibus, quod habetur tomo 2. epistolarum Pontificum inter

Nota hæc septimæ Synodi verba.

Ex testimonio exposito auferitur difficultas.

Augetur ite- rum difficultas ex verbis eiusdem Concilij.

Secundum testimonium ex S. Gregorio.

258

259

Adriani

inter epistolas Adriani: in responsione enim ad reprehensionem ex cap. 9. longè à medio libri, cum dixisset ad hoc imagines deferuire; vt per illas animus assurgat ad primæ formæ memoriam: subiungit hæc verba. *Vt his, scilicet imaginibus, osculum, & honorabilem salutationem reddat: nequaquam autem, secundum fidem nostram, veram culturam, quæ decet, solum diuinam naturam: sed quemadmodum signo pretiosæ & viuificæ crucis, & sacris Euangelijs, & reliquis sacris ornamentis, &c.* Eadem verba habet in responsione ad vltimum capitulum, quæ sanè eadem ferè sunt cum illis, quæ ex septima Synodo retulimus: nisi quod veram culturam vocat Adrianus, quæ septima Synodus veram latriam appellauit.

Tertium testimonium est in eadem septima Synodo in actio. 2. vbi Tharasius Patriarcha, postquam lecta fuit epistola Adriani ad Synodum missa, professus se in omnibus sequi ipsius definitionem, dixit. *Et has, scilicet imagines, desiderio nostro adoramus, in nomine Christi Dei nostri, & intemerata virginis, sanctorumque Angelorum, & omnium sanctorum factas, sed apertis verbis testamur, nos dumtaxat in vnum Deum veram latriam & fidem nostram, referre & reponere.* Respondit autem Synodus: *Vniuersa Synodus sic credit, & sic docet.*

Quartum testimonium est in actione 3. post epistolam Theodori Patriarchæ Hierosoly. vbi Constantinus Constantiæ Episcopus, idem omnino dixit, quod Tharasius: cuius verba disputatione præcedenti cap. 4. retulimus.

Quintum testimonium est in act. 6. tomo 2. vbi Epiphanius Diaconus nomine totius Synodi Nicenæ secundæ, & afflatu Spiritus sancti, quo ipse testatur totā illam cōfutationē septimæ Synodi sic falsò nuncupatæ, Nicenā Synodū accepisse, in prima cōfutatione sic ait. *Quod si in recordatione, & memoriam, ita quod singulari quadam affectione in ipsa prototypa ferebatur, scilicet Catholici, salutauerint, & honorificè adorauerint imagines: nō tamen ob id, illis latriam exhibuerunt, aut diuinā venerationem adscripserunt: absit hæc calumniatio.* Quibus testimonijs cū dicat Conciliū, latriam non exhiberi imagini alicui, sed salutationem, vel honorariam adorationem, planè intelligit, ipsas nō eodem cultu, atq; ex-

R 2 plar,

260

Thara.

Theod.

Epiph.

261

Tertium testimonium ex septima Synodo actio. 2.

Quartum testimonium ex eadem Synodo actione. 3.

Quintum testimonium ex Epiphanio Diacono act. 6.

plar, adorari: huic enim si sit Christus, aut Trinitas, latriam veram, diuinamq; cultum exhibemus.

Sextum testi-
monium ex
eodem.

Adoratio
simplex debet
sui imagini,
latria autem
non debetur.

Sextum testimonium, omniumq; clarissimum est eiusdem Epiphaniij in eadem actione 6. in breui quadam demonstratione de vtilitate imaginum: vbi duplicem assignare videtur adorationem, alteram latriæ, & hanc tribuit exemplari: alteram inferiorem & simplicem, quam dicit imaginibus deberi: verba illius sunt. *Quapropter non indignas habemus eas, scilicet imagines, honore, salutatione, & veneratione: debitamq; adorationem illis dare debemus: siue igitur placebit salutationem, siue adorationem appellare, idem profecto erit: modo sciamus excludi latriam: hæc enim est alia, à simplici adoratione.* Cùm ergo distinguat latriam à simplici adoratione, & simplicem solum tribuat imagini, latriam verò exemplari, si sit Christus, vel Trinitas: sequitur ex ipsius sententia, imagines non eadem adoratione, sed alia, quàm exemplar adorari.

262

Septimum te-
stimonium.
Aug. & Da-
masc.

Eadem sententia testimonio Augustini probatur. Nam epistola 119. cap. 11. inquit: *Prohibetur coli aliqua in significatione hominum Dei similitudo: non quia non habet imaginem Deus, sed quia nulla eius imago coli debet: nisi illa, quæ hoc est, quod ipse: scilicet Verbum suum, nec ipsa pro illo, sed cum illo.* Eadem ferè verba habet Damasc. oratione 1. & 3. de imaginibus. Cum dicit Augustinus, nullam imaginem esse colendam, non negat, tanquam Iconomachus, omnem cultum imaginibus, sed solam latriam, quam *veram culturam* Adrianus appellauit: concedit ergo aliam inferiorem, si hanc negat: ne in errore Iconomachorum ipsum esse dicamus.

Aug.

Damasc.

Octauum te-
stimonium Ire-
næi.

Denique, qui colebant imagines Christi diuinis honoribus, inter hæreticos ab Irenæo cõnumerantur lib. 1. cap. 24. Epiphaniõ hæresi 27. & August. hæresi 7. qui tamen propter Christum ipsas adorabant: ergo non excusatur ab idololatria, qui diuino honore, vel latria colit imaginem: etiam si propter exemplar adoret.

Iren.
Epiph.
Aug.
263

Rationes hu-
ius opinionis.
Prima ratio

Rationes quoque huic sententiæ non desunt: quarum prima hæc est. Imago quocunque modo consideratur, siue pro materia, siue pro ipsa representatione, est aliquid

aliquid creatum & Deo inferius: ergo nõ est, vt Deus, adoranda: sed latriæ adoratio soli Deo debetur, & nulli alteri, quàm ipsi deferri potest: ergo imago adorari nequit adoratione latriæ: cum igitur sit aliquo cultu veneranda, sequitur, inferiorem adorationem ipsi esse exhibendã. At dicat aliquis, latriæ adorationem, quæ exhibetur propter ipsum, esse Deo propriam: sed cùm alicui tribuitur propter aliud, creaturæ quoq; conuenire posse. Huic tamen obstat manifesta ratio, quia latria est sumus cultus, qui Deo debetur, vt ex testimonijs citatis perspicuũ est: summus autem cultus non potest alicui deferri propter aliud: hæc enim duo inter se pugnant: nec vsquam in Cõcilijs, aut Patribus, duas latriæ adorationes inuenies.

Secunda ratio

264

Secunda ratio. Cultus ille, quem aliqui volunt esse latriæ circa imaginem, vel ipsi exhibetur propter ipsam, & sic est idololatria: vel propter exemplar, & sic est inferior cultus, ac proinde non erit latria, quæ est summa adoratio: vel si sit inferior adoratio latriæ, quàm latria exemplaris, saltẽ colligitur, imaginem adorari inferiori, & distincta adoratione à cultu exemplaris, sicut hæc opinio contendit: siue illa dicatur inferioris latriæ, siue quocunq; alio modo: id enim auctores illius non curant.

Tertia ratio. Aut imagini datur interior cultus latriæ, aut exterior: non interior, ille enim consistit in apprehensione primi principij, & motu voluntatis in illud; imago autem non potest sincera fide, hoc modo apprehendi: neq; exterior; nam signum vel cultus exterior latriæ, solum est sacrificium: hoc autem non offertur imagini: nullus ergo latriæ cultus ipsi tribuitur.

Tertia ratio

Quid de modo adorandi imagines senserint
Sanderus, & alij.

CAPVT II.

Sanderus
Albert.
Comes



Anderus lib. 2. de imaginibus cap. vltimo, Albertus Pius Comes Carporum lib. 8. contra Erasimũ nõ lõgè à principio, & Recentiores aliqui, ex vna

R 3 parte,

parte testimoniorum, quæ pro priori sententia allegauimus, pondere oppressi, & conuicti, ex alia verò non valentes negare, imaginem cum exemplari eodem motu adorationis adorari, vt tertia opinio fert, mediam sententiam excogitarunt. Fatentur ergo cum prima sententia, quoties imagines per se adorantur ab exemplari diuisa, inferiori quadam adoratione coli: etiam si illa propter exemplar tribuatur: cum verò adorantur per accidens, coniuncta scilicet prototypo, tanquam aliquid illius, eadem adoratione latriæ cum ipso per accidens adorari. Vt hanc sententiam explicent notat, bifariam aliquid adorari posse: primum per se, quando illud est tota materia, & terminus adorationis, & hoc adhuc duobus modis: vno, ratione sui, sicut Regem veneramus ratione suæ regni dignitatis: altero modo ratione alterius, vt cum legatum Regis colimus ratione ipsius Regis. tunc enim legatus est tota materia, & terminus honoris, & cultus: ipse namque solus est, cui honor exhibetur, quamuis non ratione propriæ dignitatis, quam ex se habet, sed quam ab ipso Rege accepit: cuius intuitu in ipso etiam conseruatur, & ei honor defertur. Ac proinde Rex ipse est ratio deferendi honorem legato, etiam si non sit, cui defertur. Et quemadmodum dilectione caritatis, proximus vt materia & terminus integer amoris diligitur; etiam si propter Deum ametur: Deus autem non est terminus illius amoris, sed ratio remota dilectionis. Et sicut in electione mediorum, quæ distincta est ab intentione finis, res volita est medium, quod à fine distinguitur, ratio tamen volendi, non autem res volita, est finis: sic imagines quandoque per se, vt tota materia & terminus cultus, adorantur, diuisæ scilicet ab exemplari, nec ipso simul cum eis, & in eis adorato: non tamen ratione sui, cum nullam ex se dignitatem habeant, sicut habet Rex, sed ratione exemplaris, à quo dignitas, & excellentia earum deriuatur. Et hoc modo alia adoratione imagines adorantur, quam exemplar: sicut legatus, quam Rex: & sicut alto amore diligitur proximus propter Deum, quam Deus; & appetitur medium propter finem, quam finis, & hanc adorationem relatiuam appellant: quia fertur

Imago ali-
quando per se
adoratur, ali-
quando per
accidens id est
simul cum pro-
typo.

Fundamen-
ta huius o-
pinionis qui-
bus exponi-
tur adoratio
per se & ado-
ratio per acci-
dens.

265

266

fertur in imagines, relatæ quidem ad exemplar, licet adoratio ipsum exemplar non tangat.

Deinde aliquid adoratur per accidens, quando veluti pars vel aliquid saltem cogitatione coniunctum cum alio, in quo dignitas & excellentia est, adoratur: sicut purpura & thronus cum Rege, pars cum toto, corpus cum anima, humanitas Christi cum deitate. Illud enim, in quo est dignitas etiam si cum alio adoretur, & sit pars, non dicitur per accidens, sed per se adorari: vt notauimus lib. 1. disput. 3. ca. 4. Sic veneramus imagines, quoties cum exemplari cogitatione coniunctæ simul adorantur, & ab hac adoratione non excluditur exemplar, sed sub eam cadit, non solum, vt ratio remota, quæ mouet ad adorandum, sicut Rex ad adorationem sui oratoris se habet, sed vt id, quod adoratur, & est terminus, aut materia proxima ipsius adorationis. Atque hoc pacto eadem adoratione adoramus imaginem, & exemplar: imaginem tamen per accidens.

Hunc modum adorationis autores huius sententiæ vocant impropiam adorationem: quia quod per accidens adoratur, impropiè colitur: priori autem modo, dicunt esse propriam adorationem, quæ rei adoratæ per se tribuitur. Hac doctrina purant, ex vna parte defendi communem sententiam antiquorum Theologorum, & Patrum, qui dicunt, adorationem imaginis in exemplar ipsum transire, atque eandem esse cum adoratione exemplaris: & testimonij septimæ Synodi satisfieri quibus inferior cultus, quam latria, imaginibus exhibetur. Videntur enim Patres septimæ Synodi, non de adoratione imaginis cum exemplari, sed imaginis per se à prototypo separata, loqui: quo pacto inferior ipsi, quam exemplari, & distincta adoratio tribuenda est. Hæc opinio, quoad priorem partem, quæ est de adoratione imaginum per se, eisdem rationibus, quibus prima sententia, cum qua conuenit: quoad posteriorem verò partem, quæ est de adoratione imaginum cum exemplari, eisdem etiam, quibus tertia, cum qua etiam concordat, probari debet. Visum est autem autoribus huius sententiæ, vtrumque modum adorationis, imaginibus

De adoratio-
ne per accidens
notanda.

267

268

concedere, & vtramq; , primā scilicet & tertiam sententiā, in vnam coniungere: quia negari non potest ex vna parte communis sententia, quam tertio loco referemus, quæ affirmat, eandem adorationem esse imaginis, & prototypi: eaq; saltem per accidens imaginem adorari, sicut purpurā, & thronum Regis, cum Rege: ex alia verò parte, satisfieri nequit testimonijs septimæ Synodi allegatis, si hanc solā adorationem per accidens simul cum prototypo imaginibus concedamus: id quod præter ea, quæ in testimonijs allegatis cap. præcedenti dicta sunt, his duabus rationibus probant, & magis vrgent.

269

Confirmatur
hac sententiā
rationibus.

Primum, quia illa adoratio per accidens est adoratio latriæ, cum sit etiam prototypi: Si ergo septima Synodus vellet, imagines solum per accidens cum exemplari adorari, ipsis latriā non negaret: nam cum Christi humanitas adoratur cum diuinitate, per accidens dicitur latria adorari: quia eadem adoratione diuina; cum ipsa deitate colitur. Præterea si imago non esset adoranda, nisi per accidens, quia semper aut in illa, aut coram illa, vel per illam exemplar veneremur, solum adoraretur improprie: id enim videtur esse per accidens, atque improprie: liceret ergo absolute negare, imagines esse adorandas. Id enim quod non est simpliciter tale, sed improprie, absolute dici potest, non esse tale: frustra ergo septima Synodus laborasset in definiendo, imagines esse adorandas; quæ absolute & simpliciter dici non debent adorari: vt ergo adorationem & cultū simpliciter imaginum defendamus, opus est, non solum adorationem per accidens eandem cum exemplari concedere; sed etiam propriam illis per se, ab exemplari separatis tribuere.

270

Imagines non nisi cum exemplari adorari, testimonijs Scholasticorum confirmatur.

Opinio autem
715.



Peruulgata, & antiqua Theologorum sententia, quam ego veram existimo, est, motum adorationis in imaginem, ita in eius prototypo, & exem-

exemplar transire, & vtrumq; sub eandem venerationem cadere; vt nec sola cogitatione, imago per se sine illo, vel ab eo separata adorari possit: non solum quia necesse est propter exemplar, tanquam propter rationem remotam, sicut legatum propter Regem, imaginē colī: sed quia, qui imaginem adorat, in ea quoque & per eam exemplar, vt terminum, & materiam proximam adorationis, necessario venerari debet. Hanc sententiam, ex Theologis Scholasticis tradiderunt, Alex. 3. p. q. 30. m. 3. art. 3. §. 1. S. Thom. 3. p. q. 25. art. 3. 4. & 5. Caietanus & recentiores aliqui ibidem, Albert. in 3. d. 9. art. 4. Bonauent. eadem d. art. 1. q. 2. & q. 4. S. Th. eadē d. q. 1. art. 2. q. 2. Ricard. art. 2. q. 2. & 3. Palud. q. 1. §. Inquirendo tam de his, Capreol. q. 1. art. 1. concl. 2. & 3. & art. 3. ad argumenta contra easdem conclusiones, Almainus q. 1. concl. 5. Maior q. 1. qui de cruce Christi dicit, non esse terminum adorationis secundum se, sed ratione exemplaris: idemq; de imagine dicere debet. Eandem sententiā sequuti sunt, Marsil. in 3. q. 8. art. 2. dub. 2. concl. 3. Thomas Vvalden. tomo 3. cap. 156. num. 6. & 7. Ferrarien. 3. contra Gentes cap. 120. §. Circa latria adorationem. Sotus lib. 2. de iust. q. 4. art. 2. in fine, Turrecremata in cap. Venerabiles de consecrat. d. 3. Antoninus 3. p. titulo 12. cap. 9. §. 4. Hieron. Angestus contra Lutherū cens. 10. ad 3. obiectionem hereticorum, versiculo *Hic enim est colendi modus*, & infra inter compendiariorum dogmata. Clichtoueus in propugnaculo Ecclesie lib. 1. cap. 10. Iacobus Paiua libro 9. Orthodoxarum explicationum §. At Kemnitius, Franciscus Turrianus lib. 1. pro canonibus Apostolorū cap. 25. & lib. 3. de dogmaticis characteribus satis ante medium; Alphonsus de Castro aduersus hereses verbo *adoratio*, de cuius modo loquendi, atque Almaini, qui fuit etiam Gregorij Magni, diximus disput. 6. huius lib. cap. 1. & in hac disputatione cap. 12. nonnihil dicemus. Hi omnes non solum docent, imaginem cum exemplari eodem motu adorationis posse adorari: verum etiam ipsam per se, nisi exemplar contineat, & cum eo coniungatur, non esse alicuius venerationis, & adorationis capacem, ac proinde non nisi cum

Probatum te
testimonijs
Scholasticorum

271
Alex.
S. Thom.
Caiet.
Bonau.
Alber.
Ricard.
Palud.
Capreol.
Almai.
Maior.
Marsil.
Vvald.
Ferrar.
Sotus
Turrecr.
Anton.
Clicht.
Paiua
Turria.
Castro
Almai.

R 5 exemplari,

exemplari, cum quo integrum, & proximū terminū adorationis constituit, esse colendam: quod non solum differtis verbis tradunt, sed etiam aliquorum ratio, quā cap. 8. proferemus, euidenter id probat.

Facit cum his Theologis, in primis Henricus quodl. 10. q. 6. quem putat Picus Mirandulanus, sententiæ S. Thomæ aduersari. Quāuis enim dicat, Christi imaginem adoratione non latriæ, sed hyperdulix esse adorandā; id tamen docet, quia putat, eam esse imaginem solum humanitatis. Vt enim vidimus disput. 3. huius libri cap. 3. ipse docuit, Deo non posse imaginem effingi; nisi suæ solius humanitatis: cū ergo sentiat, humanitatem Christi secundum se, sola hyperdulia esse adorandā, ut retulimus in 1. lib. disp. 4. cap. 1. ideo asserit, imaginem humanitatis, sola etiam hyperdulia colendam esse. In vniuersum tamen docet id, quod in hac opinione contendimus, nempe imaginem, & eius exemplar, eodem motu venerationis, & reuerentiæ necessario adorari. Deinde Gabriel in canonē lect. 49. & in 3. d. 9. q. 1. art. 2. conclusione 5. & Antonius Cordub. lib. 1. q. 5. dubitatione 4. imo verò Holcot, Durandus, & Picus Mirandulanus à nobis citati in hoc libro, disp. 6. cap. 1. quāuis in modo loquendi varient, & se putent cæteris Scholasticis aduersari: ab hac tamen sententia, re ipsa non differunt, ut cap. 13. explicabimus: excipio Cordubam, qui fateretur, se omnino sententiam S. Thomæ sectari. Denique eandem opinionem indicat Canisius lib. 5. de beata Virgine cap. 16. aliquantulum ante finem, & pro canonibus Apostolorum lib. 1. cap. 25.

Eadem sententia ex Concilijs ostenditur.

C A P V T IIII.



Rifariā, hęc sententiā nobis probanda est. Primò Concilijs, secundo Patribus, tertio rationibus. In hoc autem cap. testimonia solum Conciliorum proferemus.

Primum est Concilij Trident. sessione 25. decreto de sacris

Primum testimonium ex Conc. Trid.

Henric. Mirand.

273

Gabr. Cordub. Holcot Dur. Mirand.

Cordub.

Canisius

Concil. Trid.

274

cris imaginibus, vbi sic dicitur. *Imagines porro in tēplis præsertim habendas & retinendas, eisque debitum honorem, & venerationem impartendam: non quod credatur inesse aliqua in his diuinitas, vel virtus, propter quam sint colenda: sed quoniam honos, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quæ illæ representant: ut per imagines, quas osculamur, & coram quibus caput aperimus, & procumbimus, Christum adoremus, & Sanctos; quorum illa similitudinem gerunt.* Hactenus Concilium, vbi non loquitur de peculiari aliquo modo venerandi imagines, sed de honore eis debito, ac proinde de quouis modo, & ratione, ob quam dignæ sunt adoratione. Nam si alia esset peculiaris, ob quam adoratio deberetur, non satis explicasset debitum modum venerationis ipsis exhibendæ: de illo verò, de quo loquitur Concilium, duo dicit obseruatione digna, quibus hęc nostra sententia mirū in modum confirmatur.

Probationes ex Concilijs de prompta.

Primum est, nullam ipsis adorationem exhiberi, quia in eis sit aliqua virtus, ob quam sint colendæ: quibus non solum explicat, posse eas coli coniunctas exemplari, sed etiā per se ab eo diuisas, nunquam dignè adorari. Si enim hoc modo adorarentur, oporteret ipsis inesse aliquod numē, seu virtutem, cui cultus, tanquam excellenti, deferretur, ut cap. 8. demonstrabimus.

Expenduntur verba Concilij Tridentini.

275

Quod si dicas, ipsis inesse vestigium, & signum aliquod sanctitatis: certè vestigium hoc in imagine præter ipsius prototypi excellentiam, & sanctitatem, non potest esse aliqua virtus, cui cultus debeatur. Est enim in imagine signum solum irrationale, & inanimatum excellentiæ, & sanctitatis, cui homo dignè se subicere nequit adoratione, ut eo capite ostendemus: aut si aliqua ipsis virtus inest, cui verè debeatur adoratio, falsò inquit Concilium, imagines non adorari, quia eis insit aliqua virtus; sed quia honos illarum transit in exemplar. Responderet possit aliquis, excellentiam, quæ est ratio mouens ad adorationem imaginis, nō esse in imagine, sed in prototypo; & ob illam, imaginem esse dignam adoratione. Verum qui hoc asserit, debet etiam dicere, imaginem non esse totum ter-

Responsio ad uersariorū.

Impugnatio

Altera respo. so.

Impugnatio

tum ter-

tū terminū adorationis, sed ipsi exēplari in imagine eādē adorationem deferri. Nam adoratio debet sub se cōprehendere excellentiam, qua res adorata, digna efficitur veneratione, siquidem ei excellentiæ defertur, qua res digna redditur cultu & honore: cum ergo dignitas imaginis sit ea, quæ est prototypi, illa etiam sub eandem adorationem cadere debet. Quare aut aduersarij affirmare debēt, adorari simul exemplar cum imagine, aut fanè coguntur dicere, ipsas imagines ita secundum se adorari; vt in ipsis sit virtus, ob quam dignæ sint veneratione: præsertim si doceant eas dignas esse honore, non ab excellentia prototypi, vt est in se, sed vt ad eas deriuatur. Sic enim nihil aliud est dignitas prototypi, quàm representatio, quæ est in illis: quæ, licet dicatur respectiua, non minus Concilio aduersatur, quàm si absoluta poneretur. Quæ verò sit differentia inter media, vt possint esse integer terminus electionis: & imaginem, vt esse nequeat terminus totus adorationis, dicemus 3. lib. disput. 1. cap. 6.

Deinde notatione digna est ratio, quam subdit Concilium, propter quam imagines adorantur: *Quoniam honos, (inquit) qui imaginibus exhibetur, refertur ad prototypa: vt per imagines, coram quibus procumbimus, Christum adoremus, & Sanctos.* Vbi cum negasset, imagines ob aliquam in ipsis virtutem, id est, excellentiam, adorari, ostendit, hanc esse vnicā rationem ipsas venerandi; quia scilicet honos illarū trāsit ad exēplar: quod fanè intelligit, sicut in terminū ipsius adorationis. Ait enim: *Vt per imagines, coram quibus procumbimus, Christum adoremus, & Sanctos.* Quibus verbis imagines ita facit terminum genuflexionis, & prostrationis, seu osculi; vt per illas, & in illis exemplaria, ex corde veneremur; & osculum corporaliter infixū imaginibus, ipsis Sanctis, seu Christo animo nostro etiam infigamus. Ex quibus patet iuxta Concilium Tridentinum, imagines coniunctas exemplari, & nullo modo ab eo diuisas adorari.

Secundò hoc ipsum ex definitione septimæ Synodi, quæ habetur actione 7. non obscure probatur: non solum quia Concilium Tridentinum suam definitionem, quam retulimus,

Secundum testimonium ex septima synodo.

276

277

limus, eādē esse dicit, cum definitione septimæ Synodi: verum etiam, quia ex verbis ipsius perspicuè deducitur. Nam postquam definiuit, imagines in templis honorifice retinendas, subdit: *Quò scilicet per hanc imaginum picturarum inspectionem, omnes, qui contemplantur, ad prototyporum memoriam, & recordationem, & desiderium veniant: illisq, salutationem, & honorariam adorationem exhibeant: non secundum fidem nostram veram latian, &c.* subiungit paulò post, rationem his verbis: *Imaginis enim honor in prototypo resultat, & qui adorat imaginem, in ea adoratur quoq, descriptum argumentum.* Quam definitionem, licet autores primæ & secundæ sententiæ pro se afferant, vt probent, imaginem per se aliquando adorari, non adorato exemplari: ea tamen, si rectè consideretur, illorum sententia apertè refellitur.

In primis enim hic loquitur Concilium de adoratione, qua simul cum imagine, & in illa exemplar, quod appellauit, *Descriptum argumentum*, eodem honore, & cultu adoratur: cum id reddat pro ratione, quare imagines adorentur, quia scilicet idem honor imaginis in exēplar resultat: non ergo loquitur de adoratione imagini propria, & ab exemplaris adoratione distincta.

Tum etiam septima Synodus hic explicat omnem modum adorationis imaginis: si ergo loquitur de cultu imaginis cum prototypo, & nusquā alibi, de alio modo quidquam definiuit: frustra ex septima Synodo, peculiarem illum modum aduersarij conatur probare: siquidē ex hoc loco colligi non potest, nec ex alijs; in quibus idem omnino dicitur.

278

Ad hæc, aut septima Synodus ibi definiuit vtrumq; modum adorationis, quem secunda sententia astruere, & defendere molitur; & hoc non solum gratis dicitur, siquidē nulla verba illud indicant: verum etiam conuincitur esse falsum: cum ratio definitionis, quā retulimus, de sola adoratione imaginis cum exemplari intelligatur. Aut de eo tantum loquitur, quo imagines per se propria adoratione adorantur. Hoc autem, præterquam quod eodem modo falsum esse demonstratum est, mirabile fanè esset.

Cum

Argumenta contra aduersarios ex septima Synodieruta. Primum argumentum.

Secundum argumentum.

Tertium argumentum. binembre.

Posterius membrum.

Cum enim Concilium, in omnibus ferè actionibus, plurima inducat testimonia Patrum, vt confirmet traditionem Ecclesiæ, de adoratione imaginum, eamque in septima actione definiat, nullum adduxit, quod de adoratione imaginis per se sine exemplari loqueretur, plura verò, quæ de adoratione simpliciter & absolutè, multa quoq; eaq; grauiſſimorum Patrum & Pontificis Adriani, quibus eadem adoratio imaginis cum exemplari coniuncta traditur, mirabilis ergo eſſet, imo monſtroſa definitio; ſi Concilium omiſſa ea adoratione, de qua Patres ab ipſa Synodo inducti præclare loquuntur, eam ſolum definiſſet, quæ nuſquã in ſanctis Patribus reperitur. Partus enim, hoc eſt definitio, conceptui, hoc eſt traditioni, & doctrinæ Patrum non reſponderet. Adde, quod cū Eccleſia iccirco à fidelibus exigat imaginum adorationem, vt mente ſimul exemplar oculari, amplecti, & adorare conentur, illudque in imagine intueantur, ſi in his locis ſolum de adoratione mentionem feciſſent Cõcilia, quã prima & ſecunda ſententia excogitarũt, id, quod populo Chriſtiano maximè neceſſariũ erat, omiſſiſſent: & modum quẽdã adorãdi ſine ſpiritu tradidiſſent. Quare qui hæc testimonia, & ſequentia de ea ſolum adoratione, quẽ in imagine completur, & ad exemplar remotè tranſit, interpretaretur, & ipſis verbis manifeſtã vim inferret, & vtiliorem modum adorandi, quem tota obſeruat Eccleſia, à Concilijs & Patribus relegaret. Super eſt ergo, definitio ſeptimæ Synodi de ea ſolum adoratione intelligatur, quam tertia opinio defendit: cumque ibi explicet omnem modum & rationem, qua imagines adorantur, cur quæſo nouum iſtud genus adorationis autores primæ, & ſecundæ ſententiæ comminiſcuntur?

Obiectio:

At dicat aliquis. Sæpenumero in ſeptima Synodo repetitur, imaginibus exhibendum eſſe honorem, & adorationem, non tamen latriam. Ex quibus aperte colligitur inferiori eas adoratione eſſe colendas, quã exemplar, atq; ad eò ab ipſo diuiſas adorari: nõ ergo ſolũ de adoratione imaginis cum exemplari, ſed etiam de illa inferiori, & diſtincta, testimonia inducta à ſeptima Synodo loquuntur: quid ergo

280

ergo mirum, ſi de ea ſolum poſtea definitio tradita fuerit cum ea ſit magis principalis, quã quæ imagini cum exemplari exhibetur: quia hæc eſt per accidens, illa per ſe, vt capite præcedẽti dictum eſt.

Cæterum hæc reſponſio rationi, quam ſuperius adduximus, nõ videtur rectè accommodari. Primum, quoniã nos ſolum diximus testimonia, quæ ex alijs antiquioribus Patribus, aut Põtilice Adrian. allegarũt Patres ſeptimæ Synodi, & coram toto Concilio legi fecerunt, vt inde ſuam traditionem, quam definire volebãt, confirmarent: aut ſolũ loqui de adoratione ſimpliciter, aut de adoratione imaginis cum exemplari: nullũ verò de adoratione ſolus imaginis per ſe: loca autem, in quibus reperitur imaginibus nõ deberi latriam, eſſe tamen adorandas, ex quibus colligi videtur inferior quẽdam adoratio imaginum ſecundum ſe, quæ ca. 1. pro prima ſententia fuerũt à nobis allegata, ſunt aut alicuius Patris ſeptimæ Synodi, aut totius Cõciliij. Nos verò contra duas priores opiniones obijciebamus, vnde nam potuiſſet Concilium, hæc doctrinã, vt Catholicã colligere, ſi nullum ad hoc induxerat antiquorum Patrum testimonium, ſed omnes illorũ autoritates, aut de adoratione imaginis coniuncta cum exemplari, aut abſolutè loquerentur.

Prior ſolutio

Anaſtaſ.

281

Solum videtur eſſe testimonium quoddam Anaſtaſij Episcopi Theopoleos, allegatum à ſeptima Synodo in actio. 4. cuius cap. 12. peculiarem faciemus mentionem; ubi Sanctus duplicem adorationẽ adſtruere videtur: cum dicat imagines eſſe adorandas, ſicut Sanctos, quibus nõ exhibetur latria. Verum vnus tantum testimonium non ſatis eſſet, vt omiſſis plurimorum & grauiſſimorum autoritatibus, id ſolum, quod vnus aut alter tradidit, Cõcilium definiret. Extat quoq; ſimile testimonium Adriani in ſcripto de imaginibus, quod cap. etiam primo recitauimus, ſed illud non allegauit ſeptima Synodus, cum liber ille Adriani, aliquot annis poſt ipſam editus fuerit: quare nec illud pro fundamento ſuæ definitionis habere potuit.

Adria.

Verũ enim verò ex eo, qd ſeptima Synodus in definitione illa ſi-

Posterior ſolutio

lutio

illa fidei, & alijs locis cap.1. citatis, & Pater ille Anastasius dicant, imagines esse adorandas; illis tamen latriam non esse exhibendam: nullo modo infertur, eas adorari posse, non adorato cum ipsis exemplari eadē adoratione. Quoniā id ipsum dicere debemus, iuxta sensum septimæ Synodi, quando imaginem cum exemplari coniunctam, eadē adoratione colimus: vt cap.6. huius disputationis ex testimonio Epiphaniij notabimus: & cap.13. perspicuè ostendemus: & ex ipsamet septima Synodo & Anastasio non minus clarè apparebit. Ita enim negant latriam imaginibus, vt non quandoq; concedant, quandoq; negent; sed semper dicant, soli Deo esse deferendam: imagini ergo siue diuisæ, siue etiam coniunctæ cum exemplari, illā negant. Et prædicta septimæ Synodi definitio, cum loquatur de ea imaginis adoratione, qua simul cū prototypo adoratur, vt probauimus: nihilominus dicit, imagini latriā non exhiberi, sed tunc inferiori cultu adorari. Ex eo ergo, quòd dicat imagines non adorari latria, sed honoraria veneratione, non separat eas à prototypo, nec peculiarem illis adorationem concedit, quæ ad ipsas, vt ad integrum terminum, & non ad prototypum referatur. Quare cum his testimonijs septimæ Synodi secunda sententia minimè constat: quibus tamen melius videtur prima opinio confirmari: quæ in vniuersum asserit, semper imaginem inferiori, & distincta adoratione esse colendam: quia nunquam ei latria deferri potest. Cum itaq; Anastasius dicat, imagini latriam in spiritu, & veritate, de qua Concilium loquitur, non exhiberi, tunc etiam quando cum exemplari eodem motu colitur: signum est, inde non colligi, eam à prototypo diuisam, peculiari adoratione posse adorari. Quid autem significet Anastasius infra cap.14. dicemus.

Tertiò, accedit Concilium Senonense cap. 14. in quo definitur, imagines adorari, non quia in illis aliquid numinis putetur esse; sed ob recordationem exemplaris. Et Concilium Moguntinum Prouinciale celebratum anno 1549. cap. 41. secundum diuisionem, quam habet in cōpilatione Suriij, aut iuxta diuisionem codicis particularis, qui

7.Syn.

282

Concil.
Senon.

Mogunt.

283 qui acta illius fufius continet in expositione primi præcepti cap. de vsu imaginum, vbi dicitur, non adorari imagines, sed ad hoc poni, vt exemplaris recordemur: quæ non possunt aliter sano modò intelligi, nisi dicamus, imagines per se nō adorari; sed quatenus excitantes exemplaris recordationem, illud in se continent: cogitatione coniunctum, & cum illo simul adorantur, verba Concilij cap. 13. recitabimus.

Obijciat aliquis in hunc modum: etiamsi honor imaginis in prototypum referatur, & transeat; & qui adorat imaginem, in ipsa etiam exemplar adoret, vt dicitur in Concilio Trid. & in septima Synodo: inde tamen non rectè infertur, eandem esse adorationem imaginis, & exemplaris, sed fieri nihilominus posse, vt imago per se, vt totus terminus adoretur: etiamsi propter exemplar adorari dicatur: vt prima, & secunda opinio contendunt. In eadē enim septima Synodo act. 4. in dialogo Leontij Episcopi Neapoleos, quem legit Stephanus Diaconus, circa finem, dum esset sermo de cultu imaginū, dicitur. *Nam qui martyrem colit, Deum ipsum colit: qui matrem illius adorat, ipsi honorē assignat.* Idem habet Germanus Patriarcha in epistola ad Ioannē, quæ recitatur in eadem actione: Basilius oratione in Sanctos quatuor martyres: Hieron. epistola 53. Ambr. serm. 6. Damasc. lib. 4. de fide cap. 17. circa finē, qui Sanctorū honorem in Deum ipsum transire affirmant: imò Damasc. sicut & Leontius, idē, quod de imaginum cultu, de Sanctorū veneratione asserere videtur. Respōdeo, Patres eo modo loquēdi vsos, vt aliqua ratione id, quod de imaginibus dicebant, explicarent, sed non putarunt, eandem omnino esse rationem. Vt enim disput. 1. sequentis lib. explicabimus, Sanctis, & beatæ Virgini inest dignitas, & excellentia, atque virtus: ideoq; eis honor debetur dulci, tanquam Dominis, etiamsi expressè Dei non recordemur, in quem honor eorum resultare quodam modo dicitur, quatenus honor Sanctorum ipsi quoque acceptus, & gratus est: non quia ipse simul, vt terminus adorationis, colatur: sicut etiā Mat. 25. dicitur: *Quod vni ex minimis istis fecistis, mihi fecistis,* S id quod

Obiectio contra prædicta

Trid.

7.Syn.

Germ.
Basil.
Hieron.
Ambr.
Damasc.
Leontius

284

Differentie inter imaginum & Sanctorum cultum

Mat. 25

d quod verum esse, etiam si absque vlla Dei recordatione illud fiat, ostendemus in 1. 2. quæst. 114. articulo 4. hūc autem modum, quo honor Sanctorum in gloriam Dei transire dicitur, explicauit nobis Germanus Patriarcha in ea epistola his verbis. *Et per honorem illorum (scilicet Sanctorum) in eum, qui per illos glorificatus est, quiq, illos glorificauit in confessione potentia sua, Christum, glorificationem, & cultum referimus: ita vt & nos, imitatores fortitudinis eorum, & dilectionis erga Deum, pro bonorum operum contra passiones resistentiam, fiamus.* Eatenus ergo inquit, Sanctorum honorem in Deum referri, quatenus nos bonis operibus ipsos imitatur. Bona enim opera in laudem ipsius Dei, & gloriam, quod secundum illius voluntatem fiant, cedere dicuntur: nec vllus Patrum ausus est dicere, Sanctos esse colendos, non quia illis inest dignitas, sed solum, quia honor ipsorum in Deum resultat.

At imaginibus nullam inesse sanctitatem, nullam aliam virtutem, quam exemplaris, cui adoratio exhibeatur; expresse notauit Conciliū Trident. ac proinde ipsas, nō nisi ex recordatione prototypi, & ex affectu erga ipsum, atq; easolum ratione, quia honor ipsarum in prototypon trahitur, esse venerandas declarat; vt septima Synodus in definitione sua dixit: id quod Germanus Patriarcha in epistola illa, & omnes ferè Patres, quos duobus capitibus sequentibus commemorabimus, expresse docent. Differentiam hanc, quam diximus, tradit sanctus Thomas 2. 2. quæst. 103. articulo 3. ad 3. & articulo 4. ad 3. vt cap. 8. referemus: & Petrus Bergomus in concordantijs locorum, dubio 720. paucis indicauit; eamque ex verbis Leontij multo magis perspicue demonstrabimus 3. lib. disputatione 1. cap. 4. Accedit, quod cum hic modus loquendi, *Honor imaginis in prototypon refertur*; sumptus fuerit ex Basilio, eodem prorsus sensu apud Concilia accipiendus est, quē habet apud Basiliū: Basilius autem sic loquitur, vt significet, eandem esse adorationem imaginis, & exemplaris, non multas, vt cap. sequenti videbimus: sic ergo Concilia intelligenda sunt.

Non

Non nisi eadem adoratione cum exemplari imagines esse adorandas, testimonijs Patrum probatur.

CAPVT V.

286



NON solum testimonijs Patrum, qui septimæ Synodo interfuerunt, aut epistolis suis fidem suam ei scripserunt, & professi sunt; sed aliorū etiam, hæc nostra sententia probari potest. Quæquamuis sigillatim annumerare prolixum videatur; molestum tamen censerī non debet. Res enim magni momenti est; & nostro tempore non paucis, nec indoctis non satis perspecta: ideoque contra antiquorum Scholasticorum opinionem, noua hæc imaginum adoratio aliquot antè annis in scholas introducta. In hoc ergo cap. aliorum Patrum testimonia: in sequenti verò eorū, qui septimæ Synodo interfuerunt, aut scripserunt, referemus.

Dionys.

Primum est Dionysij capite 2. de Cœlesti Hierarchia, vbi postquam probauit idoneum esse, Angelis corporeas imagines effingere, aliquantulum ante finem adiecit hæc verba. *Sic omnes, qui diuina sapientia præditi sunt, à rebus inchoatis, atque minus perfectis, & profanis, Sancta sanctorum sine vlla macula cogitatione secernunt, rationemque simulacrorum effigiandorum ex rebus dissimilibus probant, & prædicant, vt nec à profanis diuina res facile accipiantur, nec hi, qui sacra simulacra studiose spectant, in his talibus lineamentis, vt veris immoretur, vtque rebus diuinis, & ex veris negationibus, & diuersis cum extremis vestigijs, earum similitudinibus honos tribuatur.* Hæc Dionysius. Vbi planè docet, in sacris imaginibus, cum spectantur, non esse immorandum, & sistendum, sed rebus diuinis, hoc est, exemplaribus earum honorem tribuendum. Qui autem imaginem per se adorat, nec animo simul in exēplar mouetur studiose in imagine, & lineamentis immoratur: quod periculosum, imò superstitiosum est.

287

S 2 Quin-

Quinimo perfectissimus modus adorandi est, quando ita in imagine contemplamur exemplar, ut in picturam ipsam, tanquam in aliquod diuersum ab exemplari, animus non sit intentus, ut indicauit Nyssen. citatus ab Adriano in epistola ad Imperatores, quæ est in secunda actione septimæ Synodi, his verbis. *Nam qui imaginem aspiciat, quæ ex arte per diuersas colores in tabula est expressa, non ex pictura, & colorum tinctura similitudinem accipit, sed ad contemplationem primi exemplaris animum reducit.* Id ipsum pulchre notauit Vvald. tomo 2. qui est de sacramentalibus cap. 156. numero 6. in hunc modum. *Sicut enim, qui viderit imaginem alicuius, videt eum cuius est imago, eo scilicet intuitu, ita quod pene obliuiscitur imaginis, dum prima contemplationis instantia rapitur in signatum; & sic vident multi quosdam vestitos, qui interrogati de colore vestis, ignorant, quia toti ferebantur in hominem: ita qui adorant imaginem, eum adorant, cuius est imago.*

Nyssen.

Vvald.

Secundum testimonium Basilij.

Secundum testimonium, illudque celeberrimum est Basilij in libro de Spiritu sancto ad Amphilochem capite 18. quod citat Damascenus oratione 1. & 3. de imaginibus, & Ioannes Presbyter, tenens locum Episcoporum Orientalium in septima Synodo actione 4. ubi sic ait Ioannes. *Falsa Synodus, scilicet Constantinopolitana sub Copronyino, sparserat hoc axioma, quicumque imaginem Christi adorat, in duo Christum diuidit: & quicumque imaginem aspiciens, dixerit, aut in scripserit ei, hic est Christus. Christum diuidit: stultum id sanè est.* Confirmat deinde testimonio Basilij, quod sic habet. *Quia Rex etiam dicitur, Regis imago, & non duo Reges: neque enim Imperium scinditur, neque gloria diuiditur, quæ admodum principatus, & potestas vna est, quæ nobis dominatur: sic etiam & glorificatio à nobis vna est; & non multi: propterea, quod imaginis honor ad exemplar transit.* Quam etiam sententiam repetit Damascenus in 3. de fide cap. 17. circa finem. Ex hoc verò testimonio non solum constat, honorem imaginis in exemplar transire, atq; ad eundem esse; sed etiam huius optima ratio naturalis redditur: scilicet, quia vna est gloria, & vnū Imperium, hoc est vna dignitas, cui ado-

Basil. Damasc. Ioan. Presb.

288

Expenditur ratio naturalis qua Basilijus vtitur.

289

cui adoratio & glorificatio defertur; ideo vna tantum est glorificatio, & adoratio, non multi. Colligit ergo Basilijus hac ratione, non solum posse eundem esse honorem imaginis, & exemplaris, sed etiam ita esse eundem, ut non sint, nec esse possint multi adorationes. Nam si interdum esse possunt multi adorationes imaginis, & exemplaris, & nunquam esse etiam potest vna vtriusq; adoratio, ut secunda opinio asserit; non debuit Basilijus, ita affirmare, vnâ esse vtriusq; adorationem; ut non sint multi: loquebatur enim de modo, quo in vniuersum imagines debent, & possunt coli: non de aliquo peculiari, quo possunt aliquando adorari. Quod si multe concederentur adorationes, ut secunda & prima sententia ferunt; sine dubio esset dignitatis & Imperij diuisio. Nam omnis adoratio alicui Imperio & excellentiæ debetur: cum ergo non sit, nec esse possit excellentiæ diuisio inter imaginem & exemplar: quia imago non aliam habet, quam exemplaris; sequitur, non posse eius adorationem ab exemplaris adoratione diuidi. Idem Ioannes ille, recitato Basilij testimonio inter alia, adiecit hæc verba. *Vnde & beatus Pater indicauit, non esse duas adorationes; sed vnâ ipsius imaginis, & primi exemplaris.* Dixerat enim Basilijus, non esse multas; sed vnâ glorificationem: idem ex eodem testimonio intulit Constantinus Diaconus in eadem actione. Quomodo ergo prima & secunda opinio diuidit adorationes, & duas introducunt: ubi non multas, sed vnâ tantum Basilijus esse asseuerat? Sic enim & diuisionem quoque gloriæ, & dignitatis inducere necesse est.

Constant. Diacon. 290

Verum dicet quis, non esse Imperij diuisionem & gloriæ, sed imaginis & prototypi: si duplex ponitur adoratio. At contra est, quod Basilijus ex diuisione adorationis diuisionem infert Imperij, gloriæ, & excellentiæ: atq; contra ex indiuidua gloria, & Imperio, indiuiduam adorationem: idq; optima quidem ratione; quia gloria, seu excellentia est, cui adoratio & glorificatio defertur: diuisa autem imagine ab exemplari, si ea non maneat cum aliqua gloria, adorari non poterit: id quod cap. 8. & 9. fusiùs probabitur. nunc satis sit nobis id, quod ex solo testimonio Basilij deducitur.

S 3 Tertium

Vna est gloria imaginis, & exemplaris quia vnus est Imperium.

Tertium testimonium Damasceni.

Tertium testimonium sit Damasceni oratione prima de imaginibus, qui testimonio Basilij nunc recitato commentarium adiecit his verbis: *Quomodo purpura, & sericum, & quod ex his vestimentum conficitur, per se nihil aliud sunt, nisi tenue quoddam operimentum: quod tamen si Rex induerit, honoris. quo praeferat Rex ipsum quoque particeps fit: ita res ex materia constantes per se quidem adoranda non sunt: at si gratia plenus sit is, quem illa referunt, pro fidei proportionem, ipsa quoque participes sunt.* Hæc Damasc. quibus docet id, quod Martinus de Ayala concedit, nec ullus negare potest: scilicet vestem Regis, eodem honore cum Rege, nec unquam alio adorari, nec illam alterius honoris per se participem esse, quam Regis. Cum ergo vesti comparet Damascenus imagines, & res sacras, idem de earum cultu dicendum est. Quare idem Damascenus 4. de fide ca. 12. inquit. *Quamobrem omnia, quae Deo dedicata sunt, ita adoramus, ut cultum ac venerationem ad eum referamus, & paulo superius hanc rationem reddit, ob quam signum crucis adoratur, ubi enim (inquit) signum fuerit, illic quoque et ipse erit, scilicet Christus.* Nā vt bene notauit Thomas Vvalden. 3. tomo cap. 120. nu. 3. quando crux adoratur, etiam si Christus corpore in ea non sit: affectu tamē & cogitatione colentis, ibi est. Ex sententia ergo Damasceni, propter coniunctionem cum exemplari, imago adoratur: non ergo per se, vt prima & secunda opinio defendunt, idem clarissime expressit in historia Barlaam cap. 19.

Respondit Ayala.

Respondet Martinus de Ayala ad testimonium Damasceni, vestem Regis ita cum ipso Rege eadem veneratione coli, quandiu coniuncta est, vt non possit per se proprio cultu honorari, quia tunc vnum, saltem accidentariē cum Rege actu componit. Quare separata ab eo, quia iam cum ipso Rege non facit vnum, non colitur, nec eadem adoratione cum Rege, nec diuersa: imago vero, cum semper sit separata, non colitur, quia vnum cum exemplari etiam accidentariē componat, sed quia ratione representationis, tamquam res sacra adorationem aliquam per se meretur. Doctrina hæc Martini, solum habet locum in eius sententia, quia nullo modo concedit, eandem esse posse imaginis adorationem cum exemplari. Autores enim secunda & tertia id fieri posse libenter fatentur.

Damasc.

291

Mar. Ayala.

Vvalden.

[292]

Martinus Ayala.

Leontius

Damasc.

293

294

Epiphanius

orationem cum exemplari. Autores enim secunda & tertia id fieri posse libenter fatentur.

Sed contra Martinum exstat præclarum Leontij testimonium in dialogo quinto contra Iudeos, cuius meminit Damascen. oratione 3. de imaginibus; & refertur in septima Synodo actione 4. vbi sic dicitur: *Quomodo etiam Iacob accipiens à filiis suis vestem sanguine cōpersam, Ioseph cum lacrimis osculatus est, suisque oculis circumposuit: non ipsam vestem diligendo, aut honorādo hoc fecit, sed per eam arbitratus est se Ioseph osculari, et in manibus habere, sic etiam Christiani, omnes imagines Christi, aut Apostoli, aut Martyris tenentes nostraque carne osculantes, animo videmur nobis ipsum Christum, aut martyrem amplecti.* Adducit verò in exemplum eum, qui filij mortui vestem osculatur. Idem de filiis, qui, patre ipforum longe absente, & peregrinante, quidquid in domo illius vident, siue baculum, siue chlamydem cum lacrimis amplexantur, hi tamen digni non sunt reprehensione. Reddit rationem his verbis. *Non enim, vt Deum, vestes adorasti, sed ipsum amorem erga eum, qui his amiciebatur, tuum per oscula declarasti: tandem concludit rationem dicens: ergo vt saepe dixi, in omni salutatione, et adoratione intentio ipsa requiritur, et exputatur. i. consideranda & expendenda est.* Non ergo curat Leontius, an ipsa vestis coniuncta sit cū eo, quem veneramus, & diligimus, vt eodem affectu, & motu cum illo possimus eam osculari, & reuereri: eandemque prorsus censet, esse rationem imaginis. Nam quāuis, vt vestis, cum eo, qui ea amiciebatur, & imago cum exemplari adoretur, debeat vnum cum ipso facere, id tamē non est necesse, vt fiat reali cōiunctione, & vnione, sed satis est, si ex sola cogitatione fiat: affectus enim adorationis sequitur rem, vt cogitatione apprehensam. Quare, nisi etiam imago coniungeretur exemplari, & cum ipso saltem cogitatione vnum faceret, non posset adorari. Cur verò Epiphanius, & alij Patres dicant, vestem regiam & purpuram separatam nō adorari 1. lib. disput. 3. cap. 2. diximus.

Quartum testimonium est Athanasij in quaestionibus ad Antiochum q. 38. quod apud Damasc. oratione 3. de

Testimonium Leontij contra Ayalam.

Nota testimonium elegantem Leontij de adoratione vestis separatæ vel cōiunctæ.

imaginibus ita legitur, in ipso tamen Athanasio inuenire non potui. *Quemadmodum igitur Iacob, cum esset à vita discessurus, fastigium virgæ Ioseph adorauit, nõ virgã ipsam honoratus, sed eum, qui virgam tenebat: ita nos Christiani, non alia ratione imagines colimus, nisi quemadmodum etiã cum filios nostros, & Patres osculamur, animi nostri desiderium indicemus. Sicut & Iudæus olim legis tabulas, & duo Cherubim aurea, & sculptilia quondam adorabat, non lapidis auriue naturam colens, sed Dominum, qui ea vt fierent, præceperat. Quibus verbis non solum docet Athanasius nos colere posse imagines, sicut Iacob adorauit fastigium virgæ; verumetiam non alia ratione nos eas adorare: sed Iacob ita adorauit fastigium virgæ, vt potius tenentem ipsam adoraret: ergo nos semper exemplar potius, quam ipsas imagines venerari debemus. Quod si diuina adorarentur, alia ratione eas coleremus, quam Iacob virgam adorauit, vt patet. Debemus etiam eas adorare non alio modo, quam Iudæi Arcam testamenti, & totum ornamentum illius, qui sic illud adorabant, vt Deum ipsum & Dominum potius colerent. Ex sententia ergo Athanasij nõ licet imagines per se venerari. Quod verò dicit, Iacob non adorauit virgam, sed tenentem: nec Iudæus adorauit tabulas, ligni scilicet auriue naturam, sed Deum: optimũ sensum habet, quẽ cap. 13. explicabimus. Cum autem addidit, Nisi quemadmodum etiam cum filios nostros, &c. adduxit secundum exemplũ, vt cultum imaginum explicaret, non tamen exclusit primum de adoratione virgæ Ioseph: nec tertium de adoratione Propitiatorij, quæ hæctenus exposuimus. Illo autem exemplo de osculo, quod filijs infigitur, & parentibus, hoc dicere voluit Athanasius: sicut osculantes filios & patres, ipso osculo demonstrant internum affectum amoris erga ipsos; sic etiam osculantes imagines, affectum submissionis, & seruitutis, non erga ipsas secundum se, sed circa exemplaria ipsarum ostendunt.*

In eundem modum loquitur Leontius de Iacob, cum virgam adorauit, in illo dialogo citato. *Manifestũ (inquit) est, quod lignum non adorauit, sed per lignum Ioseph, quemadmodum*

Rursus de adoratione,

Leontius
296

dum & nos per crucem Christum: sicut supra de eodem Iacob dixit, cum oscularetur vestem Ioseph, non ipsam vestem honorasse; sed arbitratum fuisse per eã se osculari, & honorare Ioseph. Sic de eadem adoratione virgæ loquitur Adrianus, quem cap. sequenti referemus. Cũ ergo ei cõparent hi Patres adorationem imaginum, & ea, non in virgam solum, sed etiam in tenentem illam, trãfaret: idem de imaginum adoratione in vniuersum dicendum est. Eãdem sententiam expressit Augustinus 3. de doctrina Christiana cap. 9. vbi de Christianis ait. Qui verò aut operatur, aut veneratur vtile signum diuinitus institutum, cuius vim, significationemque intelligit, non hoc veneratur, quod videt, & transit: sed illud potius, quò talia cuncta referenda sunt. Si ergo illud potius veneratur, scilicet exemplar, sequitur non sine illo signa, & imagines, quæ videntur & transeunt rectè adorari. Deniq; idem Leontius in eodem dialogo 5. cum adduxisset exemplum sigilli regij, quod dum osculamur, ipsi quoque Regi cultum exhibemus, inquit: Ita quoque Christianorũ filij typum crucis adorantes, non naturam ligni adoramus, sed sigillum, & anulum, & characterem Christum ipsum aspicientes, per hoc, eum, qui in illo crucifixus est, salutamus, & adoramus: quibus modum, quo imagines debent adorari, significauit, nec alium esse intellexit. Imò in eodem dialogo comparat imaginum cultum adorationi cuiusq; rei, in qua, & cum qua Deum possumus adorare: verba illius referemus 3. libro. disputatione prima capite secundo, sed alias res communes non licet adorare, nisi coniunctas Deo consideratione nostra, vt eadem disputatione 1. patebit: ergo nec imagines.

Athanasius
Damasc.

Quintum testimonium est eiusdem Athanasij in libro contra Arrianos non longè à principio, quod etiam refert Damasc. in illa 3. oratione vbi sic dicitur: *In imagine species, & forma Regis, & in Rege species est imaginis: expressa est in imagine Regis similitudo, vt qui videt imaginem, in ipsa Regem aspiciat, & qui Regem videt, intelligat hunc esse illum, qui in ea sit expressus imagine: & quia non differt similitudo, idcirco post conspectam imaginem, volenti Regem intueri imago dixerit, ego &*

quam Iacob Patriarcha exhibuit virgã ex Leontio.

Quintum testimonium ex Athanasio.

Examinatur
testimonium
supradictum

Rex unum sumus. Et post pauca. Qui enim adorat imaginem, is Regem adorat: nam illius formam & speciem imago continet. Sic recitatur testimonium hoc apud Damascenū, quod in textu Athanasij paucis verbis mutatis eundem sensum reddit. Illud etiam allegat Nicephorus Patriarcha Constantinop. quem refert Franciscus Turrianus loco paulo post citando. Idem citat Epiphanius in septima Synodo actione 6. tomo 5. in fine: & postquam in actione 4. à Petro lectore lectum fuit, dixit Tharasius in hæc verba. *Hæc sanè verū natura docet, quod honor imagini exhibitus ad ipsum fontem primum referatur; quomodo & contumelia.* Id ipsum notavit Epiph. actione illa 6. ex quibus omnibus perspicue apparet, ita ex natura rei, qui adorat imaginem, etiam cum illa exemplar venerari, ut aliud fieri nequeat, si imago, ut imago adoretur: quia dicere potest imago, ut Athanasius notavit, *Ego & Rex unum sumus.* Quare qui adorat imaginem Regis, ut imago est, ex natura rei eodem motu Regem adorat. Nam ut idem Athanasius ait, *Illius formam imago continet: qui verò adorat imaginem, non adorato exemplari, non adorat illam, ut imaginem; sed ut rem quãdam in se, & per se: qui sanè idololatriæ cultus esse videtur.* Porro si id fieri posset, ut prima & secunda opinio contendunt, non sequeretur, quod Athanasius, & Tharasius dixerunt: nempe statim necessario ex natura rei exemplar quoque adorari imagine ipsa adorata: eiusque honorem in exemplar trãfere. Quo autem pacto, eadem sit ratio adorationis, atque contumeliæ cap. 9. dicemus ubi planè monstrabimus, honorem nõ referri in exemplar, ut in terminum remotum, & rationem adorationis, sed ut in id, quod verè cū imagine adoratur.

298

Niceph.
Turrian.
Epiph.

Tharas.

Epiph.

299

Ex natura
rei qui ad-
orat imaginem
adorat exem-
plar.

Sextum testi-
monium Ni-
cephori Pa-
triarchæ.

Sextum testimonium est Nicephori Patriarchæ Constantinop. in dialogo, cui titulus est **ORTHODOXVS**, quod refert Franciscus Turrianus libro 1. pro canonibus Apostolorum cap. 25. & ipse ex Græco exemplari, latinè conuertit, hoc modo. *Liquet Christum, utpote qui debuit per omnia fratribus assimilari, prototypum esse imaginis suæ, tametsi verbis scriptum non sit. Quare cum querit hæreticus, ubi scriptum sit de adoranda Christi imagine, respondendum est, ibi scriptum esse.*

Niceph.
Patriar.
Constant.
Turrian.

259

vbi

ubi scriptum est, adorandum esse Christum: si quidem inseparabilis est à prototypo effigies eius. Et post pauca: Deus & homo dicitur Christus significatione nominis, & natura diuinitatis, atque humanitatis: imago vero eius significatione nominis dicitur Christus, non autem natura diuinitatis, & humanitatis, habetque communionem nominis, & honoris, atque adorationis cum prototypo. Hæc Nicephorus. In quem modum Gregorius Nyssenus libro de opificio hominis cap. 4. dixit, imaginem expressam alicuius Regis ex consuetudine Regem appellari. Quod si liceret, imaginem per se, sine exemplari adorare: quomodo ex Scriptura, in qua scriptum est, Christum adorari, colligeremus imaginem eius colendam esse? Id enim ea solum ratione infert Nicephorus, quando qui imaginem colit, Christum etiam in ipsa simul adorat. *Quia inseparabilis (inquit) est effigies Christi à prototypo: hoc est, ab ipso Christo in adoratione, & cultu diuidi non potest.* Quomodo ergo autores primæ & secundæ sententiæ tam facile separant, ut dicant illum esse proprium modum adorandi imaginem, quando per se sine suo, exemplari colitur? Tum etiam, qui adorat imaginem Christi, etiam per se, ut prima & secunda sententia tradunt, eam adorat quatenus Christi imago est, idemque nomen Christi participat, sed si habet communionem nominis cum prototypo, habere etiam debet honoris, & adorationis: ergo non separatim, sed coniunctim veneranda est.

300

Gregor.
Nyssen.

301
Theoph.

Septimum testimonium est Theophanis Episcopi Niceæ, quod refert Franciscus Turrianus 3. lib. de characteribus dogmaticis, qui pulchra quadam analogia, & similitudine hanc nostram sententiam explicauit, & expressit in hæc verba. *An natura non docet nos, quod imago eius, qui se spectat & intuetur, in speculo semper est cū prototypo, ex eoque depædet in aliena alioque materia inseparabiliter? Neque potest imago, quæ in speculo apparet, macula, aut labe aspergi aliqua, aut ornari, nisi prius facies aspergatur, aut ornatur. Imago picta, aut sculpta pars quãdam est archetypi, quæ in diuersa materia cernitur: quare si totum est honore & cultu dignum, consequens est, ut sit etiam pars: idque propter totum: nec potest contemni, aut contumelia affici pars, quin totum*

Argumenta
contra
aduersarios
ex verbis Ni-
cephori Pa-
triarchæ.

Septimum te-
stimoniū ex
Theophane
Episcopo Ni-
cæ.

Elegãs cõpa-
ratio imagi-
nis pictæ &
imaginis exi-
stentis in spe-
culo.

Ponderatur
testimonium
Theophanis.

totum prius contemnatur, aut contumelia afficiatur. Totum planè appellat exemplar ipsum, seu archetypum; partem verò imaginem: sicut ergo dixit, prototypum ab effigie, quæ in speculo resultat, nunquam separari: sic de imagine, & exemplari existimat; & sicut non potest effigies speculi ornari, nisi prius ornato prototypo, sic nec imago adorari, nisi prius adorato exemplari. Id quod indicavit illis verbis: *Quare si totum est honore, & cultu dignum, id est, si exemplar dignamur aliquo cultu, Consequens est, ut sit etiam pars, id est imaginem etiam adorari, idque propter totum, nempe significans priorem esse cultum exemplaris, quia est radix adorationis imaginis: sicut è contra, in contumelia contingit: atque in utrumque quadrat comparatio, & analogia facta: fieri igitur non potest, ut imago per se adoretur: tunc enim exemplar non esset, quod prius adoraretur.*

Denique, Adrianus in Epistola ad Imperatorem Constantinum & Irenen, quæ habetur in septima Synodo actione 2. & Damasc. oratione illa 3. pro hac sententia referunt Ambrosium lib. de Dominicæ Incarnationis sacramento cap. 7. ubi inquit: cum adoramus Christum, non diuidi imaginem, nec diuidi crucem in hac adoratione. Quæ sententia ad nostrum institutum videbatur posse accommodari: Veram tamen illorum verborum interpretationem ex ipso Ambrosio deduximus 1. lib. disput. 4. cap. 5. quæ præsentis disputationi deferuire nequit. Hactenus adduximus testimonia Patrum, qui septimæ Synodo non interfuerunt: ex quibus tria præcipua Basilij nempe, & Athanasij, & Leontij in eadem septima Synodo magna cum veneratione, & applausu sæpius allegantur. Iam ostendamus, eandem sententiam in ipsa septima Synodo expressè contineri.

Testimonia Patrum, qui septimæ Synodo interfuerunt, aut ei fidem suam scripserunt pro eadem sententia.

CAPUT VI.

Inter alia testimonia, quæ in actis septimæ Synodi habentur, primum est Adriani 1. in epistola ad Constant. & Ire-

302

Adria.

Damasc.

303 & Irenen, quæ in 2. actione refertur in qua ante medium de Iacob, qui adorauit summitatem virgæ Ioseph, sic ait. *Non quod virgam, sed tenentem eam, adorauit. Quid hoc sibi vult? Nimirum, quod & nos iuxta desiderium & amorem, quo erga Deum, Sanctosque ipsius affecti sumus, figuras in imaginibus representamus, non inquam in coloribus, & tabulis honorem constituentes, sed eorum prædicantes gloriam, quorum appellationem imagines referunt.* Vbi in primis, cum Adrianus compareret adorationem imaginum adorationi virgæ Ioseph, quam non tam dicitur Iacob adorasse, quam tenentem ipsam: idem de imaginibus dicere debet, id quod verum non esset, si in ipsis imaginibus, sine exemplari, adoratio collocaretur. Deinde cum dicit, adorationem imaginum non constitui in tabulis, nec coloribus, hoc est, delineamentis, sed gloriam eorum prædicari, quos imagines referunt, planè indicat, non in ipsa imagine per se, sed cum exemplari, tandem constitui: cuius gloriam, aut excellentiam, non autem imaginis, ipso cultu, & reuerentia prædicamus. Quod si liceret, per se imagines adorare, quamuis cum exemplari quoque, eas venerari possemus, ut secunda opinio fert, non deberet in vniuersum negari, in ipsis adorationem constitui; nec dici posset, ipsas non adorari, sed exemplar.

304

Adr.
Chrys.

Subdit statim Adrianus testimoniū Chrysostomi, quod etiam allegat Damasc. oratione 3. de imaginibus. *Nam cum Regia figura, & imagines in ciuitates inferuntur, populus non ipsam tabulam, aut ex cera factam imaginem, honore prosequitur, cumque magistratu illuc obuiam procedit: sed potius Regiam historiam, & veluti præsentiam suscipiunt. Eodem sanè modo, & ipsa creatio non terrenam istam speciem, sed cælestem historiam admiratur.* Cum ergo compareret modum adorandi imagines sacras, honori, quem imaginibus Imperatorum deferimus, illumque dicat, non imagini, sed potius historia ipsius rei fieri: idem de cultu imaginum sacrarum censet, ideo dixit: *Non speciem terrenam, id est imaginem, sed historiam cælestem, id est, exemplar, admiratur: hoc est, admiratione, & reuerentia colit.* Cum negat, non imaginem coli, sed potius exemplar, indicat, hoc solo modo imagines cum exemplari, & historia.

Deducitur
ratio ex ver-
bis Adriani.

historia adorari. Adducit postremò testimonium Stephani Episcopi Bostrorum, qui cum dixisset, imagines Sactorum virorum sanctas esse, reddit rationē his verbis. *Non enim ipsum lignum honoratur, sed ipsum illud, quod in ligno datur contēplādum, atq; ita per recordationem veneratio exhibetur.*

Secundum testimonium Theodori Patriarchæ.

Secundum testimonium est in Epistola Theodori Patriarchæ Hierosolymitani lecta, & approbata in septima Synodo, actione 3. in qua circa finem illius refertur testimonium illud præclarum Basilij, & addit Theodorus, licitum esse adorare imagines; sed prototypi causa.

Tertium testimonium Germani Patriarchæ.

Tertium testimonium est in Epistola Germani Patriarchæ Constantin. ad Ioannem Episcopum Synnadon, quæ habetur in eadem septima Synodo actione 4. in qua ante medium sic dicitur: *Hanc ob causam in fide certi, sancta illius carnis characterem in imagine delineantes salutamus, & cultu & honore omni quo decet, dignamur, nec ob aliud, nisi in recordationē diuinitatis illius: & Paulo post, At si Domini & Seruatoris nostri, item intemerata eius matris vere, Deiparæ, nec non Sanctorum imagines salutamus, confestim etiam fidem, & dispositionem mentis erga illos habemus.* Cum dicit sanctus Patriarcha, nos salutare, & adorare imaginem Christi, in recordationem diuinitatis illius; planè indicat, intentionem animi in exēplar ipsum adoratione ferri, nec in ipsa imagine sistere: ac proinde dixit, nos confestim fidem, & dispositionem mentis erga Sanctos, quorum imagines colimus, habere. Qui autem adorat imaginē per se, nec cōfestim habet affectū erga exēplar, nec ex recordatione illius in ipsum fertur. Cū verò dicit, nō ob aliud adorari imaginē Christi, quā ob recordationē diuinitatis illius; euidenter excludit omnē aliā causam adorationis: ergo adorationem etiam imaginis per se, sine exemplaris cultu, & recordatione planè negat.

Expenduntur verba Germani Patriarchæ.

Quartum testimonium Epiphaniij Diaconi.

Quartū testimoniū est Epiphaniij Diaconi in actione 6. eiusdem Synodi tom. 2. parū ab initio, & refertur in cap. Venerandas de consecratione d. 3. *Venerandas (inquit) imagines Christiani neq; Deos appellant, nec vt Deo seruiunt, nec salutis spem in illis constituunt, nec ab is iudicium aliquod futurū expectant: quod si autem in recordationem & memoriam, item quod singulari*

Stephani Episcopi Bostrorum.

305 Theodori Patriarchæ.

306

Epiphaniij Diaconi.

gulari quadā affectione, in ipsa prototypa ferebantur, salutauerint & honorifice adorauerint, non tamen ob id, illis latriā exhibuerūt.

7. Synod.

Vbi notandū est id, quod cap. 4. huius disputationis obseruauimus, nepe in septima Synodo, tūc etiā negari latriam imaginibus, quādo affectu circa exēplaria, & cū illis colūtur: tametsi tūc eodē motu adorationis cum exēplari adorētur, sicut in hoc testimonio expressum est. Deinde cū dicit, imagines adorari ex affectu circa exēplaria, omnē sane modū adorādi imagines expressit. Nā si aliud esset, non fatisfecisset illis, qui obijciebāt Christianis, latriā imaginibus ab ipsis exhiberi, quibus respondere eo loco contēdebat Epiphanius.

307

Photius Patriarchæ.

His omnibus adde testimoniū Photij Patriarchæ; qui post septimā Synod. scripsit in libro de septē Synod. c. 7. quod habetur in primo tomo Cōciliorū in principio, vel in tertio ante septimā Synodū, vbi de ea loquēs eiusq; definitionē explicās ait: *Omnibus enim perspicuū est, honorē imaginibus habitū ad eos trāsire, quos illæ referunt.* Quæ verba eundē prorsus sensum habent, atq; verba Cōciliij Tridēt. cap. 4. citata, & Basilij, quem præcedēti cap. allegauimus: & paulo infra; *imaginem autē Christi, veri Dei nostri, ex Apostolorum, & sanctorū Patrum traditionibus, & sanctorū oraculorū testimonijs, ad honorē & venerationē illius, quæ ipsa refert, adorandā, atq; colendā, suffragijs omnibus cōsuet, & cōfirmavit, cū adoratio nimirū, atq; honor adhibeatur eodē modo, quo in alijs sacris notis, & formis sanctissimæ latriæ vtimur.* Quibus sententiam septimæ Synodi expressit, videlicet eodē modo imaginibus honorē deferri per notā seu formā, aut signū latriæ, atq; alijs rebus sacris, quibus huiusmodi nota, & signū defertur: nā ipsa latria in spiritu respicit exēplar, vt c. 12. dicemus. Quod verò imago per se nō sit venerāda, sed semper cōiūcta exēplari adorari debeat, subinde docet his verbis. *Neq; enim in illis (scilicet imaginibus) cōsistim⁹, honorēq; & adorationē cōcludimus, nec ad alios diuersos & varios fines distrahimur, sed per diuersum & singularem ipsorū cultū, & adorationē, quæ cernitur, sacra, cōuenientique, ac minime diuisa ratione animos nostros ad inuisibilem illam, singularemque unicā diuinitatē dirigimus.* Et paucis inter-

Concil. Triden. Basilij.

308

Imago, licet adoretur cū exemplar. nō tamen ei latria exhibetur. Expenduntur Epiphaniij verba.

Quintum testimonium Photij Patriarchæ.

icctis.

iectis idem repetit: atque de imaginibus Sanctorum idem eadem proportione docet. Vbi notādū in primis est, quā expresse neget, adorationem nostram in imaginibus concludi, aut in eis sistere, sicut & nos sepius dicemus, erga ipsas nō posse cōpleri, sed ad exemplar necessario transire. Qui autem iuxta primam, & secundam sententiā imagines per se, nō adorato exemplari, venerantur, in ipsis adorationem cōplent, & cōcludunt, cum animus adorationis ulterius non transeat. Secundo obserua, quomodo dicat per adorationem, quæ videtur (quia nimirum in nota visibili, & signo externo cōsistit) animū in exēplar dirigi; id est, affectum ipsum seruitutis, & submissionis, vt capite 12. ex mente ipsius septimæ Synodi perspicue monstrabimus. Cumque ex signo, & affectu vna conflatur adoratio, vt ibidem dicitur, sit, vt eadem adoratione imaginem cū exemplari adorari necesse sit. Cum verò appellat diuersum, & singularē cultū imaginis, nō ideo asserit, quod imago si-
310
Basilius.

Septimum testi-
 monium Hie-
 remie Pa-
 triarchæ Cō-
 stantin.

Ultimo placuit adijcere testimoniū Hieremiæ Patriarchæ Constantinopolitani, in censura Ecclesiæ Orientalis, qui licet hac nostra ætate eam scripserit, magno tamen cū applausu à latinis recepta est, quod in ea eleganter confuter errores hæreticorū Germaniæ, qui scriptis ad eum missis in suam sententiam ipsum perducere contēdebāt. Ille ergo cap. 21. sic loquitur. *Sacris imaginibus non proprio Dei cultu, sed relatè, & consideratione quadam ad ipsa exemplaria honorem facimus, illisq. aduoluimur. Scimus enim eum honorē, qui λατρεία, latria, dicitur, soli Deo deferri: nec in venerandis imaginibus nimij sumus, sed intra modum: metuentes scilicet, ne eum honorem, qui Dei proprius est, illis deferamus: res enim est impia, & à Christi Ecclesia, eiusq. alumnus alienissima, verè, & non ad aliud relatè sacras imagines adorare, quarum omnis honor ad primæ eorum exemplaria, inquit D. Basilius, referri debet.* Hactenus Hieremias, qui cum asserit, latriam soli Deo deferri, in-
 telligit

telligit secundum phrasim Græcorum, spiritum & affectū seruitutis, qui erga imagines secundum se esse non potest, sed necessario respicit Deum, aut Christum in ipsis conclusum.

Quod verò asserit, Græcos nimios non esse in adoratione imaginum, sed intra modū eas venerari optimè explicat, cum ait, alienum esse ab Ecclesia, imagines verè, & nō ad aliud relatè venerari. Quod enim inquit, *vere*, per inde est, ac si dicat, in spiritu & veritate. Spiritus enim in veritate, non in imagines secundum se, sed in exemplar ferri debet. Cum vero ait, *Et non ad aliud relatè*, significat imagines secundum se non continentes exemplaria: sic ergo adorare imagines dicit, esse alienū ab Ecclesia. Reddit rationem testimonio Basiliij, de quo multa in præcedenti cap. quia honor imaginis ad exemplar transire debet. Cū ergo hæc ita sint, & vt cap. 3. animaduerti, non sit aliquod testimonium in ipsa Synodo allegatum, quo duplex illa adoratio, nempe imaginis cum prototypo, & imaginis per se, asseratur vnde; quæso, in definitione fidei, omissa ea, de qua Patres frequenter mentionem faciunt, aliam, qua in nullo reperitur, septima Synodus decernere, & statuere potuit? Relicta ergo horum opinione, quæ à tempore solum Ayala, & Catherini excogitata, & in scholas inducta fuit, cum Patribus omnibus, & Scholasticis antiquioribus eodem sensu dicamus, imagines non nisi cum exemplari, & ex affectu circa illud adorari.

311

Rationes quibus aliqui Theologi probant, imaginē non, nisi cum exemplari, adorari.

C A P V T VII.



D hanc veritatem comprobendam, varix rationes afferri solent, quarum aliquas, quæ minus sufficientes videntur, in hoc cap. recensere placuit, vt tandem his explosis, & reiectis, vnicū & præcipuum fundamētum, quo tota hæc Patrū, & Scholasticorum doctrina nititur, sequenti cap. iaciamus.

T Prima

Prima ratio est Bonau. in hunc modum. Imago se offert nobis pro se, & pro exemplari, quatenus illud repræsentat ergo pro illo & cum illo, & nullo modo ab eo diuisa debet adorari. Hanc rationem expressisse videntur Athan. cōtra Arrianos, & Patriarcha Nicephorus à nobis allegati cap. 5. Hanc etiam attigisse videntur Marsil. & Palud. qui totam rationem adorandi imaginem in repræsentatione collocant. Et reuera natura rerum docere videtur, imaginem exemplari, quod non videmus, substitui, vt eius recordati, ipsum in ea, & cū ea veneremur. Sed quia, qui mordicus primam & secundam sententiam defendūt, negare possent, quod in hac ratione assumitur, & dicere imaginem, etiam nobis proponi aliquando, vel nos illam aspiciere, vt rem sacram secundum se, non loco exemplaris, cui quidem interdum, sed nō semper subrogatur; ideo alia fortiori ratione, eos premere necesse est. Hic enim nō tam autoritate, quam ratione agere debemus.

Bonau.

Athan.
Niceph.
Marsil.
Palud.

312

Huius ratio
nis infirmi-
tas ostēditur

Secunda ra-
tio Gabr. &
Almai.
Ostenditur
in firmitas il-
lius.

Tertia ratio
S. Thom. &
aliorum.

Secunda ratio Gabrielis, Almaini, & Cordubæ talis est. Imago non alia ratione colitur, quàm propter habitudinem ad exemplar: ergo non alia, quàm exemplaris veneratione, adoranda est. Verùm, quia autores primæ & secundæ opinionis facile concedunt, imaginē adorari propter prototypum, non quia ipsum cum imagine adoratur, vt terminus proximus & materia adorationis, sed quod sit ratio remota mouens ad adorationem; ideo hæc ratio non videtur, efficaciter hanc sententiam confirmare.

313

Tertia ratio celebris esse solet in scholis, qua Doctor Angelicus, Caietanus, Ferrariensis, & Antonius de Corduba vtuntur, eamq; indicat Ricardus, quæ est huiusmodi. Ex Arist. lib. de memoria & reminiscencia cap. 2. idem est motus in imaginem, & in rem, cuius est imago: ergo idem est adorationis motus in imaginem depictam, & exemplar, quod repræsentat. Caietanus verò, vt id, quod assumitur, explicet, & huic rationi rectè accommodet; solita subtilitate plurimum laborat, cuius doctrinam Antonius de Corduba mirum in modum probat & amplectitur.

D. Thom.
Caiet.
Ferrar.
Ricard.

Notat ergo Caietanus, bifariam posse imaginem considerari,

derari, primum vt est res quædam in se; hoc verò modo nō solum cōsideratur materia, ex qua cōstat, sed forma quoque, & colorum lineamenta; imò etiam relatio ad exemplar, siue illa sit rationis, siue realis: hoc pacto asserit, non necessariò esse eundem motum intellectus, & affectus in imaginē, & in id, cuius est imago: potest enim intellectus, & affectus, sistere in ipsa imagine secundum se, etiam si in exemplar non transeat: quia potest alicui placere imago, etiam quatenus imago, quod optimè expressa sit, cū tñ nō placeat exemplar ipsum, nec illius tunc recordetur.

Explicat Caietanus illam propositionē, idem est motus in imaginem & exemplar.

314

Deinde consideratur imago, quatenus exercet munus imaginis: hoc est, quatenus ducit nos in notitiam exemplaris, cuius actus & motus (nempe cogitationis) ratio formalis est ipsum exemplar; ac si dicat terminum formalem, quem ipsa respicit: conditio verò est imago: quia per illā ferimur in exemplar: hoc autem modo idem est motus tā intellectus, quam voluntatis in imaginem, & in exemplar: nec animus sistit in ipsa imagine per se, sicut posteriori illo modo in ipsam solum terminari dicebamus.

Ego quidem, quamuis hanc duplicem imaginis considerationem veram existimem, non tamen video à Caietano satis explicari, quis nam sit ille actus, qui est idem omnino in imaginem & in rem, cuius est imago. Nam neq; intellectus neq; voluntatis, de quibus Caietanus videtur intellexisse, esse potest. Primum non intellectus, quoniā si quis videt imaginem depictam, & ex illius cognitione venit in notitiā & recordationem exemplaris; non est in ipso eadē, notio imaginis, & exemplaris, sed diuersa. Est enim vna, qua cognoscit imaginem, & illam apprehendit, & alia, qua per imaginem exemplar cognoscit, quæ solet etiam esse recordatio, cum tamen notitia imaginis memoriæ operatio non sit, sed simplex quædam notitia: secus accidit in imagine expressa interiori, aut phantasiæ, aut etiam intellectus: hæc enim non cognoscitur prius, vt per notitiam sui ducat nos in cognitionem exemplaris; sed in ea exemplar cognoscitur, & obiectum, ipsa non cognita. Quare nec hoc modo idem motus est in obiectum seu

Refutat
Caietanus.

T 2 exem-

exemplar, quod in imagine cognoscitur, & in ipsam imaginē, hæc enim nō cognoscitur; sed est expressa imago & propria noticia obiecti, quod repræsentat.

Sed neq; potest idem esse motus affectus in imaginem, & rem, cuius est imago. Si enim sit amoris, non eodem amore diligimus imaginem, & exemplar illius: si verò sit affectus religionis, & obsequij, id est, submissionis, nō terminatur ad imaginem, sed ad rem, vt cap. sequenti, & cap. 12. dicemus. Ergo explicare non potest Caietanus, quo pacto sit idem motus intellectus seu volūtatis, & affectus in imaginem, & exemplar repræsentatum. Id quod præfertim contra ipsum vim habet: quia ait in hæc verba, *Ideo Christus, cuius est imago, est ratio, quod imago eius adoratur, & esse Christum in imagine est conditio, in qua ratio adorandi mouet ad adorandum, & terminat adorationem, & propterea nō exhibetur adorationis honor creaturæ, sed creatori, quia non exhibetur conditioni adoratæ rei, sed rationi adorandi, quæ est ipse Christus.* Quibus totum motum adorationis, ita in exemplar referre videtur, vt nihil illius imaginē, quæ est cōditio adorationis, attingat. Hoc verò in primis falsum est: nam hac ratione imago nullo modo sub adorationem caderet, sed solum exemplar, quod est ratio ipsius imaginis: atque adeò incideremus in sententiam Iconomachorum, qui ad solam recordationem exemplarium imagines retinebant. Præterea non satis explicat, quomodo sit idem motus in imaginem, & in rem, cuius est imago, & eadem adoratio imaginis, & exemplaris. Quare decipiuntur etiam, qui dicunt, non adorari figuram, nec relationem, sed exemplar repræsentatum in illa: nam non solum exemplar, sed imago etiam, quæ ab ipso exemplari distinguitur (tametsi ei cogitatione coniuncta sit) & nihil aliud est, quam figura quædam cum relatione ad exemplar, eodem opere adorationis veneranda est. Forfan Caietanus docere voluit id, quod alij multi Patres dixerunt, quorum loquēdi modum in bonū sensum interpretabimur cap. 12. huius disputationis, sed clarius loqui debuisset.

Porro illa sententia, quam sanctus Thomas ex Aristot. desumpsit,

Explicatur locus ille Aristot. ab autore, idem est motus &c.

315

316

Arist.

317

Arist.

318

desumpsit: *Idem est motus in imaginem, & rem cuius est imago, alium quidem sensum habet.* Arist. enim cap. illo 2. differentiam solum assignat inter phantasma, vt est causa simplicis cogitationis, & vt est causa recordationis, & memoria: illudque comparat imagini depictæ in tabella. Hæc enim considerari potest, vt animal quoddam depictum, & hac ratione non ducit in cognitionem alicuius particularis; & vt imago alterius, & sic est causa memoriæ, & recordationis illius. Idem de phantasmate interiori his verbis asserit. *Sic phantasmata in nobis se habere, arbitrari debemus separatim, vt spectrum, aut phantasma esse: quatenus ad aliud refertur, imaginem reddi, & ad memoriam accommodari.* Itaq; cum huius natura sentientem mouet animam; quoad separatim est, eatenus illius sensu anima afficitur, & quasi notio, aut phantasma subire videtur: quod si ab alio emanet, quasi imaginem homo contempletur, & Coriscum non conspiciat, quasi Coriscum spectat, hoc est, cum illud phantasma, vt imago consideratur, ita aspicitur, ac si esset res ipsa.

Ego tamen crediderim, phantasma illud interiùs, quod est qualitas, & similitudo in sensu expressa, nunquam cognosci, sed esse solum rationem cognoscendi obiectum. Quare licet eodem motu feratur quis in illam qualitatem, & in id, quod repræsentat, non eodem modo se habet, nec eodem modo fertur in imaginem depictam exteriorē, & in exemplar illius. In imaginem enim exteriorē fertur propria cognitione, quia est res cognita, & in exemplar similiter: at sensus non fertur in phantasma; hoc est, in expressam similitudinem, vt in rem cognitam, sed phantasma tantum est sensui ratio cognoscendi: in exemplar verò fertur, vt in id, quod cognoscitur.

Quocirca perperam quidam recentiores putant, eodem modo se habere in adoratione imaginem depictam, sicut se habet verbum interiùs, & expressa similitudo; vt sicut verbum intellectus tantum est id, quo exemplar adoratur: sic etiam solum depicta, aut sculpta imago cum prototipo comparetur. Imago enim exterior depicta, vel sculpta non tantum est id, quo res adoratur: sic enim solum ad re-

Imaginis & phantasmatis differentia

Imago depicta non se habet sicut verbum expressum ad adorationem.

cordationem imagines ponerentur, quod ostendimus disput. 6. cap. 1. esse quorundam Iconomachorum errorē, verum etiam ipsa adoratur. At verbum intellectus seu species, aut similitudo expressa cuiuscunq; facultatis sentientis ita est id, quo exemplar adoratur, vt ipsa non adoretur: non ergo rectē inter se comparantur.

Quarta ratio.

Imago confertur cum exemplari, vt pars cum toto, sicut purpura cum Rege: sic eam comparauit Theophanes citatus suprā cap. 4. in septimo testimonio: sed pars cum toto eodem motu adoratur: ergo & imago cum exemplari. Rationem hanc tetigit Caietanus, eamq; paucis expressit S. Thom. quæ quidem optima est, si rectē intelligatur. Ea tamen in primis non est peculiaris de imagine, sed de quacunq; re sacra inanima, quæ religioso cultu adoratur. Hæc namq; se habet, tanquā aliquid Dei, ratione cuius colitur. Porro de his omnibus, quæ nō sunt partes physicæ, nec naturali vnione, sed sola cogitatione cum toto coniunctæ, adhuc probandum superest, quomodo sub eūdem motum adorationis cum exemplari cadāt, sicut partes naturales totius. Imò etiam, si id rectē demonstraretur, adhuc ostendendum est, quare huiusmodi res sacræ non possint, etiam per se adorari, non adorato cū eis exemplari, vt secunda opinio defendit: idcirco nec nostra sententia hac ratione satis confirmata manet.

Quarta ratio non tantum imaginibus, sed etiam omnibus rebus sacris conuenit.

Ratione à priori probatur, imaginem non, nisi cum exemplari, esse adorandam.

CAPVT VIII.



Nicum esse dixi huius cōmunis doctrinæ fundamentum, quod si rectē explicemus, non solū nostram sententiam perspicuè monstrabimus, verum etiam aduersariorum opiniones falsitatis simul redarguemus. Est autem ratio quædam, ex natura ipsiusmet adorationis petita: qua vtuntur S. Tho. Alex. Dur. Almai: Vvald. Gabriel, Holcot, Picus Mirandulanus, & An-

S. Thom.
Alex.
Durand.
Almai.
Vvald.
Gabr.
Holcot.
Picus
Mirand.

319

320

Cord.

& Antonius Cordubensis, locis citatis in hac disputatione cap. 3. in hunc modum. Nulla res inanima, aut irrationalis sine rationali capax est secundum se honoris, cultus, & reuerentiæ, seu adorationis: sed imago est res irrationalis, & inanima, quantumuis vt imago, sine exemplari tamen, cōsideretur: ergo secundum se, sine exemplari non est capax adorationis & reuerentiæ. In hac autem ratione, sola maior propositio explicatione indiget, & confirmatione, ex qua euidenter sequitur id, quod contendimus: ea verò ex natura & definitione actus religionis, qui est adoratio tradita in 1. lib. disputatione 1. cap. 4. demonstrari potest. Est enim voluntas exhibendi alicui excellenti notam, & signum submissionis, excellentiæ ipsius debitum: sic enim ex Damasc. ibidem ostendimus, adorationē in nota submissionis consistere: quare hic adorationis actus duobus constat & completur: signo videlicet externo, vt inclinatione corporis, & affectu illi respondente: sicut autem signum externum indicat submissionis & seruitutis affectū, sic animus, ex quo procedit, talis esse debet, vt vera, & non ficta sit adoratio. Animus verò submissionis, & seruitutis erga illum solū versatur, quem quis apprehendit sibi superiorem, & excellentia præditum. Nam minori, qui nulla ratione, vt maior, potest apprehēdi, nemo se subsubijcit: multo ergo minus creaturæ irrationali & inanimæ. Qui enim ei notam exhiberet submissionis ex affectu illo verè seruitutis erga illam secundum se, peruersè ageret: essetq; abiectio animo: imò verò crimen, & genus quoddam superstitionis atq; idololatriæ committeret. Diceretur enim ex animo creaturæ irrationali secundum se seruire, græcè λατρεύειν latreuin, aut δουλεύειν duleuin, ac proinde eam, vt excellentem, sibiq; superiorem agnosceret.

Prima confirmatio maioris propositionis ex definitione adorationis.

Damasc.

321

Non licet creaturæ irrationali secundum se latreuin, aut duleuin. Secunda confirmatio ex honore laudis

Accedit, quod si aliquod aliud genus honoris in rem irrationalem integrè terminari posset, esset laus: nam cætera ad eam referri non posse perspicuum est, nēpe sacrificium, orationem, gratiarum actionem, votum, iuramentū, & de iuramento id probabitur lib. 3. disp. 1. cap. 2. At qui nulla res irrationalis potest esse integer terminus laudis:

Creatura irrationalis non est integer terminus laudis.

Nec enim talis honoris capax est: nam cum coronam affabre factam laudamus, non ipsam, sed artificem commendamus: ut notauit Leontius dialogo 5. contra Iudeos cuius verba citauimus lib. 3. disputatione 1. cap. 2. sicut contra, cum opus aliquod vituperamus, non in ipsum, sed in artificem conuitia iactamus. Eadem autem ratio videtur esse adorationis, imò maiori ratione creaturam irrationali seorsum repugnat, quia hæc submissi, & cedentis animi est, quæ rem irrationalem dignè respicere nequit. Rectè ergo assumit ratio in maiori propositione, nullam creaturam inanimam, seu irrationalem, secundum se, sine alia rationali, esse capacem cultus reuerentiæ, & adorationis, seu honoris. Cum ergo imago secundum se, quouis modo consideretur, si non habeat intra se exemplar, cui honor & cultus deferatur, sit res irrationalis, imò inanimata, sequitur erga ipsam, excludendo exemplar, rationem adorationis non posse compleri. Nullus enim imagini secundum se, dignè se subijceret, & seruum se illi exhiberet, cum sit multo dignior imagine, nimirum capax gratiæ, & amicitia Dei: imago verò sit res quedam inanima, & sine sensu. Quare qui illam per se, non adorato in ipsa exemplari, veneratur, stultitia seu idololatria notari potest, aut quia rei irrationali se subijcit, & contra rectam rationem se seruum exhibet; aut quia dum illi se submittit, aliquod numen, aut dignitatem, aut virtutem ei tribuit: quod est error Gentilium, non Christianorum religio, ut cap. 3. ex Concilio Tridentino notabamus. Vtrumque verò paucis, pulchrè tamè notauit Vvald. 3. tomo, qui est de sacramentalibus, cap. 156. numero 6. Nam postquam nostram sententiam expressit, concludit his verbis. *Adorare ergo eas (scilicet imagines,) ut res natura, quamuis sic mihi Dominum significant, fatuum est: adorare eas pro Deo, vel Dñs, sacrilegum est: sed adorare eas, ut per eas adoremus Deum, sanctum est.* Id ipsum disertis verbis, quæ cap. vltimo huius disputationis referemus, docuit Iacobus Paina: & ideo S. Thom. 2. 2. q. 103. art. 4. ad 3. ait, creaturam irrationali in se consideratè non deberi ab homine aliqua subiectionem, vel honorem; quin potius talem creaturam natura-

Leon tins

322

323

Vvald.

Iacobus Paina. S. Thom.

naturaliter homini esse subiectam, & solum cum re rationali eodem honore posse adorari.

At occurrunt aduersarij, & dicunt, imagini esse debitum cultum adorationis & reuerentiæ per se, non quidem ratione sui, sed ratione exemplaris, ad quod refertur, ita tamen, ut ille honor non attingat exemplar, tanquam id quod adoratur, sicut legatus propter Regem colitur per se, non adorato Rege. Hæc solutio in ore aduersariorum passim versatur, quam facili negotio confutabimus. Quæro igitur ab eis, cum imago per se colitur gratia prototypi, ipso tamen exemplari non adorato; habetne aliquam virtutem, aut excellentiam ab eo deriuatam, quæ adorans agnoscat: vel manet inferior adorante? Dicit certè non potest ab exemplari in imaginem virtutem, aut excellentiam deriuari; sed ipsam semper sine sensu & vita manere: cui ergo defertur honor ex animo gratia prototypi, si ipsi exemplari non tribuitur? Nunquid in honorem alicuius cedere potest, si eius similitudinem sensu, virtute, & ipso exemplari vacuam, mihi superiorem venerationeque dignam agnoscam, illi seruiam, & me ex animo submittam.

325

In legato sanè diuersa est ratio, quam Doctores primæ & secundæ sententiæ non videtur attendisse. Est enim in ipso, quod rationis sit particeps, deriuata quadam dignitas à Rege, super eam, quam fortuna propria habebat, in qua creatur à Rege ipso, dum in legatum eligitur; ratione cuius alij meritò se illi subijciunt, eumque superiorem agnoscunt: quauis alioquin id non facerent: quare & per se adorari potest, & coli, etiam si Rex in ipso non adoretur. Idè omnino de imagine viua Dei, scilicet de homine, qui dicitur factus ad imaginem & similitudinem Dei, dicendum est, videlicet posse secundum se peculiari adoratione coli, non adorato Deo, cuius est imago. Quia quatenus est imago Dei, dignus est in se ipso honore & reuerentiâ ob excellentiam, quam habet. Non sic accidit in imagine irrationali, aut re inanima, ut purpura: in quam nulla dignitas deriuatur ab exemplari, vel à re animata, cum qua postulat adorari, ut satis liquet. Quare nec circa ipsam ado-

Solutio aduersariorum ex comparatione legatitum imagine.

Confutatio.

Legati & imaginis viue ac irrationalis differentia

ratio compleri potest: cumq; omnis dignitas sit exemplaris, vel rei rationalis, cui coniungitur, sit, vt vna debeat esse communis vtriusque adoratio.

Differentia inter imaginem viuam Dei & mortuam ex S. Tho.

Hac de causa optime S. Thom. 2. 2. q. 103. art. 3. ad tertium de imagine viua Dei, quæ est homo, asserit; quandoque esse alium motum in imaginem, & in exemplar, scilicet in Deum, quo modo dulia respicit ipsam hominis dignitatem: quia licet secundum illam homo sit imago Dei, tamen qui tribuit homini honorem ob eius dignitatē, nō refert honorē semper in Deum: ac si dicat, affectus honoris in ipsa hominis dignitate insumitur. Docet deinde honorem, qui defertur imagini viuæ, quodammodo in Deum resultare (intelligit remotē) sed reuerentiam, quæ Deo exhibetur, nullo modo ad imaginem eius (scilicet viuam) pertinere: & in hunc sensum Caietanus interpretatur Doctorem sanctū. Atqui de imagine irrationali aliter sensit art. 4. ad 3. dum de cruce loquitur, vt benè obseruauit Caietanus ibidem: asserit enim creaturæ irrationali in se consideratæ nullam reuerentiam deberi; ideo autem crucem honorari, quia simulcū Christo eodem honore colitur: nempe intelligebat apprimè discrimen a nobis assignatum inter imaginē viuam, & irrationalem. Quamobrē Basil. cap. 5. allegatus, de imagine irrationali recte dixit, vnum esse imperium, vnam gloriam imaginis & Regis; ac proinde vnam glorificationem; id est adorationem. Sic enim cum intra imaginem exemplar continetur, & cum eo cogitatione coniungitur, illiusmet dignitas, atque excellentia est, & non alia, quam imago habet. Quare qui ipsam vult adorare, eiq; submissionis notam exhibere, in ipsum exemplar, quod est vita, & dignitas imaginis, animum debet intēdere: atque adeo affectu suo osculum imagini corporaliter infixum, ipsi exemplari deferre & illud spiritu osculari: idemq; de quouis alio signo & nota seruitutis dicendum est: sic verò potius seruitus, & affectus submissionis versatur circa exemplar, quam circa imaginem. Qui ergo imaginem osculatur, arbitratur, se osculari exemplar: vt dicebat Leontius

S. Thom.

Caietan.

326

Basilus.

Vna dignitas exemplaris & imaginis.

Qui osculatur imaginē, arbitrari debet se osculari exemplar.

Leontius

327

plari osculum præberet: secluso autem exemplari, cui cultus ex animo debetur, quoniam affectu seruitutis, & reuerentiæ imaginem osculabimur? Manet ergo probatū, quod in maiori assumpsimus: videlicet creaturæ inanima, aut irrationali secundū se, nō posse cultū reuerentiæ, & seruitutis deferri, etiā si ratione alicuius rei excellentis, & rationalis tribui dicatur: sed opus esse ipsam imaginem, exemplari intra eam concluso, veluti intra corpus anima, honore & cultū dignari. Quocirca, qui sine illo dicunt adorari posse, aliunde tenentur, dignitatem & virtutē imagini concedere, quod Christiana pietas non credit.

S. Thom.

Id ipsum, quod in ratione præcedenti assumpsimus, videlicet, creaturæ irrationali, aut inanimatæ secundum se, sine exemplari non posse cultum & honorem deferri, alia quoque via demonstrari potest. Est autem præmittenda doctrina Doctoris sancti Secunda Secunda quæst. 80. art. primo: nempe sub virtute iustitiæ, quæ est ad alterum, aliquas virtutes, quas partes illius potestatiuas appellat, collocari. Cum enim in illis reperiatur ratio quædam debiti ad alterum, quod iustitiæ proprium esse videtur, eas sub iustitia collocat; non sub temperantia, quæ est ad se, & nō ad alterum. Cum verò non reperiatur integra ratio iusti, & æqualis secundum datum, & acceptum; eas vocat potestatiuas partes iustitiæ, quasi potentias illius, quæ eius essentiam non plenè participant; non subiectiuas, quales sunt species sub genere, in quibus integra, & perfectæ ratio generis reperitur. Sic sub iustitia constituit sanctus Thomas religionem quæstio 81. quæ est in deferendo cultum Deo: pietatem quæstio. 101. obseruantiam quæstio. 102. duliam quæstio. 103. quæ circa honorem parentum, maiorum, & dominorum versantur, nulla autem alia virtus, præter enumeratas, sub iustitia hoc modo collocatur, quæ cultum, & reuerentiam alicui debitam tribuat.

328

Quia ergo hæ virtutes, cum iustitia in eo conueniunt, vt sint ad alterum: & solum in ratione iusti, & æqualis, seu debiti ab ea deficiunt, euidenter sequitur, si iustitia est

*Tertiacensfir
matiofficax
maiores pro-
positionis.*

*Religio, &
dulia partes
potestatiua
in iustitia.*

Religio, & dulia, sicut iustitia, est semper ad creaturam rationalem, ut ad alterum.

tia est semper ad alterum rationis participem, non ad rem inanimam, aut irrationalem, sic etiam religionem, pietatem, obseruantiam, & dulia esse debere; iustitia autem semper est ad creaturam rationalem, cui debitum soluitur. Quo circa cum aliquis habens depositum, aut commodatum alterius, equum scilicet, aut rem pretiosam, eam ex iustitia bene tractat, ut debitum exposcit: si id ex vero affectu virtutis faciat, non potest solum rem ipsam depositam, aut commodatam, quam bene tractat, respicere; verum etiam Dominum, cui potius debitum illud persoluit: rem autem ipsam habere potest, tanquam materiam, in qua iustitiam seruat, & aequalitatem. Eodem igitur modo religio, pietas, obseruantia, & dulia circa rem rationalem necessario versari debent. Quare qui bene, & honorifice tractat rem sacram, quae in cultum Dei dedicata est, vel imaginem alicuius, non ipsi solum imagini, aut rei sacrae secundum se, debitum honorem persoluit; sed affectu virtutis religionis, obseruantiae, aut duliae, potius Deum ipsum, vel exemplar respicit: honoremque illum, quem exterius rei sacrae, vel imagini exhibet affectu interiori, in Deum ipsum, vel exemplar transmittit, cum quo, non autem cum sola re inanima secundum se, iustitiam in cultu & reuerentia seruare debet. Constat ergo si excludas exemplar, has virtutes, quae sunt partes iustitiae, circa solas imagines versari non posse.

Quarta confirmatio maioris propositionis ex virtute ad quam pertinet adoratio.

Ad haec, si cultus studiosus soli imagini secundum se, ita potest deferri, ut exemplari non exhibeatur; cuiusnam virtutis erit opus? Latriae, hoc est religionis; an duliae, seu obseruantiae? Alterius enim esse nequit, ut perspicuum est. Si est latriae & religionis, cum haec soli Deo cultum tribuat, ut patet ex 2. 2. q. 81. non poterit solis imaginibus secundum se, illum exhibere; nisi eas pro Deo quis habeat: quod idololatriae scelus esset. Si est duliae, vel obseruantiae, cum haec solum Dominis in dignitate constitutis honorem deferat, ut traditur 2. 2. q. 102. & 103. imagines secundum se, sine exemplari colere non potest: nisi quis in eis virtutem aliquam, & excellentiam, seu numen esse putet: ratione

329

330

tione, cuius imagines tanquam superiores sibi, suspiciat: quod est absurdum: ergo cultus imaginum secundum se sine exemplari, ad nullam virtutem pertinere potest.

Responsio ad uersariorum

331

Respondent aduersarij, cultum imaginum secundum se, nunc ad religionem, nunc ad dulia pertinere: quatenus exemplar quoque, nonnunquam religione, ut Deus: interdum dulia, ut Sanctus colitur. Ad eandem enim virtutem cultus imaginis, atque exemplaris pertinet; etiam si imago secundum se sine exemplari adoretur: quia illa semper propter exemplar colitur. Dicunt tamen, hanc adorationem imaginum esse secundarium quemdam actum earum virtutum: atque adeo cultum earum, honorariam uenerationem uocant. Nolunt autem latriam proprie, & simpliciter appellare; ne dicere cogantur imaginibus hoc modo adoratis latriam deferri. Nam praeterquam, quod in septima Synodo oppositum definitur, ut cap. 9. dicitur, est contra ipsorum sententiam, qui eodem hanc adorationem imaginum secundum se sine exemplari introducunt, quod in septima Synodo dicitur, non latriam, sed cultum inferiorum ipsis esse exhibendum.

Verum haec solutio infirma est. Primum, nam licet haec adoratio imaginis secundum se, sit actus secundarius latriae, ob id tamen non debet negari, simpliciter, & proprie esse latriam. Sicut enim in eorum opinione, qui dicunt, virtutis Theologicae caritatis duos actus assignari; alterum circa Deum secundum se, qui est primarius; alterum circa proximum, propter Deum, quem dicunt, esse secundarium, absolute & simpliciter ille secundarius dicitur actus caritatis, & ob id asserunt simpliciter, & proprie proximum caritate Thologica diligere: sic etiam dicere deberet aduersarij, imagini simpliciter, & absolute latriam exhiberi, quod merito concedere refugiunt, ut praedictum est.

Refutatur aduersario-rum responsio. Prima refutatio.

332

Secundo in septima Synodo, non duplex, sed una tantum latria assignatur, eaque soli Deo semper tribuitur: quomodo ergo hi Doctores, aliam secundariam introducunt? Nam si duplex esset latria, & secundaria creaturae exhiberetur; sicut etiam multiplex est adoratio, & aliqua creaturae

Secunda refutatio. Non esse distinguendam latriam in primariam, & secundariam.

creaturæ tribuitur, non recte notassent Aug. q. 61. in Genes. Anastasius Episcopus Theopoleos, & Tharastius, quos infra cap. 12. referemus, cum dicitur Deuterō. 6. *Deum tuū adorabis*, data opera nō esse oppositum, *solum*, quia cum sit multiplex adoratio, non solum Deo sed alijs etiam exhibetur; at verò cum subditur, & *illi soli seruias*, quod Græce est *λατρεῖς εἰς* *latreusis*, adiectum fuisse, *soli*, latria ergo soli Deo tribuitur, ac proinde vnica tantum est. Nam si duplex esset, & alteri, quam Deo exhiberetur, non recte notassent, adiectum fuisse *soli*. Hęc autem ratio præfertim vim habet in aliorum sententia, qui affirmant, latriam, quam ipsi vocant respectiuam, ad imaginem terminatam, esse eiusdem speciei, & vniocè latriam cum ea, quā Deo exhibemus. Et enim si hæc imaginum adoratio, quæ distincta est ab adoratione exemplaris, verè & vniocè, vt hi affirmant, est adoratio latriæ: quomodo Epiphanius Diaconus, cuius testi-

Aug.
Anast.
Tharast.

Epipha.
Diac.
333

German.

Tertia refu-
tatio.

Tertio dicere possemus, nos imagini Christi *λατρεῖς εἰς* *Latreuin*, quod est absurdum, vt supra diximus, & contra verba Germani Patriarchæ in Epistola ad Thomam, quæ habetur in septima Synodo actione 4. ibi enim ante medium, cum explicasset, quomodo non esset assumendū nomen Dei in vanum, hoc est nulli rei creatæ, nisi tribus diuinis personis tribuendum, idem de diuino cultu his verbis declarauit. *Vbi que cum verbum hoc λατρεῖς εἰς, latreuin, diuina scriptura ponit, tantummodo diētis* (scilicet diuinis personis) *adsignat, quo a nobis alienum, & non communem indicet hunc errorem* (scilicet idololatriam) *manifesta enim est, quæ sit latriæ idolorum ratio. Apud nos autem vnus Deus adorandus* (intelligit latria in spiritu) *vnā & in eum fides, vnum salutare baptisma: sic quoque vnā, quæ illi debetur, latria: quemadmodum à sanctis Apostolis traditum est. Quomodo ergo hi recētiore verbum, λατρεῖς εἰς latreuin, alteri, quā Deo tribuunt, & duas latrias, alteram imaginum, alteram Dei introducunt.*

Quarto

334

Quarto, liceret etiam adorationem imaginum Iconolatriam, & adoratores imaginum Iconolatrias appellare: id quod Patres antiqui ausi nō fuissent atque ea sola ratione non liceret idololatriam, seu idololatrias vocare, quia imago dici non potest idolum: vitium autē equale esset, quia latria in imagine collocaretur, ac si numen & excellentiā haberet, ac proinde ipsam imaginem idolum faceremus.

Quarta refu-
tatio.

Epipha.
Diac.

Quinta refu-
tatio.

Quinto, Epiphanius etiam Diaconus acti. 6. septimæ Synodi tomo 2. ante medium de Iconomachis sic ait. *Qualia autem negari pergant, videamus. Quæ (aiunt) ab excelsa, & Deo decente latria ad humilem, terrestrem, & materialem creaturarum latriam, hominum mentes detrahit.* Quibus Epiphanius respondet hoc modo. *O insanientem linguam, quam instar macharæ acuta & veneno imbuta possident, qua Christianorum inculpatam fidem in simulacrorum arbitrantur translata cultura: & contumeliosè humilem, & materialem creaturarum latriam hanc appellant. Nemo enim Christianorum, eorum, quæ sub cælo sunt, imagini latriam exhibuit: & paucis interiectis, latria nostra in spiritu est, ac si dicat, imaginibus, sine exemplari, non præbemus affectum, & spiritum seruitutis, & submissionis, qualis est latria, sed signum illius: & ita nullā latriam materialem & humilem, hoc est circa res creatas, Christiani habent, sicut hæretici garriunt. Quod si secundum horum Scholasticorum sententiam duplex esset latria in spiritu, vna debita Deo, altera imaginibus, iā esset latria circa creaturam humilem, & materialem, quæ sane humilis & materialis latria absq; contumelia vocari posset: atq; ex eò, quòd latria nostra esset in spiritu, nō recte inferret Epiph. circa creaturas latriam nō versari.*

335

Sexto, si secundariū latriæ cultū circa imagines secundū se, sine exemplari, admittimus; cōcedere debemus, vt supra dice-

Sexta refu-
tatio.

fectus

Conclusio ra-
tionū ex na-
tura ipsa re-
rum deducta

se et^o seruitutis, in omni adoratione, vt minimū debet esse
dulix; quæ etiam, sicut paulò ante dicebamus, rei solūm
rationali debetur, ac proinde soli imagini secundum se,
deferri non potest. Ipsa igitur natura rerum & adoratio-
nis perspicuè docet id, quod bene obseruarunt Tharasius
in septima Synodo act. 4. post lectum testimonium Atha-
nasilij, & Epiphanius act. 6. tomo 5. in fine, honorem exhi-
bitum imagini necessario ad ipsum primum fontem, sci-
licet exemplar, transire: quare & adorationem imaginis,
sicut etiam iuramentum per res creatas, & inanimas, esse
actum vere religionis, non quatenus ad ipsas refertur se-
cundum se, sed quatenus ex affectu per illas ad Deum
transit.

Ratione efficaci à contrario id ipsum demonstratur.

CAPVT IX.



ON minùs efficax est ratio, quæ in hac mate-
ria à contrario desumi potest, quam illa, qua à
priori ex natura ipsius adorationis, & imagi-
nis hætenus vsi sumus. Imagines ergo per se,
nō adorato exemplari, non posse adorari, à contrario sic
ostenditur. Imago, & quæuis res inanima, vel irrationalis
secundum se, non est capax iniuriæ: ergo nec venerationis
& honoris, nisi cōiuncta cum rationali. Nam si, vt aliquid
habeat rationem iniuriæ, non potest in imagine, aut re in-
anima sistere; sed transire debet in rem rationalem, tanquā
in id, cui proximè sit iniuria: ita etiam, vt aliquid habeat
rationem honoris, non ad imaginem solam, sed ad exem-
plar referri debet: atq; in hoc contrariorum eadem est ra-
tio: quod enim vnius contrarij capax non est, nec alterius
esse potest: id quod hac ratione intellectum, verissimū est:
vt si accidens separari possit à subiecto, qualis est honor,
& contumelia; idem indiuiduum subiectum, quod nō est
capax vnius contrarij, non sit alterius: in accidentibus ve-
rò, quæ nequeunt à subiecto separari idem subiectū ge-
nere, quod non est capax vnius, non sit alterius. Porro au-
tem

Re. in ani-
ma non est
capax iniu-
riæ.

Tharasius.
Athanasius.
Epiphanius.

336

337

tem nullam rem inanimatam esse iniuriæ capacem, patet.
Nam sicut non est capax iniustitiæ, & ob id cum quis ma-
le tractat rem alterius, vt equum, nō facit iniustitiā equo,
sed Domino: sic etiā non erit capax iniuriæ contra latitiā
seu duliam, aut obseruantiam. Quare qui iniuria afficit
imaginem, non imagini, sed exemplari; nec duobus, ima-
gini scilicet, & exemplari, sed vni tantum irrogat iniuriā:
imago ergo secundum se, non est iniuriæ capax, ac proin-
de nec venerationis.

Aliter tamen de legato alicuius Principis dicendū est:
cum enim quatenus legatus, excellentiam habeat; ipse in
se capax est & honoris, & iniuriæ. Quare, qui iniuriam
faceret legato, vt legatus est, hoc est, contra aliquam lega-
ti immunitatem, duobus faceret iniuriam, & Regi in lega-
to, tametsi remotè, & ipsi legato in se: quia & honoris, &
contumeliæ capax est. Hæc rationē paucis indicauit Epi-
phanius in septima Synodo act. 6. tomo 5. in fine, & Thara-
sius in act. 4. qui post lectum testimonium Athanasij con-
tra Arrianos, addidit hæc verba. *Hæc sanè rerum natura do-
cet, quod honor imagini exhibitus ad ipsum fontem primum refe-
ratur, quomodo etiam contumelia.* Adrianus etiam in epistola
ad Imperatores in act. 2. septimæ Synodi refert Chryso-
stomum, qui in homilia aut sermone in parabolam de se-
mente, eandem rationem his verbis expressit. *Nescis, quid
quicumq; ex ligno & coloribus imagini conuicia dicit, illum non
damnari, veluti in rem inanimatam, sed contra Regem ipsum di-
xerit?* Damasc. quoq; oratione 3. de imaginibus refert te-
stimonium Basilij in cap. 13. Esai. in illa verba: *Et perdam su-
perbiam, &c.* aliqua ei adiciens verba in hunc modum. *Si
quis homo Regis imaginem lapidibus petat, quia Regem ipsum nō
possit, atq; ita lignum, Regis effigiem referens, verberet: sic quicum-
que veneratur imaginem, ipsum nimirum veneratur exemplar.* Idē
Adrianus in Scripto de imaginibus versus finem cap. 8.
Nescis (inquit) quoniam si quis imaginem Imperatoris iniuriauerit,
prima forma dignitati affert iniuriam? Nescis, quoniam si quis i-
maginem, quæ a ligno detrahit, non sicut in animatam materiā au-
dens, sic indicatur, sed sicut, qui aduersus Imperatorē manus exten-
dens

Legati, &
rei inanimata
sa differitiæ

Epiph.
Tharasius.
Athanasius.

Adrianus.
Chryso-
stomus.

Damasc.
Basil.
338

Adrianus.

V dens

dens sedat materiam, sine anima Imperatoris, segregatam ab Imperatore? Imago enim omnino si feriat, eius iniuria Imperatorem attingit. Ex quo deducit honorem quoque adorationis, circa exemplar proximè versari. Nam eodem modo ad ipsum refertur, atque contumelia hæc autem proximè exemplar respicit: ergo & cultus adorationis similiter.

*Responsio ad
uersariorum*

Respondent aduersarij huic argumento, iniuriam, quæ fit imagini Regis, esse quidem iniuriam Regis, sed non tam grauem, ac si ipsimet personæ Regis proximè fieret, ut ita defendant, imaginem solam secundum se inferiori cultu posse adorari: siquidem iniuria facta imagini, quæ in exemplar quodammodo redundat, inferior est, quàm si ipsi exemplari proximè fieret. Cæterum quam paruum hoc respon-

Refutatio.

suum valeat, paucis ostendo. Quamuis enim non sit ita grauis contumelia facta exemplari in ipsa imagine, quam quæ ipsi in propria persona proximè fieret, quod concedimus libenter, nec oppositum probare contendimus: nulla tamen iniuria siue maior, siue minor, seu minima, habet veram rationem iniuriæ relata solum ad imaginem, aut rem inanimam secundum se: sed necessarium est, ad rem animatam, & rationalem proximè terminari, ut veram rationem contumeliæ habeat. Imò verò licet iniuria facta alicui in propria persona, sit maior, quàm ea, quæ fit in imagine illius: ad eandem tamè speciem vtraque pertinet, & eidem virtuti opponitur, aut iustitiæ, aut religioni, aut duliæ.

Obiectio.

At contra obijciat aliquis. Potest fieri iniuria imagini absque eo, quòd fiat expressa intèritio, & affectu ledendi exemplar: sicut faciunt Iconomachi putantes, se obsequium præstare Deo, si imagines cõburat: qui tamè iniuriosi sunt in imagines, etiãsi nõ velint ipsum exemplar iniuria afficere: ergo potest quis etiã imagini honorè deferre, etiãsi expresse nõ velit exemplar honorare: sed in solã imaginẽ animũ intendat. Respondeo primũ, licet contingat interdum iniuriã fieri imagini, sine expressa voluntate afficiendi contumelia prototypo, aut ipsum ledendi: nihilominus tamè nõ potest illa habere veram rationẽ iniuriæ, quatenus fieri dicitur soli imagini, sed exemplari: idẽ igitur de honore &

*Non potest
imago ille so
prototypo af
fici contume
lia.*

339

cultu dicẽdũ est, ut nisi ad exemplar referatur cõpletã rationẽ cultus nõ habeat, quare imagini, secundũ se, sine prototypo, nõ est tribuendus. Deinde dico, ut aliqua iniuria facta imagini habeat verã rationẽ contumeliæ, necessariũ esse, ut quis frangat, aut male tractet imaginẽ, quia imago est: (etiãsi ex odio nõ habeat animũ ledendi ipsum exemplar, vel iniuria afficiendi) quoniã indignũ putat, alicui imaginẽ erigere, ut in ea cultus ipsi deferatur. Quare vult expresse ipsi exemplari in imagine cultũ denegare: imò cultũ hoc modo ipsi exhibitũ execratur. Hoc autẽ satis est, ut sit peccatũ contra virtutẽ duliẽ, etiãsi non fiat ex displicẽtia dignitatis, & excellentiẽ prototypi, nec ex odio & animo iniuriam ipsi irrogãdi: tametsi, ut esset actus verẽ adorationis secundũ virtutẽ, deberet fieri expresso animo, deferendi illũ honorẽ exemplari in sua imagine: bonum enim ex integra causa, malũ autẽ ex particulari defectu: ideoque plus requiritur, ut sit aliquis actus virtutis, quàm peccati. Porro cum actus ille adorationis nõ proueniat ex cõplacencia ipsius exemplaris secundũ se, sic enim omnis adoratio esset ex caritate circa exemplar, sed solũ proueniat ex volũtate, qua placet, ut excellẽti, cultũ deferre, sicut lib.1. disp.1. c.3. & 4. diximus; satis est, ut sit peccatũ contra religionẽ, aut duliã, adorationẽ debitam alicui, aut negare, aut improbare, & prohibere: quẽadmodũ etiã in materia iustitiæ ad alterũ contingit. Ut enim sit iustitiæ opus studiosum, & secundũ virtutem, debemus tribuere unicuique, quod suum est: quia honestum iudicamus illud reddere, eò quòd debitum est: cõtrã verò, ut sit peccatum cõtra iustitiã, non est necesse, illud retinere, quia alienum est, sed detinere, quòd reuera alienum existimatur, quauis de causa id fiat.

340

341

Eisdem testimonijs, & rationibus eorũ sententia refellitur, qui docent, imagines nonnunquã per accidens, interdũ etiã per se adorari, ita tamen, ut prototypus non tantũ sit ratio illas adorandi, verum etiam id, quòd simul adoratur, aliã tamè adoratione. Tũ quia rã essent plures adorationes imaginis & exemplaris contra doctrinã Patrũ, & Conciliorũ, quæ superius allata sunt. Tum etiã, quia si imago

V 2 est per

est per se terminus adorationis, & alia adoratione distincta colitur, quam exemplar, sit, ut ipsa secundum se capax sit honoris, & contumeliæ, ut nos dignè illi seruiamus, id quod hæcenus ostendimus esse falsum. Nā Patres non solum docēt, simul debere adorari imaginē, & exemplar, sed etiā eodem motu adorationis; id quod rationes etiā superius allatæ demonstrant.

Eodem modo atq; imagines, nomen I E S V S, & alias res sacras esse adorandas.

C A P V T X.

RE S hæc, mea quidem sententia, sine controversia erat, probato seniel, quod de imaginibus cap. 8. & 9. diximus. Eisdem namq; rationibus monstratum manet, nec Scripturam aut vocem huius nominis I E S V S, nec vasa sacra, nec librum Euangeliorum, nec alias res inanimatas, in vniuersum, secundū se, nisi cogitatione, aut re ipsa coniunctas alicui naturæ rationali, adorari posse. Non desunt tamen Theologi nostræ etiam sententiæ, qui asserant, diuersam esse rationem, de nomine I E S V, de rebus ac vasis sacris, atq; de imaginibus. Concedunt enim, his non posse secundum se, nisi cōiunctis cum exemplaribus, cultum deferri, benè tamē nomini I E S V, & rebus sacris. Sic docet Antonius de Corduba lib. 1. q. 5. dub. 4. art. 2. ad 1. confirmationem septimi argumenti, & alij recentiores. Reddit rationem, quoniā imagines sunt signa quædam, quæ ex communi consuetudine Ecclesiæ, imò ex ipsa natura imaginis, ita exemplar repræsentant, ut in locum illius aspectibus hominū substituatur; ac proinde cum ipso prototypo postulent adorari. At verò vox hæc I E S V S, vel scripta, vel etiā prolata, nō ita expresse Christū significat, ut vicē ipsius gerere videatur. Quare licet dicat Antonius Corduba, audita voce I E S V S, vel visa, Christum à nobis coli; nunquam tamen concedit, cum voce simul adorari. Ipsi etiam voci secundum se, censet honorem aliquem tribui: id enim

342

*Anton.
Cord.*

*An nomen
I E S V per
se sit adorandum.*

*Vocem I E
S V S per se
esse venerandam ex sententia Cordubæ.*

343

*8. Synod.
Iren.
7. Synod.*

enim argumentum contendebat. Idem de vasis, & rebus sacris docet, inferiori nempe cultu, secundum se, etiam esse venerandas. Imò sunt aliqui, qui putant, difficile admodum esse res sacras, & vasa cum re aliqua rationali simul adorari, sicut imago cum prototypo suo colitur. Cōfirmant hanc sententiam de voce I E S V S, autoritate octauæ Synodi generalis can. 3. & Irenæi lib. 5. contra hæreses cap. 33. De vasis sacris probant, ex definitione septimæ Synodi, quam pro prima opinione, adduximus cap. 1. huius disputationis.

Cæterum, ut dixi, cum nulla res inanima sine rationali sit adorationis capax, sicut cap. 8. & 9. demonstratum est, & vox I E S V S siue scripta, siue prolata, quæcumq; etiam res in cultum Dei dedicata, ut vas, liber Euangeliorū, &c. sit inanima; sequitur, secundum se sine rationali non esse honoris, & contumeliæ capax: atq; adeo simul cū alia rationali, nempe Christo, quæ significat vox illa, vel Deo, in cuius cultum, res dicata est, necessario colendam esse: tantum abest, ut id fieri non possit. Quomodo autem id fieri debeat, cap. 12. & 13. & disputatione 1. libri tertij patebit: vbi magis peculiariter trademus modum, quo circa res inanimatas, nos gerere debemus, cū eas adoramus. Ratio verò vnica, quæ præcipuè nostram opinionem confirmat, ob quam diximus imaginem non nisi cum exemplari coli, non est, quia ex consuetudine in locum illius imago substituitur (quæquam & hoc verum est, & benè eadem sententiam probat:) sed quia res inanima adorationis, & cultus, secundum se capax non est. Ex qua, idē quod de imagine, de voce quoq; I E S V S, & alijs rebus inanimis manifestè sequitur: ut proximè notabamus. Et quamuis diceremus, quia imagines exemplaribus substituuntur, ideo cū ipsis adorari, quis audeat asserere, vocē I E S V S aut scriptam, aut prolata, in locum significati non subrogari? Ea enim audita, aut visa, statim præsentem nobis habemus Christum: vox ergo, quatenus ipsum includit, & ei substituitur, veneratione digna est. Nec aliud definiuit Canō ille octauæ Synodi; qui planè loquitur de voce ipsa,

344

*Impugnatur
Cordubæ opi
nio.*

*Ratio ob quā
nomen
I E S V S nō
nisi cum ipsa
re significa
ta adoretur.*

aut scripta, aut prolata: & verba Conc. Mogunt. quæ cap. 13. referemus, hoc ipsum manifestè confirmant. Ad septimã verò Synodum, quæ de vasis sacris loquitur, eodem cap. dicemus.

Irenæus autem, non de voce I E S V S, aut scripta, aut prolata, sermonem habet, sed de ipsa re significata. Loquitur enim de nomine I E S V, cui ex testimonio Malachia 1. cap. in omni loco incensum offertur, & purum sacrificium: nomine verò incensi, orationes significat. Cum ergo non ipsi voci I E S V S, sed significato orationes & sacrificia offerantur, sequitur, non de ipsa voce, sed de re significata, tam apud Irenæum, quam apud Malachiam, sermonem esse: sicut etiam ad Philipp. 2. dū dicitur. *In nomine I E S V omne genu flectatur, &c.* per nomē nō vox I E S V S, sed per metonymiam figurā, res ipsa, scilicet Christus, intelligitur: vt explicat Theophylactus, Theodoretus & Oecumenius. Idem & actorum 4. *Non est aliud nomē datū sub cælo, in quo nos oporteat saluos fieri: & ad Rom. 10. Quicumq; inuocauerit nomē Domini, saluus erit: Ioan. 1. ihs, qui credunt in nomine eius.* Quare nec ex Irenæo, nec ex eis locis Scripturæ, satis probatur, voci I E S V S scriptæ, aut prolatae, cum suo significato, sicut imagini cum prototypo, honorē aliquem, etiam per accidens, esse deferendum. Id verò optima ratione demonstrari potest, sicut de imaginibus hætenus probatum est, & quamuis in testimonio ad Philippenses, nomen I E S V S pro ipsa voce accipi diceremus: inde quidem solum sequeretur, aliquem cultum, per accidens nimirum cum significato, voci deberi: quod tamen ex Malachia 1. probare non possemus. Cum enim ibi, non de cultu adorationis, sed orationis & sacrificij sermo fiat: hic autem non deferatur imagini, nec voci, etiam per accidens; cogimur fanè, eo loco nomen pro re ipsa accipere: vt frequens est in Scriptura.

Iren.

345

Philipp. 2.

Theophy.

Theod.

Oecum.

Acto. 4

Rom. 10.

Ioan. 1.

Locus Paul. ad Philip 2. in nomine Iesu.

Honor potest deferri imagini, non tamen sacrificium, nec oratio etiam per accidens.

Idem

Idem modus in Sacramenti Eucharistia adoratione seruandus est.

C A P V T XI.

346



V M Sacramentū Eucharistia duobus cōstet, & speciebus visibilibus, & corpore atque sanguine Christi, quæ sub ipsis continentur: explicandum nobis superest ex prædicta doctrina quo pacto adoratio in singula terminetur: nam de modo loquendi sequenti disputatione dicemus. Sunt autē quedā contra hæreticos præmittenda, quæ Catholicis indubitata esse debēt: quedā autē inter Catholicos cōtrouersa.

In primis ergo Sacramentarij, qui negant, Christi corpus & sanguinē verè in Sacramento contineri, affirmant etiā, adorationem huius Sacramenti idololatriā esse. Sic docet Calui. lib. 4. institut. c. 17. §. 35. Quare ministri Figurini in Apologia contra vltimam Lutheri confessionem, asserunt, se adoratuos Sacramentū, si crederent ibi esse verū Domini corpus. Hic error ex alio priori videtur sequi: nā si ibi non est Christi corpus, aut sanguis, vt ipsi autumant; fit, vt adoratio ipsa in panē & vinum terminetur: quod est idololatria. Secūdò licet Lutherani omnes fateantur, ibi esse verè corpus & sanguinem Domini; de adoratione tamen inter se non consentiunt. Nam cum omnes ferè dicant, nequaquā licere adorare Christum in Eucharistia, cū extra cœnam & communionis tempus, honoris causa publicè circumfertur, idq; idololatriā esse asseuerent cū Lutheri in lib. ad Vvaldenses: quidam tamen asserunt, in ipsa etiā cœna nō esse Christum adorandū, vt Lutherus lib. citato, Philippus Melācthō in iudicio suo de cœna Domini, & Matthias Illyricus in confessione Antuerpiēsi, & in Apologia eiusdem cap. 14. Alij verò cultum adorationis eo tempore Christo in Eucharistia concedunt: vt idē Lutherus in formula missæ, Bucerus in actis colloquij Ratisponēsis, Ioan. Brentius in Apologia pro cōfessione Vvitembergen. & Kemnitius in 2. p. examinis Cōc. Trid. ses. 13. c. 5. Vt tamē à Catholicis, in modo loquēdi saltē differant,

347

Quid dicant heretici de adoratione Eucharistia

V 4 addunt,

addunt, dici non posse, sacramentum Eucharistiæ esse adorandum.

Prima ratio. Nullo ergo modo Christum in Eucharistia esse adorandum, probant hac ratione. Si ibi eum venerari possemus, ideo esset, quia ibi verè existeret; sed Deus in omni etiam re mundi intimè præsens est: ergo in omni re mundi posset adorari: quod est absurdum. Hæc ratio, in eorum præsertim sententia vim habet, qui docent, etiamsi in Eucharistia maneret substantia panis, nihilominus corpus Christi ibi realiter existens, fore adorandum. *Secunda ratio.* Secundò, quia vulgus exponitur manifesto periculo idololatriæ, si fortè sacerdos non consecrauit. Porro cum publicè circumfertur, non posse ei cultum venerationis exhiberi, Hæretici probant: quia Urbanus 4. instituit festum corporis Christi, ut solenni processione per plateas ciuitatis adorandum deferretur: est ergo ritus ab humano tantum ingenio inuentus: atq; adeò superstitiosus. Deniq; non posse dici, adorari sacramentum adoratione latriæ, probatur. Sacramentum est aliquid creatum, ipsæ nimirum species, & accidentia panis, & vini: sed dici non potest, creaturæ esse exhibendæ latriæ. ergo nec sacramento.

Veritas Catholica sacramentum Eucharistiæ ubique venerandum.

Ceterum veritas Catholica est: corpus Christi in Eucharistia, cum publicè circumfertur, in sacrificio Missæ, & ubique dignum esse veneratione latriæ. Id ostendunt copiosè & eleganter, Claudius Sainctes, repetitione 9. de Eucharistia cap. 5. & 6. Clichtoueus lib. 1. de Eucharistia cap. 19. & alij recentiores. Ex Patribus idem expressè astruunt, Diony. de Ecclesiastica Hierarchia c. 3. p. 3. Clemens Romanus libro 2. Constitut. Apostolicarum cap. 61. Origenes homil. 5. in diuersa loca Euāgelij, homil. 6. in Iosue, & lib. 8. cōtra Celsum, Cyril. Hierosoly. Catechesi 5. Chrysost. homil. 61. ad ad populum Antiochenum, Homil. 3. ad Ephes. homil. 83. in Matthæū, hom. 4. de Dei natura, & alibi sæpenumero, Nazian. oratione de sancta Gorgonia, quæ est 11. Eusebius Emiffenus homil. 5. Paschali, Theodoretus in 2. dialogo, Ambros. lib. 3. de Spiritu sancto, August. in illud Psal. 98. *Adorate scabellum*, in Psal. 21. concione 1. epistola 118.

Claudius Sainctes Clichto. Dion. Areop. Clemens Rom. Origenes 349 Cyril. Hieroso. Chrysost. Nazian. Eusebius Emiffen. Theodor. Ambros. Aug.

348

us scil. vident.

stola 118. cap. 3. & epistola 120. cap. 27. Algerus lib. 2. de Eucharistia cap. 3. & Concil. Trident. sessione 13. cap. 5. & Canone 6. vbi definit, hoc venerabile sacramentum adoratione latriæ colendum esse. Ratio verò manifesta est: nam si Christo secundum se debetur adoratio latriæ, ut hæretici etiam nostri temporis allegati concedunt, & quotquot contra Nestorium docent Christum esse verum Deum: fit, ut vbiq; adorari debeat: cū ergo verè contineatur sub speciebus panis & vini, sub eis non minùs latria in spiritu & veritate potest adorari, quam in cælo, vel dum erat in terra. Mitto ea, quæ hæretici respondent huic argumento: ea enim furilia sunt, & inania.

Ratio prædicta doctrina

350

Claud. Sainctes

Ratio verò prædicta, primùm non solum probat, totum Christum ex corpore & anima compositum in Eucharistia esse venerandum latria, verum etiam solum corpus, & solum sanguinem, si sine anima sub speciebus essent cum Verbo. Latria enim debetur Christo, non ratione animæ, sed ratione Verbi, cui vnita est eius humanitas: cum ergo corpus vnitum esset verbo, ei quoq; sine anima latria deberetur. Prætereà, ut bene obseruauit Claudius Sainctes, reperit. 9. de Eucharistia cap. 6. parùm à principio contra Valdenses, & Oecolampadium, prædicta ratio demonstrat Christum eodem spiritu latriæ fore adorandum, etiamsi cū substantia panis simul esset: neq; Catholicos ἀρτολατρείας artolatrias insimulandos esse, quasi panem adorarent: quia spiritus adorationis non ferretur in substantiã panis, licet neq; modo in ipsa accidentia: sed in Christum ibi existentem, panem verò illum nota exterior attingeret: quem admodum etiam in qualibet re mundi licet Deum latria venerari, dum tamen spiritus latriæ in deitatem ipsam feratur: ut 3. lib. disput. 1. ostendemus. Quare ex eo, quod Christum in Eucharistia adoremus latria, non sequitur substantiam panis ibi non esse: an verò rectè inde inferatur præsentia ipsius Christi, paulò post dicemus. Prætereà an sub conditione Christus ibi debeat adorari, lib. 3. disputatione 1. cap. 5. notabimus.

Corpus Christi & sanguis etiam sine anima adoratur latria.

Christus et si cum pane simul esset, latria esset adorandus.

Iam verò argumenta hæreticorum facilè diluere possumus

sumus. Ad primum dicimus optime sequi, Deum in omni re creata, utpote intimè præsentem, adorari posse: nec id esse absurdum, ut 3. lib. disp. 1. ostendemus. Ad secundum quomodo vulgus nulli periculo exponatur, adorando hostiam, eadem disput. 1. cap. 5. videbimus. Ad tertium respò deo, quãuis Urbanus 4. primus instituit solennitatem festi corporis Christi, ut ex bulla illius constat, quam postea Clemens quintus, confirmavit in Clementina vnica de reliquijs & veneratione Sanctorum: ob id tamen veneratio, & adoratio huius sacramenti, non fuit ab ipso inuèta, sed solennitas illa, ut à toto populo honorificaretur, fuit rectè instituta, sicut plures alia solennitates; quod non quauis humana potestate, & ingenio fecit, sed Pontificia autoritate à Christo accepta. De modo autem loquendi sequenti disputatione cap. 3. dicemus.

Adoratio Eucharistia non est humanè inuentum.

Ex vnitæ adoratiõis & loqui colunt absentiã panis.

Sed cõtendit Claudius loco citato, ex vnitæ adoratiõis absentiam substantiæ panis colligere. Etenim si duplex maneret substantia in sacramento, vna panis, altera Christi, non posset citra idololatriam vnica adoratio in vtramque referri, eò quòd esset duplex existentiã, quarum vnaquæque suam venerationè postularet. Substantia quidem creata adorationem dulci: substantia autem Christi adorationem latriæ: nunc autem cum accidentia solùm panis, & vini, cum substantia corporis, & sanguinis Christi maneãt; eaque existant non propria existentiã, sed existentiã corporis, & sanguinis Christi, optimè possunt simul cū corpore, & sanguine Christi, sub eundem cultum adorationis cadere: quemadmodum humanitas Christi, eiusque diuinitas, eodem motu adorationis coluntur, quòd eandem habeant in supposito existentiã. Addit tamè, diuerso quidem modo, accidentia existere existentiã corporis Christi, atq; humanitatem existentiã Verbi. Nã humanitas sustinetur Verbo, vnione personali: accidentia verò nec hoc modo sustentatur, nec afficiunt ipsam substantiam corporis Christi, sed sola præsentia & virtus corporis Christi illa sustentant: eamque vnionem, inquit ipse, arctiorè esse, quàm vestis cum Rege; & arctissimam, post hypostaticã, quam

351

Verba. 4. Clem. 5.

Claudius Sarrincho.

352

quam præsentialem & sacramentalem vocat.

353 *Cyprian.* Affert deinde testimonia Patrum, in quibus ex vnica adoratione, absentia panis, & transubstantiatio colligi videtur. Primum est Cypriani in sermone de cœna, ibi lic ait. *Panis iste, quem Dominus discipulis porrigebat, non effigie sed natura mutatus, omni potentia Verbi factus est caro: & sicut in persona Christi humanitas videbatur, & latebat diuinitas; ita in sacramento visibili, ineffabiliter diuina se infundit essentia; ut esset religioni, circa sacramenta deuotio, & ad veritatem, cuius corpus sacramenta sunt, sincerior pateret accessus.* Subtrahit ergo Cyprianus substantiam panis & vini; ut circa sacramentum tota infumatur deuotio, & adoratio. Recitat deinde Claudius alia testimonia, quæ consultò prætermitto, quòd nec minima ex parte prædictam sententiam infinuent.

Confirmant ex Patribus præsertim ex Cypriano.

Verùm hæc sententiã manifestis rationibus refelli potest. Prima est, quia falso supponit, accidentia nõ existere propria existentiã, sed existentiã corporis aut sanguinis Christi. Si enim neq; humanitas existit existentiã Verbi, ut probabilior opinio fert, quam in tertiam partem q. 17. arti. 2. confirmabimus; multò minùs accidentia panis, & vini, existentiã humanitatis, aut Verbi existentiã. Quod verò dicunt, accidentia sustineri præsentia & virtute corporis, & sanguinis Christi, aliter non debet intelligi, quam quia vel à substantia corporis, & sanguinis, tanquam ab instrumento, efficienter conseruãtur sine proprio subiecto, quòd inter Scholasticos adhuc indubitatum nõ est: vel certe quia tandiu virtute diuina per se, sine proprio subiecto, cõseruantur, quandiu substantia corporis, & sanguinis Christi ibi præsens est: de quo nemo dubitare potest.

Refellit prædicta sententiã. Prima ratio

Quomodo accidentiã in Eucharistia dicatur sustineri a corpore & sanguine Christi.

354 *Secunda ratio.* Imago diuersa existentiã existit, quam exemplar, & vestis, quã ille, qui ea indutus est, & reliquiæ, quæ Sanctum tetigerunt, quã ipse Sanctus, & tamen eodem cultu, & adorationis motu, imago cum prototypo, vestis & reliquiæ cum ipso Sancto, sine idololatria coluntur: quinimò omnia ista non possunt alia diuersa adoratione, non adorato simul exemplari vel Sancto adorari, ut hætenus probatum est. Et 3. libro. disput. 4. ostendemus:

Secunda ratio.

poterat

Explicatur
testimonium
Cypriani.

poterat ergo substantia panis, & vini, si maneret cum corpore, & sanguine Christi, sub eodem venerationis motu simul cū corpore, & sanguine Christi, sine idololatria cōcludi: neq; substantia panis & vini secundum se, adoratione dulci ipsi propria, & propter id, quod contineret, adorari posset: sicut neque imago propter exemplar, & vestis propter eum, qui eam induit: vt in hac disputatione probatum est.

Testimonium verò Cypriani, si alicuius momenti est, solum probat. idè substantiam panis, & vini in Sacramento non manere; vt facilior ad Christum pateret accessus, cum nulla substantia creata animus detineretur: hinc tamen non fit, quod Claudius contendit: nimirum, si recta & sincera fides adesset, non posse eodem venerationis motu panem & vinum cum corpore & sanguine Christi adorari. Porro cum Cyprianus dicit, Christum substantiam sui corporis, & sanguinis Sacramento presentem reliquisse, conuertendo substantias elementorum in carnem, & sanguinem suum, vt facilior pateret aditus deuotioni & adorationi, non tã curat de conuersione panis & vini in Christi corpus, quatenus est ipsius panis, & vini destructio; quã de illa, quatenus est causa presentie realis corporis & sanguinis Christi: dicit autem hoc modo faciliorem esse aditum deuotioni, & adorationi: non quia nihil manet substantie panis, aut vini; sed quia per harum substantiarum conuersionem, presentis fit substantia corporis & sanguinis Christi: *Vt ita sicut sub humanitate latebat diuinitas, sic etiã Sacramento visibili se infunderet diuinitas Christi, & humanitas.* Hoc enim pacto fides maiorem nobis prebet occasionem deuotionis, & reuerentie, quã si illius humanitatem absentem crederemus, & tanquam in signo solum veneremur. Non ergo remouit Cyprianus substantiam elementorum; vt vnica in Sacramento infunderetur adoratio, sicut ut putat Claudius: sed adstruit veram Christi presentiam, vt maior in ipsum crescat deuotio.

Ex peculiari
modo adoran-
di tractan-
do sacramentū
collegitur præ-
sentia Christi

Observandum etiam est; licet ex adoratione latriæ absolute, quam Christo in hoc Sacramento exhibemus, non rectè

355

356

rectè colligatur presentia corporis & sanguinis Christi: benè tamè ex modo peculiari, quo illi latriam deferimus. Dixi ex adoratione latriæ absolute: nam etiam si Christus in hoc Sacramento non esset realiter presentis, sed tanquã in signo, vt docent Sacramentarij, sicut est exemplar in imagine; nihilominus in eo posset latria adorari, sicut in imagine exemplar: ad hoc enim sufficeret, si sola cogitatione Sacramento coniungeretur. Idcirco cum in Ecclesia Græca, ante cōsecrationem circumferuntur per templum panis, & vinum, & populus reuerenter adorat, etiam si latria Christum ibi veneretur, non peccat, si ipsum sola cogitatione simul cum pane apprehendat; quòd post cōsecrationem, ibi futurus sit, & verè credat tunc non adesse: de qua re populus erudiendus esset, ne tunc presentem esse putaret. Ex singulari tamen modo adorationis latriæ, nõ solum interiori, sed etiam exteriori, quam Sacramento exhibemus, rectè colligitur Christi presentia. Nam quãuis non sit diuersa species latriæ, quam Christo in Sacramento tribuimus, ab ea, quam in imagine ipsi deferimus, cum sit vtrobique idem terminus formalis, vt patet: communiter tamen non est tam feruens affectus reuerentie erga Christum in imagine, quã in Sacramento; & aliquo signo exteriori maiorem hanc reuerentiam erga Christum in Sacramento, quam in imagine indicamus. Primum quidem maior reuerentia cõmuniter nascitur ex fide Christi presentis, quam ex fide, qua credimus, ipsum in cælo manere, & imagine representari: vt quisque fidelis in se experitur. Deinde, quamuis nulla sit peculiaris nota exterior latriæ, & dulci, vt prima disput. i. libri notauimus; sed ex affectu signum externum pensari debeat; in signis tamen externis maior aut minor deuotionis & reuerentie affectus aliquãdo relucet. Maior autem deuotio erga Christum in hoc Sacramento satis apparet, tum ex singulari reuerentia, qua vasa & lintheamina, in quibus hoc Sacramentum peragitur, & custoditur, veneramur: hæc enim maior est, quam quæ exhibetur imaginibus ipsis. Tum etiam ex eo, quòd hunc panem consecratum, non solum non concedimus edendum

357

edendum cathechumenis, sed neque adorandum, dū non sinūtur astare consecrationi, & cœnæ Domini; cum tamē cōcedamus adorationem Christi in imagine & in alijs rebus sacris, sic ego intelligerem Claudium Sanctem repetitione 9. de Eucharistia cap. 5. ante medium, dum ex singulari modo adorandi dicit, inferri præsentia corporis, & sanguinis Christi in Sacramento.

*Quo pacto
species hu-
ius sacramen-
ti adorantur*

Quomodo verò species ipsæ Sacramenti adorentur, inter Scholasticos dissensio est, quæ tamē ex prædictis in hac disputatione, facile definiri poterit: omnes enim eodem modo de speciebus Sacramenti, sicut de imaginibus philosophari debent. Claudius Sanctes in illa repetitione 9. cap. 6. & recentiores aliqui putant, Gabrielem super canonem in ea fuisse sententia, vt diceret sacramētum hoc, id est, species sacramentales, per figuram Synecdochē, hoc est ratione Christi sub eo contenti, nō autem propriè adorari: atque acriter in ipsum inuehuntur, quod adorationem Sacramenti propriè, & sine figura negauerit; multisq; Patrum testimonijs, qui dicunt adorari hoc Sacramētum, contra Gabrielem agunt.

*Quæ senten-
tia Gabrieli
ascribitur.*

*Explicatur
vere Gab.*

Verū si attentè legatur Gab. super Canonem lectione 50. litera L. non aliter sentit de speciebus sacramentalibus, quā in initio lectionis docuerat de reliquijs, & rebus sacris inanimatis; & lect. 49. de imaginibus: videlicet adorationem earum, quatenus ad ipsas terminatur, non esse propriè, sed analogicè adorationem, si conferatur cum adoratione, quatenus ad prototypon refertur, eo quod terminetur ad rem inanimatam, de quo modo loquēdi cap. 13. non nihil dicemus. Quare Gabriel nō negat, adorationem aliquam in ipsas species sacramentales terminari, nec docet, solum Christum in Eucharistia, nō autem species, adorari. an verò hæc adoratio, analogicè sit dicēda adoratio, eo cap. 14. videbimus, est enim eadem quæstio, atque de imaginibus.

Alij verò recentiores qui secundam opinionem de imaginibus sequuti sunt, eodem modo de speciebus sacramentalibus, atque de imaginibus docent: nepe eas adorari posse eodem

Claudius

358

359

360

se eodem motu, & adoratione patriæ cum Christo sub ipsis contento: posse etiam secūdum se, propria adoratione coli, quæ non referatur in Christum ibi contentū, sicut in terminum proximum adorationis: sed tāquam in motuum remotum, sicut de imaginibus, & de nomine Iesu docuerunt. Horum tamē sententia eodem modo impugnari debet, atque illa de imaginibus, eò præfertim, quod species sacramentales sint res inanimæ, & secūdum se capaces non sint cultus & honoris, nisi quatenus coniuncte cum Christo, quem continent: quare eandem adorationem, qua Christum ibi colimus, ad eas terminari, dicendū est, vt docet Claudius cap. illo 6. sed per accidens: sicut adoratio exemplaris in imaginem quoque terminatur; vt cap. 13. 14. & 15. explicabitur: id expressè tradit Algerus, lib. 2. de Eucharistia cap. 3. his verbis. *In nouo sacramēto, ablata fide gratiæ interioris, exterior species in panis mica, vel vini gutta nullius est estimationis, quia & in eo, ideo nullius estimationis exteriora facta sunt, vt ei, quæ interius creditur, gratiæ, omnis impenderetur summa deuotionis. Causa enim videretur tot hominum assistentiū, & huic sacramento ministrantium, & adorantium veneranda sedulitas nisi ipsius sacramenti longe magis crederetur, quā videretur veritas, & utilitas: cum exterius quasi nulla sint, quibus tanta impenduntur venerationis obsequia, aut insensati sumus, aut ad intima mittimur magna salutis mysteria.* Quibus docet, adorationem nulla ratione in exterioribus accidētibus sistere posse, sed ad intima penetrare debere. id quod ex doctrina huius disputationis satis liquet. Quomodo verò per accidēs eadem adoratio in accidentia terminetur, quæ in Christū tendit, explicabimus locis allegatis. De modo autem loquendi, & vtrum in species, per accidens saltem oratio, & alij religiosi cultus terminentur, sequenti dispu. dicemus.

Clichtou.

Solum cōtra Clichtou. lib. 2. de Eucha. cap. 10. nu. 6. superest aduertēdū: in eo errasse, quod vasis & alijs rebus sacris inanimis cōcedit cultū aliquē distinctū à cultu illius in cuius honorē dicatæ sunt: at speciebus Eucharistiæ negat, sed putat, secūdū se, adorari nō posse, nisi cū Christo quæ cōtinēt: cū tñ quod ad hoc, eadē sit omniū rerū inanimatarū ratio.

*Posse species
secundum se
sine Chri-
sto peculiaritè
adoratione
coli, nonnulli
putant.
Refellitur
præcedens o-
pinio.*

*Eandem esse
rationē alia-
rum rerū sa-
crarū & spe-
cierum sacra-
menti.*

Nota-

Notatur doctrina quadam septimæ Synodi, ut testimonij pro prima & secunda opinione allegatis respondeatur.

CAPVT XII.



In mentem septimæ Synodi, eiusq; phrasim & loquendi modum rectè intellexerimus, nõ solum præcipua testimonia, quæ pro prima & secunda sententia allata sunt, & primo aspectu difficillima, nec ipsimet septimæ Synodo satis conuenientia apparent facili negotio explicare poterimus; verum etiam ex ipsis, nostra sententia mirum in modum cõfirmabitur, & rectus sincerusq; modus imaginis adorandi, rudibus etiam & ignorantibus perspicue tradetur. Eam verò ex septima Synodo mihi videor non obscure colligere. Prius tamen præmittam breuiter id, quod lib. 1. disput. 1. cap. 4. fusiùs dictum est: nempe actû adorationis in ratione cultus honoris & adorationis, duobus cõstare: vnum est, nota exterior submissionis, vt genuflexio, &c. alterum est, submissionis affectus, quo quis ex apprehensione excellentiæ & dignitatis, alicui, vt excellenti, notam illam vult exhibere; sine quo nota exterior non esset adoratio & cultus, cû ea fieri posset animo quoq; ioci, aut irrisionis. Et, vt cap. 8. & 9. ostensum est hic respectus, & affectus voluntatis esse nequit circa re inanimã secundû se; sed circa rationalẽ, quæ excellentiam habeat, & propterea veneratione digna sit. Neq; verò nota exterior, & interior affectus submissionis duæ sunt adorationes, & cultus; sed ex utroq; , vnus actus reuerentiæ, & honoris constat: sicut in vniuersum actus virtutis, interiori & exteriori constituitur.

Adoratio duobus constat, nota exteriori submissionis & affectu interiori.

Discrimẽ inter latriam seu duliam & adorationem seu latriam.

Deinde obseruandum est, græcum nomen λατρεία latria, quod significat cultum, honorem, seruitutem, & obsequiũ Dei, atque in subiectione animi cõsistit, & verbũ λατρεύω latreuo, quod actionem ipsam cultus & seruitutis denotat, non significare notam exteriorẽ submissionis, & reuerentiæ

361

362

rentiæ secundum se, sed affectum subiectionis; ipsam vero notam, prout subest, & perficitur interno seruitutis affectu erga Deum: idem de δαλδία dulia, atq; δαλέω duleuo proportione quadã dicendum est: solũ enim differunt, quod hæc duo seruitutem erga Sanctos homines; illa verò circa Deum significant. Duo autem alia nomina ἀσπασμος aspasmos, latinè salutatio, & προσκύνσις, proskynsis, latinè adoratio, quæ pro eodem accipiuntur, vt dicitur in epistola septimæ Synodi, ad Sacerdotes & Clericos circa finem illius, quæ habetur in septima actione, latius patent: & cõmunia sunt, ad significandum notam externã submissionis secundum se, & ipsum etiam affectum seruitutis. Tria etiam verba Græca, quæ ibi numerat Tharasius, eodẽ modo accipienda sunt, hoc est, communiter pro externa adoratione, ita vt internam seruitutẽ significare possint: ea sunt προσκυνεῖν proskynin, latinè adorare ἀπαξέσθαι aspaxesthai, id est, salutare, φιλεῖν id est, osculũ præbere: tamen si interpres latinus aliter transferat: id tamen non esse iuxta mentem Græcorum Patrum capit. 16. ostendemus.

Dulia affectum erga sanctos denotat. Adoratio & salutatio de interno affectu, & signo externo dicitur.

Nota verba Tharasi.

Thara.

363

Tharasi.

Hanc doctrinam tradidit nobis Tharasius in epistola ad Constantinum, & Irenen, quæ est in septima Synodo act. 7. vbi postquam dixit, imagines esse osculandas, & adorandas, idq; instar adorationis, qua Iacob summitatem virgæ Ioseph adorauit, & postquam ostendit præsepe Domini ex sententia Nazianzeni, esse adorandum, subiungit: Quis autem modo rectè, & sincere Scripturas intelligat, ea quæ ita in Scripturis occurrunt, non viderit, inde latriam, quæ fit per spiritũ non dici, nisi omnino expertus sit intelligentia? Ac si dicat ex eo, quod Iacob osculatus est summitatẽ virgæ, non propterea ei tribuit latriam. Hæc enim fit in spiritu seruitutis, non solo osculo. Ex nota ergo exteriori non rectè inferitur, latriam, quæ fit in spiritu, id est, in affectu submissionis, ei adhiberi, quem labijs corporeis osculamur: & de alijs externis signis idem dicendum putat. Quare docet, si præsepe Domini osculemur, & coram illo genua flectamus,

364

X mus,

mus, non propterea nos latriam ipsi exhibere.

Hic affectus erga Deum frequenter vocatur in ipsa septima Synodo latria in spiritu, & veritate: sic Epiphanius in breui demonstratione pro imaginibus, quæ habetur in eadem septima Synodo actione sexta in fine, refert, hæreticos asserere eos, qui imagines adorant, in spiritu & veritate ipsis latriam deferre: hoc enim semper hæretici Catholicis falso imponebant, ut ignorantibus deciperent. De his enim sic ait Epiphanius: *Sic & hi mentes muliebres decipiunt dicentes, quod si quis adorauerit imaginem Domini, aut intermerata Deipara, Domina nostra, aut sanctorum Angelorum, aut alicuius e Sanctis in spiritu latriam illi exhibet.* Respondet autem ille: *Cauete, ne decipiamini.* Idem refert ipse Epiphanius, actio. 6. in confutatione septimæ Synodi falsæ, tomo 4. post medium, cuius verba cap. sequenti referemus, & tomo 2. ante medium contra eosdem hæreticos, qui falso notabant Catholicos, quod latriam imaginibus exhiberent, inquit: *O insipientem linguam, quam instar macheræ veneno imbuta possident, qua Christianorum inculpata fidem in simulacrorum arbitratur translatam culturâ. Nemo enim Christianorum, eorum, quæ sub cælo sunt, imagini latriam exhibuit, & paulò infra, latria nostra in spiritu est.* Eandem latriam Germanus Patriarcha in epistola ad Ioannem post medium, quæ est in septima Synodo, actione 4. appellauit adorationem in spiritu, & veritate. Quare rectè Leontius, in dialogo quinto citatus à nobis cap. 5. dixit, in omni adoratione, intentionem ipsam requirendam & expendendam esse: ea enim actus adorationis in ratione cultus, & seruitutis cõpletur. Huius adorationis, quæ fit in spiritu, & veritate, ex Scholasticis mentionem fecerunt Hieron. Augustus, & Iacobus Pavia cap. 3. allegati.

Prosequitur hoc idem Tharadius, & cum dixisset crucem & lanceam Domini à nobis adorari; ne intelligeremus, ipsis latriam in spiritu exhiberi: inquit in hæc verba. *Quæ sane adoratio (scilicet crucis & lanceæ) nihil est aliud, quàm salutatio, siue amplexum malis dicere, quod indicat hoc, quod labijs quoque nostris proprijs ea contingimus. Si verò sapius in Scriptu-*

ra &

Hæretici notant catholicos, quod imaginibus latria in spiritu exhibeant. Excusantur Catholici à patribus in modo adorationis.

Epiph.

365

Germ.

Leontius

Hieron.

August.

Pavia

Tharad.

366

ra &

ra & elegantibus nostris Patribus, adorationem quis dixerit pro cultu siue latria, quæ in spiritu fit, sumi; non negamus. Nam cum vox sit multa significationis, non potest non aliquando pro cultu adorationis in spiritu sumi. Hæc Tharadius, ubi adorationem crucis, & lanceæ exhibitam appellat, osculum ipsum, & notam externam salutationis: quam tamen verbis paulò antè citatis dixit, non esse latriam in spiritu, & veritate. Concedit autem, interdum ipsam latriam seu cultum in spiritu, & veritate, appellari quoque adorationem: quia vox adoratio græce προσκύνησις proskynesis est πάλυσημος polysimos, hoc est, varia, seu multa significans, & frequentius notam externam submissionis, nonnunquam autem internum affectum seruitutis denotat. Id verò de voce λατρεία latria, nunquam cõcedit, sed hæc solum affectum seruitutis erga Deum significari, existimat. Quare notat, Deuteronomij 6. & Matth. 4. cum dicitur, *Deum tuum adorabis*, non fuisse additum, solum, quia adoratio alteri, quam Deo exhiberi etiã potest: at quando dictum est, *Et illi soli seruias* græce λατρεύσεις latreusis, de industria adiectum fuisse, soli, quod soli Deo latria, quæ est summa seruitus in spiritu & veritate, debeatur: de quo etiam diximus primo libro disputatione prima cap. 1. Quare autem dicatur latria in spiritu, & veritate affectus ille internus seruitutis, ex quo nota submissionis procedit, explicauimus etiam in ea disputatione cap. 2. aliquantulum ante finem; & ex dictis perspicuum est, ea de causa in spiritu vocari, quia in affectu interno submissionis consistit.

Hanc doctrinam Tharadius accepit ex Anastasio Episcopo Theopoleos, in epistola quadam, quæ refertur in actione 4. septimæ Synodi, ubi, ut ostendat, imagines adorari posse dicit. *Nemo offendatur in adorationis vocabulo: (Græce προσκύνησις proskynesis): Siquidem & homines, & sanctos Angelos adoramus: non autem quod latriam, hoc est, cultum diuinum, exhibeamus.* Inquit enim Moyses Deuteronomij 6. *Deum tuum adorabis, & illi soli latriam præstabis. Quo loco diligenter obseruabis, qua ratione posteriori dicto, nimirum latria, adiecerit,*

Nomen adorationis aliquando affectum, alias signum externum significat.

Dent. 6. Matth. 4.

367

Anast.

Dent. 6.

SOLI: ADORABIS verò, hoc ipsum non est appositum: quamobrem adorare licet.

Adoratione
latius patere
quàm latriam.
Adoratio est
symbolum ho-
noris.

Ex quo infertur id, quod dicebamus, nempe latius pa-
tere adorationem, quàm latriam, & quamvis imaginibus
latria non sit tribuenda, adorationem deferri posse. Sub-
dit statim rationem. *Quid enim aliud est, quam honoris alicui
exhibiti veluti emphasis, adoratio: latria vero nequaquam, ac si
dicat, ideo adorare licet, quia adoratio, est emphasis, hoc
est, symbolū, & signum interioris cultus, & submissionis:
& tale signum imaginibus præberi potest: latriam verò
tribuere nequaquam licet. Nam cū hæc sit seruitus in spi-
ritu, & non in solo signo consistat, imagini soli, quæ non
sentit, non potest exhiberi: subiungit. Neque etiam licebit
προσευχῆς εἰκόντων προσεύχασθαι (nempe imagines) quod est pro-
priè Deum adorare. Verbum enim προσεύχασθαι Proseucho,
deprecati, vota nuncupare, vel peragere significat: quod
soli Deo fieri potest. Huius Patris Anastasij sententiam, &
differentiam inter latriam & adorationem notavit ibidē
tota Synodus: replicās autem Tharasis dixit, maximè no-
tandam esse definitionem illam adorationis, qua dicitur
esse emphasis, hoc est, symbolum, & signum honoris. Sub-
iungit deinde Tharasis hæc verba: *Omnes igitur qui se sacras
imagines venerari cōsistentur, adorationem autem recusant, à sancto
Patre, scilicet Anastasio illo, tanquā hypocritæ redarguuntur. Nā
cum verè adorationem, quod est honoris symbolum, recusant, cōtra-
rium facere cognoscuntur, nimirum Sanctis conuitia dicere.* Solum
ergo exigit Tharasis ab Iconomachis signum, & notam
circa imagines ex affectu seruitutis circa exemplaria, vt
eas adorare dicantur, & venerari, quam quidem notam
hoc modo negare, merito existimauit, idem esse, quod
conuitia dicere. In eundem sensum, videtur Damasc. ora-
tione 3. de imaginibus, adorationem definisse, cum ait,
*Est animi cedentis, id est, submissi, atque humilis significatio, &
oratione 1. Est submissionis, & honoris nota.**

368

Tharasis.

369

Damasc.

Quid sit ado-
ratio ex Da-
masc.

Cōclusio Di-
ctorum

Ex his habemus, quamvis adoratio interdum significet,
vt docuit Tharasis, ipsum internum affectum seruitutis;
denotare etiam, idq; magis communiter, exteriorē notam
& signum

& signum submissionis ex tali affectu profecta: scilicet
osculum, genuflexionem, nudationem capitis, &c. latriam
verò in solo interno affectu consistere.

Explicantur quedam Patrum testimonia.

CAPVT XIII.



370

Athan.
Leon.

Adria.

Ntequam ex doctrina præcedenti, testimonijs
inductis pro prima, & secunda sententia respō-
deamus; quedam Patrum loquutiones sunt no-
bis explicandæ, & in bonum sensum interpre-
tandæ. Athanasius enim in quæstionibus ad Anthiochum,
quem citavi cap. 5. huius disputationis, Leontius in quin-
to dialogo cōtra Iudæos, qui habetur in actio. 4. septimæ
Synodi, & Adrianus in epistola ad Constantinum & Ire-
nen, quæ est in act. 2. comparantes cultum imaginum ad-
orationi, qua Iacob adorauit summitatem virgæ Ioseph,
dicunt, Iacob, non virgam, sed tenentem virgam adorasse,
& idem Leontius, de Iacob cum oscularetur vestem Io-
seph sanguine conspersam, asserit, non ipsam vestem ho-
norasse, sed filium suum Ioseph: Athanasius quoq; ibidem
comparat cultum imaginum adorationi, qua Iudæus po-
pulus Tabulas, & Propitiatoriū adorabat: de quibus ait,
non adorasse Tabernaculum, ligni videlicet, aurie natu-
ram, sed Dominum illorum Deum. Quibus verbis ipsi ex
sua sententia explicant qua ratione imagines, sint adoran-
dæ; vt non ipsas, sed per ipsas, & in ipsis, & coram ipsis ex-
emplar venerari debeamus. Idem habet Aug. lib. 3. de do-
ctrina Christiana cap. 9. & Concilium Moguntinum, cele-
bratum anno 1549. in expositione primi præcepti cap. de
vsu imaginum.

Explicantur
difficilia qua
videbatur cō-
tra adoratio-
nem imaginū
dicta a patribus.

Aug.
371

Cæterum hi omnes intelligi debent, non de adoratio-
ne, quæ in nota exteriori, profecta ex affectu seruitutis, cir-
ca exemplaria consistit: planè enim concedunt, imagines
esse exosculandas, & amplexandas, & illis caput nudandū
& genu flectendum; quæ sunt notæ adorationis; sed de

X; ado-

adoratione, quæ est interior feruitus in spiritu, & veritate: sic enim non respicit imaginem secundum se, sed exemplar in ea. Dicunt autem, per imagines exemplaria à nobis adorari: quia in exemplar, cui nos ex corde seruos exhibemus, osculum corporale, per imagines, quibus illud insigimus, & alia signa, quæ ipsis præbemus, spiritu interiori feruitutis transmittimus. Verba Concilij Moguntini §. 1. hæc sunt. *Non enim proponuntur imagines in Ecclesia, ut adoremus eas, & colamus, sed ut per eas quid orare, colere, venerari, & imitari debeamus, admoneamur: id autem explicat §. 2. hoc modo: Codicem oculis perlustrans cum ad venerabile & tremendum nomē I E S V deuenerit, caput aperit, inclinatur, & suspirans in celum oculos attollit, & ob id omni reprehensione, & idololatriæ suspicionē caret, siquidem non literas, quæ vili atramento pinguntur, sic honorat, sed cogitatione & ueneratione mentis suæ, ad eum honorandum, & adorandum rapitur, cuius memoriam hæc literæ ei suggerunt. Cur ergo superstitionis, aut idololatriæ reus peragitur, qui ante imaginem crucifixi Domini caput aperit, aut procumbens adorat, cum nequaquam imaginem putet adorandam, sed eum corde veneretur, & adoret, quem pro se natum, passum, &c. recordatur. Atque hic est imaginum usus sine omni superstitione, & non sine pictatis fructu, in Ecclesia obseruatus.* Quibus verbis Concilium non negat imaginibus notam & signum externi honoris ex affectu submissionis circa exemplaria, sed solum dicit, submissionis affectum in exemplar referri. Id quod ceteri Patres citati dicere voluerunt.

Ad eundem ferè modum, sed in eundem omnino sensum loquitur Gregor. lib. 7. in epistola ad Secundinū, quæ est §. 3. cuius testimonium mirificè commendat Adrianus in Scripto de imaginibus in responsione ad reprehensionē ex cap. 12. atque testatur magno cum applausu, in Concil. Romano sub Stephano 3. recitatum & receptum fuisse: verba illius sunt. *Et nos quidem, non quasi ante diuinitatem, ante illum, scilicet imaginem Christi, prosternimur, sed illum adoramus, quem per imaginem, aut natum, aut passum, aut in throno sedentem recordamur.* Aduersatiua sed, indicare videtur, solum

Dictum Gregorij exponitur eodem modo.

Conc. Mogunt.

372

Greg.

Conc. Rom.

373

lum exemplar à nobis adorari: quod quidem cum intelligat Gregorius de interno affectu feruitutis, verissimum est: quia imaginem non agnoscimus, tanquam Dominam, nec nos illi ex animo subijcimus, tanquam seruos, & inferiores, sed exemplari in ea. Cum verò dicit, ante imaginē nos prosterni, non denotat, eam nobis ad solam recordationem deferuire, sed notam etiam feruitutis, ex affectu submissionis circa exemplar, nos imagini deferre: alioqui non prosterneremur ante illam. Nam Iconomachi, qui ad solam recordationem imaginibus vtuntur, ante illas genua non flectunt, nec se prosternunt: sic enim ipsas nota exteriori adorarent; sed erecti, absq; vilo gestu corporis, qui reuerentiam indicet coram imagine, exemplatis recordantur, & ipsum spiritum solum adorant. Ita etiam idem Gregorius libro 9. epistola 9. ad Serenum inquit. *Sed hoc sollicitè fraternitas tua adinoneat, ut ex visione rei gesta ardorem compunctionis percipiant, & in adorationem solius omnipotentis sanctissimæ Trinitatis humiliter prosternantur.* Vbi non prohibet signa externa humiliationis imaginibus exhiberi, easque osculari: sed instruit eos, & docet, in quem affectum subiectionis, & feruitutis dirigere debeant: hic enim non in imaginem secundum se, sed in exemplar referendus est.

Hoc modo explicat Gregorium Thomas Vvaldens. 3. tomo cap. 156. numero 6. Quare non solum reprehendit Gregorius Massilienses (quos Serenus ille, apud ipsum accusauit,) quod imagines Deos esse putarent: verum etiā, quia in illis virtutem aliquam constituerent, cui se subijcerent: nec in exemplaria animum conuerterent. Eodem pacto intellexit Gregorium Carolus Magnus in libro illo, quem ad Adrianum misit, ut confutaret. Nam in capite ultimo, ita scribit. *Vt sciat Dominus Apostolicus, & Pater noster, & cuncta simul Romanorum Ecclesia, ut secundū quod continet in epistola beatissimus Gregorius, quam ad Serenum Massiliensem Episcopum direxit, permittimus imagines Sanctorum, quicumq; eas formare voluerit tam in Ecclesia, quamq; extra Ecclesiam propter amorem Dei, & Sanctorum eius: adorare verò eas nequa-*

374

Vvald.

Carol. Mag.

quam cogimus, qui noluerint: frangere, vel destruere eas, etiamsi quis voluerit, non permittimus: quem dicit esse sensum totius Ecclesie, cumq; capitulum hoc prima facie Iconomachorum illius libri videatur, qui imagines ad solam memoriã retinebant, vt disput. 6. cap. 1. vidimus, illud tamen Adrianus statim probat, & in eum sensum Gregoriũ etiã interpretatur, vt spiritus subiectionis in exẽplaria feratur, his verbis. Ita verò & nos eundem ipsum irreprehensibilem, & orthodoxum sensum sancti Gregorij Papæ sequentes, & amplectentes, dudum Irena & Constantino Imperatori pro sacris imaginibus prædicandis erectione, emisimus dicentes, quia in vniuerso mũdo, vbi Christianitas est, ipse sacra imagines permanentes, ab omnibus fidelibus honorantur, vt per visibilem vultum ad inuisibilem diuinitatis maiestatem mens nostra rapiatur spirituali affectu, pro cõtemplatione figuratæ imaginis secundum carnem, quam filius Dei pro nostra salute suscipere dignatus est, eundem Redemptorem nostrum, qui in celis est, adoramus, & in spiritu glorificantes, collaudamus: quoniam iuxta quod scriptum est, Deus Spiritus est: & ob hoc spiritualiter diuinitatem eius adoramus. Nam absit à nobis, vt ipsas imagines, sicut quidam garriunt, deificemus, sed affectum, & dilectionem nostram, quam in Dei amorem, & Sanctorum eius habemus, omnimodo proferimus. Vbi seruitutem in spiritu refert Adrian. ad exemplaria, tamen cõcedat imagines honorari.

Eundem sensum habent carmina illa, quæ refert Sabellicus lib. 8. A Eneade 8. & aliqui putant composita in septima Synodo, visunturq; Venetijs in eade aurea, antiquissimo opere incisa.

Nam Deus est, quod imago docet; sed nõ Deus ipsa.

Hanc videas, sed mēte colas, quod cernis in ipsa.

Il ipsũ, nec quidquã aliud docere voluit Alphon. de Cast. verbo adoratio, hæresi 1. quem aliqui in merito errore notant, vt retulimus disp. 6. huius lib. cap. 1. Cum in fine illius hæresis, inquit. Denique adoratio ipsa, etsi coram cruce fit, mens tamen nostra ad id solum refertur, quod crux ipsa repræsentat: & forsan Caietanus hoc ipsum tradidit, cũ dixit, imaginem esse conditionem adorationis, exemplar autem esse ra-

375

Adria.

Greg.

376

Sabell.

Alphon.
Cast.

se rationem formalem, & non adorari conditionem, sed rationem formalem: vel quod idem est, non exhiberi honorem conditioni, sed rationi formali: intelligere videtur honorem subiectionis, qui fit in spiritu, alioqui sententia eius falsa est, vt notauit cap. 6. huius disputationis: sed Clarius Hierony. Angestus loco citato in 3. cap. vbi sic ait. *Hic enim est colendi modus, publicis concionibus sedulo inculcandus: id inquam est, per imagines in spiritu & veritate colere: videlicet memoria, ac mēte per ipsas excitata, mox in Deum, & Sanctos spiritu eleuari: in ipsosque referri honores, petitiones, & cõfidentiam.* Huius verò doctrinæ Patrum, cum dicunt, imagines non adorari, sed exemplar, optimam rationem reddidit Iacobus Paiua lib. 9. Orthodoxarum explicationum. At Kemnitius, vbi postquam docuit totum animum seruitutis in exemplari positum esse debere, & externo signo ex illa seruitute circa exẽplar imagines coli; adiecit hæc verba. *Quare qui imaginem se adorare, & affirmabit, & negabit; nõ pugnantia quidem, sed inter se aptissimè coherentia dicet. Nam & corpore se ante imaginem obicit, illamque eximio honore, ac veneratione prosequitur, & animum in re, quam imago illa refert, defixum habet: corporisque illius motibus animi sui aduersus Diuos, Christumque ipsum pietatem, atque religionem, quoad eius fieri potest, testatur.* Non ergo mirum, si Patres attendentes spiritum adorationis, qui est subiectionis affectus, dicant, nõ adorari imagines, sed exemplaria. Vt enim cap. præcedenti ex Tharalio notauimus, nomen adoratio, *πολυσημος* polysimos est, hoc est multa significans, videlicet & notam, & affectum seruitutis. Quare Leontius in dialogo citato, dum explicat modum adorandi imagines ex modo, quo venerantur homines coronam à Rege elaboratam, paucis verbis, & affirmare, & negare videtur adorationem, dum ait. *Coronam venerantur, non sanè aurum, aut margaritas venerantes.* Non tamẽ contradictoria pronuntiat: quia coronã exteriori cultu veneratur, sed nõ interiori submisione: hæc enim in Regẽ ipsum terminatur: vt ibidẽ ipse explicat. De Durando, Pico Mirandulano, Holcot iam diximus cap. illo 1. & cap. sequenti nonnihil repetemus.

Hieron
Angest.377
Paiua

Leont.

378

X 5

Respon-

Antiqua carmina de adoratione imaginum

Respondetur testimonijs allaris pro prima, & secunda sententia.

C A P V T XIII.



MA M verò meridiana luce clarius apparet, testimonia septimę Synodi, & alia pro prima, & secūda sententia allegata, non solum nihil cōtra nostram valere, sed etiam mirum in modum ipsis confirmari, atque verum, & sincerum modum adorationis, secundum fidem Christianam, describi. Respondeo igitur: quoties in septima Synodo, aut apud alios Patres dicitur, imaginibus non tribui latriam, quam Adrianus veram culturam appellavit; intelligendum esse de latria in spiritu, & veritate, hoc est, de affectu seruitutis, & subiectionis: hic enim non potest respicere imagines solas secundum se. Quoniam cum nullam virtutem, aut excellentiam, aut numen habeant, sed tota illarum virtus & excellentia sit exemplar in ipsis cōclusum, veluti anima in corpore; sit, vt seruitus, & submissio affectus, quę tātum respicit excellentiam, & virtutem superiorem, in imagines solas secundum se terminari non possit. Illis ergo secundum se voluntate nostra tribuimus notam huius animi, & affectus submissi; dum eas osculamur, & amplectimur, & ipsis genu flectimus: sed spiritu nostro totum hoc in exemplar, per imagines dirigimus; quod quidē nisi noster spiritus, & affectus submissio respiceret: signum illud imagini exhibitum inane, & stultum, aut superstitiosum esset.

Sic igitur affectu ipso circa exemplar completur nota illa exterior, in ratione cultus, & seruitutis, aut honoris: quem ob id merito Adrianus veram culturam appellavit, (Gręci verò dicerent veram latriam in spiritu) eamq, soli exēplari tribuendam esse asseuerat. Et hac ratione Epiphanius Diaconus cap. i. allegatus, merito de Christianis, sincere & recte imagines adorantibus, dixit: Non tamen ob

id illis

Quomodo se
ptima Synodi
cat imaginibus
non deferri
latriam.

Osculum &
amplexum ex
ternum ima-
ginibus tribui
mus, non ta-
men in imagi-
ne sistimus.

379

Adria.

Epipha.
Diaconus

380

id illis latriam exhibuerunt, aut diuinam venerationem adscripserunt. Quod vno verbo Gręco, λατρεύοντες Latrekonta, id est, latria seruiunt, optimē expressit. Alia verò translatio in cap. Venerabiles de consecratione d. 3. sic vertit: neque seruiunt eis, vt Dñs. Latria enim est seruitus in spiritu, & affectu, quę in solum Deum dirigitur. Sentiūt ergo septima Synodus, & alij Patres imaginibus secundum se exhiberi ex voluntate adorationem in signo: sed non seruitutem in spiritu, cum tamen latria in spiritu exemplari in imagine, si sit Christus, aut Trinitas, iure debeatur: seu imagini prout exemplari ipso animatę, aut vt dixit Caietanus, exercētī munus imaginis, quod idem est. Atque hic est secundum fidē nostram purus & sincerus modus, res omnes inanimatas adorādi: omnium enim eadem est ratio, vt cap. 8. & 9. factis probatum manet. Testimonia verò septimę Synodi, quibus latria in spiritu imaginibus secundum se negatur, manifesta sunt, & c. 12. a nobis recitata. Ex illis enim apparet, latriam à Gręcis vocari, quę est in spiritu, & eā imaginibus secundum se non esse deferēdam. Sed referamus aliud eiusdem Epiphaniij in ea actione 6. tom. 4. post medium. Vbi omnem adorationem in spiritu, hoc est, affectū submissiois imaginibus secundum se denegat, & totum in exemplaria refert. Ibi ergo cōtra Iconomachos, qui catholicos idololatrię infimulabant, quod imaginibus latriam pręberent, ita loquitur. O peruersam mentem, & stultitiam, aut si quid aliud in eos dici conueniat. Non enim Christiani adorationem in spiritu, & veritate imaginibus exhibuerunt, neque etiam diuina crucis effigies.

381

Ex hoc tamen, quod latria hoc modo non exhibeatur imaginibus secundum se, sed nota, quam Epiphanius in septima Synodo allegatus pro prima sententia in primo capite, appellavit simplicē adorationem, à qua dixit latriam differre, non sequitur, imagines secundum se peculiari cultu sine prototipo posse adorari: quinimo necessarium esse exemplar intra eas inclusum, sub eundem cultum, & adorationem cadere. Quoniam nulla adoratio in sola nota sine affectu seruitutis consistit: affectus verò

seruitu-

Imagines nō
adorantur pe-
cunari adora-
tione in eis
plex adoratio
illius tribua-
tur.

seruitutis & submissionis non potest in solam imaginem secundum se terminari; sed necessario respicere debet vitam, & dignitatem imaginis, quæ est prototypon, veluti anima est corporis. Nō ergo possumus imagines colere sine exemplari, in quod non solum affectum seruitutis dirigimus, sed etiam per imagines ipsa signa submissionis, quæ imaginibus primò corporaliter exhibemus, spiritu nostro referimus. Sic sunt intelligendi Aug. & Damasc. pro prima sententia cap. 1. allegati, cum dicunt, aliam imaginem Dei non esse colendam, quàm Verbum ipsius: loquuntur enim, sicut Patres explicati initio huius cap. de cultu in spiritu seruitutis. Deniq; ideo ab Irenæo, Epiph. & Aug. inter hæreticos computantur, qui diuinis honoribus imagines Christi prosequerentur: non quod eis notā externam submissionis exhiberent, ex affectu seruitutis erga ipsum Christum; id enim licitum est, vt probauimus, sed quoniam erga ipsas imagines, adorationis cultum spiritu seruitutis consummabant: imò etiam Gentium more sacrificia illis offerebant, vt in disputat. 6. cap. 5. monstratum est.

Quomodo imaginibus non tribuatur latria, etiam si non adorentur se parata

Ex quibus etiam infertur id, quod contra secundā opinionem in cap. 4. & 6. huius disputationis dicebamus: nimirum non ideo septimam Synodum veram latriam, quæ fit in spiritu, imaginibus denegasse, quod existimaret, eas per se separatas ab exemplari, esse colendas, aut adorari posse; sed quia semper, quoties cum ipso etiam exemplari per accidens adorantur, hoc est, coadorantur; spiritus seruitutis, qui est aut latriæ, aut duliæ, non respicit eas secundum se, sed exemplaria in eis; ipsas verò secundum se, nota exterior ex simplici voluntate circa illas attingit, quæ simplex adoratio, à Patribus dicitur: hæc autem duo, in vno & eodem adorationis actu, distinguenda sunt, nec ob id duæ adorationes constituendæ, vt cap. sequenti dicemus. Neq; enim latriam quandoq; negant, quādoq; concedunt Concilia, sed semper negant: neque speciem aliquam latriæ negant, aliquam concedunt, sed cum vnica tantū sit, eam omnino negant, vt cap. 8. ostensum est.

Neq;

382

Aug. Damasc.

Irenæus Epiph. Aug.

383

7. Syn.

Neq; obstat, quod septima Synodus imaginum cultum comparat adorationi vasorum sacrorum: atq; aliarum rerum, quæ in Dei honorem dicatae sunt, & libri Euangeliorum; quasi hæc per se adorentur. In quo non pauci decepti sunt, existimantes, hæc omnia necessario per se esse colenda, nec ex latria per accidens, sicut imagines, posse adorari: hoc inquam non obstat: quoniam hæc etiā omnia non alio modo venerari possumus, quam coniuncta rei rationali. Probatum enim est in vniuersum cap. 8. & 9. rei inanimatae, secundum se, cultū deferri non posse, sed coniunctæ tantum cum rationali. Hæc ergo ex recordatione, quod in cultum Dei dicatae sunt, aut res diuinas continet, aut narrant, venerantes, debemus spiritu nostro illum respicere, cuius honori dicatae sunt, scilicet Deū: ac proinde ea per accidens, sicut imagines, adoratione prototypi, & nō alio modo adorare: de quo iterum lib. 3. disp. 1. & quamuis aliquando homines ex consuetudine potius hæc omnia osculentur, & reuerenter tractent: non ita expressè in Dei excellentiam attendentes: nihilominus semper, quādo homo aduertit, in eis quodam modo cultum Dei apprehendit: non quia ipsis putet inesse aliquid diuinum, sed quod ea videat in Dei honorem dedicata esse. Expressius sanè animus fertur in prototypon, quando quis imaginem adorat. Hæc enim, cum sit expressa similitudo rei, ita illico rem ipsam cogitationi repræsentat, vt homo cum ea, sicut cum exemplari, ac si præsens esset, loquatur. Cū verò Concilium in hoc comparat imaginum adorationem cultui rerum sacrarum, ad quas solum reuerenter accedimus, luminaribus, & suffituum oblationibus, non tamen latriam illis tribuimus; optimè explicauit id, quod de imaginibus definire volebat; nempe latriam in spiritu, hoc est, affectū seruitutis circa imagines, secundum se, non versari: sicut neq; circa res sacras inanimatas, sed signum externum honoris ex voluntate quadam simpliciter, vt cap. 16. explicabitur. Signa autem sunt oblatio suffituum, luminaria accensa, &c.

384

385

Pro explicatione tamen eorum, quæ dicta sunt, & sequenti

Vasa sacra, & inanimata quomodo adorentur.

quenti cap. dicentur, nota, quoties loquimur de imagine secundum se, non solum intelligere colores, & materiam illius, sed etiam relationem representationis, ut res quaedam inanima est. Huic autem dicimus exhiberi cultum in signo, ex affectu tamen circa exemplar; tamen si Caietanus imaginem hoc modo dixerit non adorari; sed esse conditionem adorationis. Quod si cum eodem Caietano aliquis usurpet imaginem, ut ille loquitur, formaliter, ut exercet actum imaginis, hoc est, pro exemplari ipso in imagine, vel pro imagine prout continet exemplar, & eo ipso quasi animata est; dicendum est sine dubio, ei veram latriam in spiritu pro dignitate prototypi exhiberi. Patres autem, & septima Synodus semper loquuntur de imagine priori illo modo, quoties de eius adoratione agunt, & negant illi latriam; & simplicem adorationem, hoc est, symbolum, & notam submissionis concedunt. Porro imago exercens actum imaginis, & in se continens exemplar, sicut corpus animam, est quoddam quasi compositum cogitatione nostra, cui toti latria defertur; sed in eo altera pars est imago secundum rationem picturæ, & relationis: & sic dicitur imago secundum se, & de hac loquuntur Patres, cum dicunt ei non deferri latriam, seu adorationem in spiritu, & de ea cum Iconomachis semper controuersia fuit, & nos in presentiarum loquimur. Nam ex eo, quod imago simul cum prototypo adoraretur, dicebant Iconomachi imagini secundum se, nos latriam & seruitutem exhibere: ideoque omnem notam exterioriorem adorationis ipsi negabant, ne illam nobis superiorem faceremus, aut virtutem illi tribueremus.

Solutio rationum pro prima & secunda sententia.

C A P V T XV.

IA M vero rationibus primæ & secundæ sententiæ allatis, in hac disput. cap. primo, & secundo satisfacere, non arbitror

arbitror difficile. Prima quidem, & secunda ratio primæ opinionis recte probant, cum imago ex se sit aliquid creatum, & distinctum à Deo, quantumuis ut imago accipiat non ut animata ipso exemplari, ei non posse latriam, neque dulia in spiritu & veritate exhiberi; ut hactenus explicatum est: sed aliquid inferius, simplicem videlicet adorationem, quæ in exteriori nota, ut in osculo, genuflexione, &c. & in simplici affectu hæc exhibendi consistit: ex hoc vero non sequitur, imagines per se adorari, non adorato exemplari. Quia signum hoc ita imagini præbemus, ut illud ex affectu latriæ & submissionis circa exemplar ipsi imagini exhibeamus: quod sanè nisi ex tali affectu procederet, inane esset. Dixi latriæ, quando exemplar est Christus, aut beata Trinitas, vel aliqua illius persona: nam si sit sanctus homo, vel creatura, signum illud, ex affectu duliæ circa exemplar: procedit, nec in illo casu fieri potest, secundum rectam fidem, ut in imagines per se, non includendo intra ipsas exemplar, affectus seruitutis, siue latriæ, siue etiã duliæ terminetur: cumque omnis adoratio compleatur affectu seruitutis & signo, sit, ut non possint imagines per se, sine prototypo, adorari.

387

Ad tertiam rationem respondeo, imaginibus secundum se deferri cultum latriæ, non in spiritu & affectu seruitutis circa illas; sed in nota & signo, ab illo spiritu latriæ circa ipsum exemplar, profecto. Quod vero dicitur in ea ratione, solum signum latriæ esse sacrificium, falsum est: hoc enim non est signum adorationis, de qua nunc controuertimus; sed alterius actus religionis, ut ex dictis disputatione prima lib.1. cap.4. manifestè liquet. Sunt ergo signa adorationis latriæ multò plura, ut inclinatio corporis, nudatio capitis, & alia id genus: ea tamen communia quidè latriæ, & duliæ, quæ ex solo affectu pensari debent, ut capite illo quarto notatum est. Aliquod autem ex his dicimus imaginibus exhiberi; ex affectu quidem, & spiritu latriæ circa prototypum, quando illud est Christus, vel Trinitas; ex spiritu vero duliæ, quando est homo, vel Angelus sanctus. Nunquam tamen affectus ille seruitutis, &

388

Ad primū & secundum argumentum respondetur.

Quomodo imagini simplex debeat adoratio.

Ad tertium argumentum

Sacrificium non esse solum signum latriæ.

tis, & submissionis fertur in ipsam imaginem, secundum se.

*Soluntur rationes
de forma
de materia.*

Ad rationes secundæ sententiæ in cap. 2. allegatas ex eadem doctrina nullo negotio respondere etiam possumus. Ad primam quamvis concedamus, imagines adorari adoratione patriæ per accidens, ut vestem Christi cum ipso, sicut Patres communiter dicunt: ob id tamen non concedimus, imaginibus patriæ & seruitutis affectu: hæc enim quæ sit in spiritu, & veritate tribuitur per se exemplari, quia per se debetur excellenti, & superiori, ut cap. 8. monstratum est: imago autem secundum se, non est nobis superior, & dignior. Defertur vero imagini adoratio in signo deriuato ab affectu seruitutis circa exemplar, quod factis est, ut dicatur per accidens cum prototypo, non per se, adoratione patriæ adorari, seu coadorari, quod idem est.

*Quo pacto
imagines per
accidens aut
deriuatio
colantur.*

Sed quæret aliquis, an affectus patriæ, saltem per accidens feratur in imaginem? Respondeo, per accidens quidem ferri: quatenus per opus à se profectum ad imaginem deriuatur. Quia osculum & inclinatio, quam imagini exhibemus, ex affectu patriæ erga exemplar procedit, & per imaginem in ipsum exemplar spiritualiter transfertur, id quod 3. canon octauæ Synodi Constantinopolitanæ 4. his verbis expressit. *Dignum est, ut secundum congruentiam rationis, & antiquissimam traditionem, propter honorem, qui ad principalia ipsa refertur, etiam deriuatiue imagines ipsa adorentur.* Aduerbiū *deriuatiue*, rectè explicat modum, quo affectus circa exemplaria in ipsas imagines, quas osculamur, se extēdat, & deriuetur effectu suo.

*Utrum ima-
gines dicantur
adorari im-
proprie &
analogice.*

Circa secundam rationem, an dicantur imagines secundum se improprie adorari, siquidem per accidens solum cum exemplari eas veneramus, variant Doctores, qui docent, eas nunquam sine exemplari colendas esse. Caietanus dixit, imaginem non adorari, sed esse conditionem adorationis; cuius sententia si de exteriori etiam adoratione intelligatur, vera non est, ut notauimus supra cap. 7. Durand. verò, Mirandulanus, Holcot allegati cap. 3. huius disputationis

389

8. Syn.
Const.

390

Caiet.

Durand.
Mirand.
Holcot.

*Gabr.
Cord.*

Turr.

tionis hoc genus adorationis appellant improprium: Gabriel, & Corduba eodem loco citati, adorationem imaginum, comparatam cum adoratione prototypi, vocant analogicam. Idem Franciscus Turrianus cap. illo 25. libro 1. pro canonibus Apostolorum, qui putat, esse doctrinam Nicephori Patriarchæ à nobis etiā citati cap. 5. huius disputationis: loquuntur autem de imaginibus secundum se, non prout in se continent exemplar. (Hoc enim modo nullus dubitauit, patriam etiam illis deferri.) Quem modum loquendi aliqui magis seuerè censent, & norant, quā par esset: nec enim de hæc re quidquam de fide definitū video: imò, ut prædixi disputatione 6. cap. 1. septima Synodus non multum curat, quomodo imaginū adoratio appellatur, an salutatio, vel amplexus, vel adoratio: dummodo concedamus, ex affectu circa exemplaria imagines esse exosculandas; illis etiam caput aperiendum, & alia signa submissionis exhibenda: in quo cum Iconomachis erat controuersia. An verò illa signa hoc vel illo nomine nuncupentur, non curat Concilium. Potiori, meo iudicio, ratione impugnandi sunt, qui affirmant, imagines per se, sine prototypo, adorari. Hi enim non in modo loquendi solum, sed etiam in re ipsa non tam probabiliter docent, dum in re inanima, & irrationali totum actum adorationis, qui affectu submissionis constare debet, claudunt & omnino complent. Hoc enim modo, imagini virtutem tribuunt, aut irrationabiliter in spiritu & affectu se illi submittunt.

391

Quamuis autem adoratio imaginis comparata cum affectu, analogica diceretur, non tamen deberet constitui, diuersus actus adorationis, ut paulò post demonstrabimus. & absolute atq; sine aliquo additamento dicendum esset, imagines adorari. Primum nam communis modus loquendi, nomine adorationis absolute accepto, signa etiā illa exteriora cum simplici affectu intelligit. Tum etiam, dum agitur de adoratione imaginum, nisi aliud explicetur, de illa intelligimus, quæ imaginibus exhiberi potest, & debet. Quocirca cū aliqua illis debeatur adoratio, sal-

*In eos qui
imagines si-
ne exemplari
docent adora-
ri.*

*Imagines
simpliciter &
absolute ado-
rari.*

Y tem

tem in signo, & nota cum simplici affectu; fit, vt absolutè negari non possit, imagines esse adorandas: sic enim negaretur, quæcumq; adoratio etiam analogica, quæ ipsis deberetur: sicut etiam medicina nõ est sana, nisi secūdū analogiā ad veram animalis sanitatē: cū tamen agitur de illa, vtrum sit sana, an non; absolutè non debet negari, esse sanam: sic enim etiam negaretur illa sanitas, quæ ipsi medicinæ suo modo conuenit. Alij autores allegati pro nostra opinione, de hac re ne verbū quidem: solū affirmant, imagines cum suis exemplaribus esse adorandas.

Notetur diligenter hæc doctrina.

Cæterum ego existimo, imaginum adorationem, quæ in signo submissionis cum simplici affectu consistit, quatenus ad ipsas etiā imagines solū terminatur, verè ac proprie, non improprie, nec analogicè, adorationē, honorē, salutationem, aut venerationem appellari: ac proinde imagines, verè & proprie, nõ analogicè dici venerādas, & adorādas, sicut septima Synodus act. 7. in definitione fidei, & alibi sæpenumero, ac Patres communiter vocant. Hæc enim nomina multa significant: sicut de nomine adorationis docuit Tharasius in epistola ad Constant. & Irenen quæ in septima Synodo act. 7. habetur, verbis iam citatis cap. 12. huius disputationis. Quare & signū & affectū seruitutis interioris denotant: quinimo vt cap. 13. ex Tharasio, Anastas. & Damasc. probauimus, nomē adoratio, magis, communiter significat externam notā seruitutis, internam autē submissionē aliquando, tantū abest, vt nota exterior analogicè adoratio dicatur. At de nomine *latria*, non ita dicendum est; sed ita internū affectum seruitutis significat, vt nūquam de exteriori signo dicatur, vt eodem cap. 12. notauimus. An autē adoratio, quæ est in signo, dicatur analogicè tantū, & non proprie adoratio *latria*, præfertim ad imagines tantū relata, dicemus disputatione sequenti cap. 3.

Adorationis & latria discrimen.

Ex his ad rationem respondetur in hunc modum, quamuis imagines cultu exemplaris, qui affectu perficitur, non adorentur, nisi per accidens, hoc est, tantum coadorentur, ob id tamen dici absolutè non potest, eas non adorari. Si-

cut ex

392

7. Syn.

Tharasi.

393

cut ex eo, quòd humanitas Christi adoretur adoratione *latria*, solum per accidens, & per se non adoretur, hoc genere adorationis; non sequitur, absolutè negari posse, eam adorari, etiam adoratione *latria*: tum quia licet adoratio illa imaginum per accidens esset impropria & analogica, ille tamen qui absolutè & sine additamento eas adorari negaret, omnem modum adorationis ipsis subtrahere videretur: sicut etiam non licet dicere absolutè, animam, dū est in corpore, non moueri: tamen si solum per accidens cū illo moueatur: qui enim id assereret, omnem rationē motus animæ negaret. Tum etiam, quia adoratio, quæ est in signo, & proximè ad imagines corporaliter terminatur, proprie etiam dicitur adoratio, vt prædictum est: non est ergo cur absolute negetur, imagines adorari, etiam si cultu prototypi solum per accidens colantur, & coadorentur.

394

Adduci solet pro prima & secunda opinione ad probandum imagines per se, sine prototypo, posse adorari, exemplum legati, qui secundum se honorari potest; tamen propter Regem. Huius tamen diuersam esse rationem, atque imaginum, iam cap. 7. demonstrauimus. Affertur etiā exemplum dilectionis proximi, qui secundum se caritate diligitur propter Deum. Et electionis mediolorum propter finem, qui est actus distinctus ab intentione. De his tamē commodius tractabimus disputatione 1. sequentis libri cap. 5. vbi apertum discrimen, inter imaginum cultum, respectu exemplaris; & electionis mediolorum, respectu finis, & dilectionis proximi, respectu Dei, constituemus.

395

Demū obiiciet aliquis, ex nostra doctrina manifeste sequi, imagines inferiori cultu, atq; adeò distincto, quā exemplar adorari: illis enim solum tribuimus signum honoris, non affectum seruitutis, quem exemplari assignamus: iam ergo honoraria illa venerationē, quæ inferior, & distincta est à *latria*, imagines dignamur: quam solum continent, qui primam & secundam sententiā sequuntur. Respondedo, hanc differentiam esse etiam necessario assignandam inter imaginem & exemplar; quando imago simul cum

Imagines simpliciter adorari, licet adoratur per accidens cum esse plari.

Obiectio notanda. Vtrum sine due adoratio nes aliamagis, alia exemplaris. Solutio prima

Y 2 exemplari

exemplari adoratur. Secunda verò opinio docet, imaginē tunc solum adorari inferiori, & distincto cultu, quando non per accidens cum exemplari, sed per se colitur: vnde hæc obiectio nihil fauet huic secundæ sententiæ, vt cap. 5 huius disputationis, aliquantulum ante finem notavi: potius pro prima opinione facere potest, quæ in vniuersum astruit, imagines inferiori & distincto cultu, esse venerandas, quàm exemplar. Deinde dico, etiãsi imaginibus tribuatur inferior adoratio (nēpe in signo & simplici affectu) quā exemplari, cui tribuitur submissio in spiritu: non tamen esse duos actus adorationis, sed vnū & eundem, qui duobus cōstat, signo videlicet, seu nota exteriori, & affectu interiori seruitutis: nec signum, nisi ex affectu tali nasceretur, adorationis opus esset, sed commentitium, seu irrisionis potius nota iudicaretur. Quocirca cum debeat affectui coniungi, vt cum eo, & ex eo, completam habeat rationem actus adorationis & cultus, fit, vt nō sit distinctus actus adorationis, alter interior, alter exterior, sed vnus & idem diuerso quidem modo respiciens imaginem, & exemplar: hoc enim respicit per se, quatenus est seruitus in spiritu, quæ consistit in affectu exhibendi notam honoris alicui, vt excellenti, per quem affectum, ipsam exteriorem notam, quam corporaliter imagini exhibemus, ad exemplar ipsum dirigimus: imaginem autem respicit per accidens, videlicet per notam & signum, quæ ipsam imaginem tangit: cum ergo dicimus, imaginibus inferiorem adorationem tribui, quàm patriæ, vt dixit Epiphanius in illa demōstratione pro imaginibus, quæ habetur in septima Synodo act. 6, nō intelligimus, esse duos actus adorationis distinctos, completos in ratione cultus; sed duas quasi partes, eiusdē actus adorationis, quarū quælibet absolute dicitur adoratio. Ex quibus etiã liquet, eodē motu, idest, eodē opere adorationis, licet nō eodē modo, imagines cū exemplari coli: cū in eodē opere inueniatur, & affectus seruitutis & signū: atq; affectus seruitutis exemplari, signū verò imagini sū se, exhibeatur. Nō ergo sūt duo opera virtutis, & adorationis cōpleta in ratione cultus, affectus & signū, sicut

Quid sit inferiori adorationem tribui imaginibus quàm exemplari.

396

Epiph.

397

sicut nec duo opera virtutis, actus interior & exterior. Id quod in hunc modum clarius adhuc exponitur.

Totus terminus adorationis duobus cōstat, imagine videlicet, quæ est pictura quædā repræsentans, creata, & inanima, & exemplari repræsentato, quod est res viua & aliquando increata. Imago est materiale, & veluti corpus: exemplar est formale, & veluti anima. Contra etiam in actu adorationis duo sunt, quibus completur, nempe signū sensibile, quod est materiale adorationis; & affectus subiectionis, quod est formale. Cum ergo imago, & exemplar eadem adoratione coluntur; materiale adorationis, scilicet signum cum simplici affectu, in imaginem, quæ est materiale in termino; affectus verò seruitutis, qui est formale adorationis, in id, quod formale in termino est, scilicet in exemplar, dirigitur. Nec vllus hactenus ex his, qui docent imaginem simul cum exemplari esse venerandam, oppositum docuit: imò Caietan. rotam adorationem in exemplar sub imagine referre videtur, vt scilicet dictum est: imaginem enim conditionē solum appellauit. Loqui fanē videtur de adoratione, quæ fit in spiritu seruitutis, nā materiale illius, quod est affectus simplex, & signum, & cum spiritu seruitutis eundem constituit cultum & honorem, non negat imaginibus secundum se: sed omnes docēt, adorationis spiritum in ipsam imaginem, prout exemplar in se continet, quam vocat Caietanus imaginem actu exercito, terminari; vt legenti autores, pro nostra sententia hactenus allegatos, facile constabit.

398

Jacobus
Paiua

399

Alijs verò omisis, placuit primum verba Iacobi Paiuæ subijcere, lib. ergo 9. Orthodoxarum explicationum §. At Kemnitius, sic ait. Nam cum effigies ipsa, inanime quoddam atq; mutum simulacrum sit, nemo sane esse tam stupidus potest, vt cum se ante imaginē prosternit, spectrum ipsum humano ingenio fabricatum intueatur, ab illo opem atque auxilium petat: quod omnis esse diuinitatis expers; satis nouit: sed omnem cultum in illum transfert, quem imago præ se fert, ac repræsentat. Atq; adeo quamquam si corporis motus, externamq; venerationem spectes, imago ipsa colatur, animus certe, qui pietatis religionisq; sedes est, nihil minus

Y 3

quoniam

quam lignum, colores, atq; imaginem intuetur: sed totus in re, quam imago refert positus est. Deinde Alphonfus de Castro, aduersus hereses, verbo *Adoratio*, heresi prima circa finem ita loquitur. Deniq; adoratio ipsa, etsi coram cruce sit, mens tamen nostra ad id solum fertur, quod crux ipsa repræsentat: per mentem intelligens spiritum submissionis. Idem planè decent Patres, & Scholastici, qui dicunt, non adorari imaginem, sed exemplar: quorum loquendi modum explicauimus cap. 13. huius disputationis, & consentiunt Doctores, qui dicunt rei inanimatæ, secundum se, nullum cultum deberi, nisi quantum in se continet, aut coniungitur rationali. Sic S. Th. & alij allegati cap. 7. sed verba B. Thomæ iterum expendimus 3. lib. disp. 4. cap. 3. ea præsertim, quæ habet 2. 2. q. 103. art. 4. ad 3. Nam qui imagini secundum se, affectum etiam submissionis assignant, eius adorationem ab adoratione exemplaris diuidere debent, hoc est, distinctum ei honorem adhibere, sub quem exemplar non cadat.

At obijciat aliquis: si imagini, secundum se, tribuitur nota illa submissionis, & illa verè dicitur adoratio, sequitur, imaginem, secundum se, capacem esse adorationis, & reuerentiæ alicuius. Respondeo capacem esse adorationis, quæ est in nota cum simplici affectu: non tamen, ita vt sit ipsa sola, quæ adoratur. Si enim illi soli nota exhiberetur absq; cultu interiori exemplaris, aut necesse esset circa ipsam quoque versari affectum submissionis, quod fieri nequit; aut ex nullo huiusmodi affectu nota illa proficisceretur: sic autè non posset dici adoratio: oportet ergo, proficiscatur ex submissionis affectu, qui est circa exemplar, vt verè & propriè dicatur adoratio etiam imaginis, non quia in illa colloceretur affectus subiectionis, sed quia per illam affectus transfert osculum, vel signum externum in exemplar. Dixi autem cap. 8. rem irrationalem non esse capacem honoris, vel adorationis, addidi tamen sine rationali, hoc est, separatam ab exemplari, vel re rationali: etiam namq; coniuncta capax est eo modo, quo explicauimus.

Obiectio

Qui imagini secundum se, submissionis affectum tribuit ipsam ab exemplari diuidit.

S. Thom.

Obiectio.

Solutio

400

Obiectio quadam ex verbis septimæ Synodi.

CAPVT XVI.



CONTRA ea, quæ diximus, obijciat aliquis verba Epiphaniij Diaconi in septima Synodo actione 6. tomo 4. §. (quoties) circa finem, & Tharasiij in septima Synodo actione 2. post epistolam Adriani ad ipsum: vbi aiunt, nos desiderio & amore amplecti imagines, eodem pacto idem Tharasius actio. 7. in epistola ad Imperatores circa finem de imaginibus inquit: *Sunt autem hæ adoranda quoque, hoc est, exosculanda & amanda.* Concedunt ergo hi Patres affectum internum submissionis circa imagines secundum se, etiam sine exemplari, siquidem dicunt, affectum amoris circa illas versari. Respondeo primum, Epiphanium plane loqui de amore erga exemplaria, inquit enim: *Cognouimus, Deum esse spiritum, & qui adorant eum, in spiritu, & veritate id facere debere, & quæ secundum fidem est, adorationem & cultum, illi soli, vt pote omnium Deo in Trinitate laudato offerendum. Nam cum diuinam crucis effigiem, & venerandas imagines amore & desiderio amplectimur, ad ipsum prototypum respicimus.* Vbi adorationem secundum fidem, hoc est internam submissionem soli Deo dicit esse deferendam: reddit verò rationem, *Quia cum effigiem crucis desiderio & amore amplectimur, desiderium nostrum in ipsum exemplar dirigimus.* Eodem modo intelligi potest Tharasius. De eodem desiderio erga exemplaria loquuntur Leontius citatus à nobis supra cap. 5. & Adria. allegatus cap. 6. Deinde concedimus, amorem, & desiderium referri posse in imaginem, vt in rem concupitam, non tamen vt in obiectum amicitie. Ex hoc autem non fit, vt in imaginem secundum se terminari possit affectus interne submissionis: hic enim respicit excellentiam, cui cupimus honorè, & cultum deferre: in imaginem tamè inteditur animus simplex exosculandi, quæ amore concupiscentie comparatur, & hac ratione Tharasius docere potuit, amorè nostrum, circa imagines versari, & ipsas adorandas esse, hoc est affectu osculandas.

Prior respō
sio.

401

Epiph.

Tharasius
Leontius
Adria.

Qualis affectus interior circa imagines versatur.

402

Porro quomodo affectus submissionis, qui est in adoratione, comparari debeat amori, ut est amicitiae circa exemplar, non ut est concupiscentiae circa imaginem: & quomodo amor amicitiae non possit terminari in rem irrationalem, sed solum amor concupiscentiae, explicandum est, lib. disput. 1. cap. 6. Concedimus ergo imaginibus non tantum notam externam adorationis, sed etiam affectum; non subiectionis, quo ipsis, ut excellentibus nos ipsos submittamus; sed simplicem affectum, quo illas osculari & amplexari volumus; ratione cuius ipsas amare, ex corde suscipere, osculari, & amplecti dicimur: qui sane affectus, quatenus respicit imagines vocari potest, voluntas adorandi; quia osculum, dicitur etiam adoratio: dici tamen non potest servitus in spiritu, nisi quatenus respicit exemplaria in imagine: idem enim actus est, non diversus, quo volumus osculari imaginem, & osculum illud, vel alia signa exemplari, ut excellenti & superiori praebere. Servitus enim in ipso affectu subiectionis circa excellentiam versatur. Cumque latria, & dulia significet internum affectum servitutis in spiritu, qui respicit excellentiam, ut cap. 12. praedictum est, non potest in solam imaginem, secundum se, sed quatenus continet exemplar, terminari.

Ceterum aliam fuisse mentem Tharasis, mihi habeo persuasum: ille namque ait, haec tria verba: προσκυνεῖν *proskynn*, id est, adorare seu genuflectere ἁπαστασιν *aspasmon*, id est, salutare, & φιλεῖν *philin*, iuxta antiquam Graecorum Dialecton idem significare: verbum autem φιλεῖν *philin*, quod latinus interpret vertit, *amare*, significat etiam osculum praebere: unde & φιλημα *philima*, latine osculum dicitur. Et in hac significatione videtur usurpare Tharasis, inquit enim in huc verba: nam quod quis φιλεῖν *phili*, hoc etiam προσκυνεῖν *proskynn*, quae verba non recte transtulit interpret hoc modo. Nam quod quis φιλεῖν *phili*, hoc est amat, hoc etiam προσκυνεῖν *proskynn* hoc est amplectitur: cum potius deberet convertere φιλεῖν *phili*, id est, osculatur. Confirmat enim his verbis Tharasis. Testatur id sane humana natura, & affectio, qua erga amicos su-

403

Tharasis.

Posterior solutio.

Explicantur tria verba graeca quibus utitur septima Synodus.

mus affecti: sic enim inter duos Reges agitur, & hoc modo sibi occurrentes agunt. Quasi dicat, qui mutuo se amore prosequuntur, quoties sibi obviam procedunt, se inuicem salutant, adorant, & osculantur. Subiungit enim statim: Non solum autem apud Graecos haec loquendi ratio in usu est, sed in divina quoque Scriptura id annotare licet. In libro enim Regum 1. cap. 20. scriptum est, David surrexit, & cecidit in faciem suam, & adoravit ter Ionatham, & osculatus est eum. Est autem in Graeco κατεφιλησεν *kataphilisen*, quod latine dixit interpret vulgatus, *osculatus est*. Quod verò postea adiecit Tharasis, nempe Phariseos Luc. 14. amare primos accubitus in conuiuijs, & salutationes in foro, non autem osculum (id enim esset humilitatis, & familiaritatis signum) non est contra id, quod supra dixerat. Nam cum his verbis videatur docere, non esse id ἁπαστασιν *aspasmon*, id est, salutationem, & osculum, intelligit de osculo, quod in facie infigitur. Osculum enim, quo vestem tangimus, non minus honoris signum est, quam saluatio alia, & genuflexio, & hac ratione supra dixerat, tria illa verba idem omnino significare. Quare cum idem Tharasis de imaginibus ait, *Sunt autem haec adorandae quoque, hoc est, exosculandae, & amandae*: aut redundat in translatione latina illud *amandae*, idem enim verbum significat amare, & osculari, ut dictum est, aut pro *amandae*, dicere debuit, *amice tractandae*. Eodem pacto intelligitur Chrysostomus citatus in septima Synodo, a c. 4. non longe ab initio, cum ait. *Ego ex cera fusilem picturam pietate plenam amavi*. Quia aut eodem verbo φιλεῖν *phileo* usus fuit, sicut Tharasis, quod interpret vertere debebat *osculor*; vel saltem concedit amorem erga imagines, ut supra dicebamus, non amicitiam, sed concupiscentiam, quod non negamus, ex quo non sequitur spiritum subiectionis ad eas secundum se, terminari. Denique nonnulli probant, affectum submissionis in imagine, secundum se terminari, ex verbis Stephani Monachi, quae habentur in septima Synodo, a c. 5. longe à medio, ubi de Ioanne Abbate Anachoreta sic loquitur: *Et cum accinctus preces funderet, dicebat ad Dominam, totus in imaginem eius intentus*. Unde colligunt, animi intentionem,

1. Reg. 1. cap. 20.

404

Luc. 14.

Tharasis.

Chryf.

405

Stephan. Anach.

Osculum in facie, est signum familiaritatis: in veste autem honoris.

tionem circa imaginem quoque versari. Verum quis non videat, posse aliquem in imaginē esse totum intentū, etiā si illi se ipsum ex animo non subiiciat: nam cum quis orat Virginem coram imagine sua, sicut ille Iohannes, potest esse intentus in imaginem, non affectu orationis (hic enim ad exemplar solum refertur) sed quia videns imaginem, per illam exemplaris recordatur. Hanc ergo animi attentionem, sicut etiam desiderium & amorem, ut supra explicatum est, non negamus imaginibus secundum se, sed affectum submissionis & seruitutis, quē ad exemplar in imagine referimus: ac si cum Caietano dicas, ad imaginem in actu exercito vel ad ipsam, ut est quasi animata prototy-

Priscorollarium.

Honorexhibitus imaginis semper necessario tranfit in prototypum.

Posterius corollarium contra Iconomachos, qui Catholicos idololatrias vocant.

Ex his duo breuiter licet colligere. Vnum est, verissimā esse veterum Patrum, & Scolasticorum doctrinam, quam cap.3. tradidimus: imagines videlicet, nunquam per se adorari posse, non adorato simul eadem adoratione, & signo, exemplari. Cum enim affectus submissionis, & seruitutis, circa exemplar, non circa imaginem secundum se versari debeat, ut satis probatum est, & signum externum debeat procedere ex affectu seruitutis, ut sit adoratio; sit, ut idemmet signum exhibitum imagini, affectu ipso directū transeat in exemplar, & ex affectu, & signo vna compleatur adoratio. Quod si imago per se adoraretur, non adorato exemplari; circa ipsam secundum se, non solum signū, sed etiā affectus submissionis deberet esse: quod aut stultum merito iudicaretur, cum rei inanimæ nemo se possit subiicere; aut superstitiosum, cum necessario tribui videretur imagini virtus aliqua, vel numen; ut in hoc capita notauimus.

Alterum est, quod initio capitis 1. huius disputationis promissimus: quanta nimirum sit vesania Iconomachorum, qui Catholicos imaginum adoratores, criminis idololatrię semper insimulare non dubitarunt. Quid enim magis ab idololatria alienum esse potest, quàm osculum imagini indigere, animo tamen in exemplar illud transferre, & ei spiritualiter tribuere? nunquid ipsi Mahumetani, & Iudæi,

406

407

om-

omnium pessimi Iconomachi, non osculantur sceptrū sui Imperatoris. Ex hoc tamen idololatræ non sunt, quia animo seruitutem non scepro, sed Regi exhibent. Id quod vsu frequens esse solet; dum signis honoris, ut osculo, res inanimas tangimus, literas videlicet, vel vestem; animum tamen, in dominum, vel Principē intendimus; quod etiā ipsi Iconomachi, nisi inurbanè se gerant, facere debēt. Hoc argumento Iudæos reuincit Leontius, in dialogo quinto, qui refertur in actione 4. Synodi, post medium enim illius fragmenti sic ait: *pudore suffundantur Iudæi, qui proprios Reges & alienos adorantes, nos Christianos tãquam idololatrias derident.* Sed & de Mahumetanis fertur, dū peregrinationis voto, in templum sui Mahumeti se conferunt, pauimentum illius flexis genibus osculari. Qui ergo signum hoc honoris pauimento exhibent, animum in ipsum Mahumetum intentum habentes, cur imagini illud exhibere negligunt? Quod si facerēt, imagini alicuius veri Sancti, nulla superstitione notari possent, neque quia Sanctum colerent, nec quod imagini illius osculum præberent, Nūc autem idololatræ sunt: non quia pauimentum osculantur, sed quod animo reuerentiæ, & seruitutis, erga suum falsum, pessimumque Prophetam id faciunt. Supererat hic explicare, an alij religiosi cultus, præter adorationem, imaginibus deferri possint: de hoc tamen, ne longior hæc fiat disputatio, commodius in sequenti disputatione, vltimo capite dicemus.

Leont.

408

Mahumetani etiam pauimentum sui templi adorant.

Quis modus loquendi de imaginum adoratione seruādus sit; Disput.9.

Duæ Theologorum opiniones. cap.1.

Vera opinio in concionibus populo exponenda. cap.2.

Explicatur modus loquendi, cum de adoratione latrię agitur.

cap.3.

Quid de alijs modis religiosi cultus circa imagines dicendum sit.

cap.4.

Duæ

CAPVT I.

NON sufficit in nostræ fidei & religionis controuersijs, quomodo res se habeat, sincere, fide literq; explicare; verumetiam rectum, & purū loquendi modū, accuratè tradere, necesse est. Nam licet grauius sit in re ipsa, quàm in modo loquendi labi: ex verbis tamen inordinate prolatis, error etiam in rebus ipsis facile suboriri potest. Controuersia igitur est: an cum de adoratione latriæ loquimur, eam imaginibus cōuenire rectè affirmare possimus: & qualiter in cōcionibus ad populum, vbi de hac re verba facere opus est, loqui debeamus.

Sunt aliqui recentiores Theologi, qui cum secundā sententiam, quam præcedenti disputatione cap.2. retulimus, sequantur: imaginem videlicet eadem adoratione, per accidens tamen, cum exemplari aliquādo adorari: atq; adeo eam adorationem interdum esse latriæ: affirmant nihilominus absolutè non esse dicendum, imagines adorari adoratione latriæ; præsertim verò in concionibus. Primo quoniam hic modus loquendi in concionibus ad populū, non caret periculo. Qui enim hoc modo loquuntur, coguntur sanè, vti subtilissimis speculationibus, quas ipsi, nedum imperitum vulgus, vix possunt intelligere. Quare populus rudis, & ignorans facile existimare potest cultum Dei in imaginem transferri. Secundo, cum Concilia de hac re loquuntur, semper negant, imagines adoratione latriæ coli, vt, præcedenti disputatione cap.1. retulimus: modus ergo loquendi Conciliorum, debet esse totius Ecclesiæ. Id verò eò præsertim vim habet, quòd Constantinus Constantiæ Episcopus, vt abiuraret hæresim, quam cōtra imagines sequutus fuerat in septima falsa Synodo Constantinopolitana, postea in septima Synodo Nicena secunda, actione 3. hoc modo loquendi vsus est: *Suscipio, & complector venerandas imagines: adorationem autem, qua fit secundū latriam,*

Modus loquendi autotum secunda opinionis præcedenti disputationis.

410

411

latriam, hoc est, Dei culturam, tātūmodo Trinitati conseruo. Quod si in hæresis abiuratione, toti Concilio hic modus loquendi probatus fuit, quæ maior probatio expectari potest, vt eo semper sit vtendū; si castè, & sincere loquendum sit: Tertio si aliquo modo imago adoratur, adoratione latriæ, est per accidens tantum, quatenus exemplari coniuncta; improprie ergo adoratione latriæ colitur, sed quod improprie est tale, non debet absolutè dici tale: ergo nec imagines adorari adoratione latriæ, absolutè dicere possumus.

Modus loquendi S. Thomæ & aliorum.

Contra verò veteres Scholastici, quos pro tertia opinione, disputatione præcedenti cap.3. commemorauimus absolutè dicunt imagines Christi, & Trinitatis esse colendas, adoratione latriæ. Hoc modo loquendi absolutè vtuntur S. Thom. Bonaventura, Capreolus, Caietanus, Ferrariens. Dominicus Soto, Marsilius, locis ibidem citatis: ceteri verò inibi etiam allegati, cum dicant eodem motu adorationis cū exemplari imagines adorari, variè de adoratione latriæ loquuntur. Maior inquit, crucem adorari latria per accidens: Corduba, Gabriel, & Franciscus Turrianus, adoratione latriæ analogica: Durand. Holcot, & Picus Miradulanus, solū adorari rememoratiue: Alexand. vt colligitur ex 3. p. q. 30. art. vltimo §. 2. solū asserit, imaginem esse materiam adorationis latriæ: Henricus deniq;, cum dicat, imaginem Christi hyperdulæ adoratione esse colendam, assereret planè idem de latriæ adoratione, nisi ipse existimaret, imaginem Christi depictam, solum nobis representare humanitatem, & in imagine humanitatem solum adorari, vt in illo 3. cap. præcedentis disputationis notauimus. Nam sicut imagini non tribuimus latriæ feruitutem, sic etiam neq; duliæ, vt capite octauo, & nono eiusdem quoque disputationis dictum est. Si ergo Henricus dicit, imaginem adorandam esse hyperduliæ adoratione, quia exemplar illius hoc modo colitur, idem de latriæ adoratione diceret, si crederet, exemplar illius latria adorari.

412
S. Thom.
Bonau.
Capr.
Caiet.
Ferra.
Maior.
Cordub.
Turrian.
Durand.
Holcot
Mirand.
Alex.
Henr.

413

Porrò autem absolutè dici posse imagines adorari adoratione latriæ probatur. Primum, eadē est adoratio imaginis

Quibus rationibus alij probent rectè dici posse adorationis

ginis, & prototypi, vt patet ex disputatione præcedenti; sed prototypi aliquando est latriæ, ergo etiam imaginis. Deinde si aliqua ratione non posset dici, esset, quia per accidens imago cum exemplari, non autem per se, adoratione latriæ colitur: sed Christi humanitas, & sacramentum Eucharistiæ absolute dicuntur adorati adoratione latriæ; cum tamen per accidens cum diuinitate cõiuncta colantur: nam & sacramentum habet species visibiles panis, & vini, quas cum ipsa Christi deitate per accidens veneramur; ergo & imago Christi, aut Trinitatis, etiam si per accidens adoratione latriæ colatur, dici potest absolute, tali cultu, & ueneratione adorari. De sacramento Eucharistiæ in Cõcil. Trident. sessi. 13. cap. 5. dicitur in hæc verba: *Christi Fideles latriæ cultum, qui uero Deo debetur, huic sanctissimo Sacramēto in ueneratione exhibeant.* De Christi autē corpore, Athanasius lib. de incarnatione Christi, post primum folium sic ait. *Rite, legitimaque ratione adoratur, & diuina adoratione colitur.* Quid est diuina adoratione, nisi latriæ? Eodem modo loquitur oratione quinta cõtra Arrianos, ad Adelphium fratrem, cuius uerba retulimus primo lib. disputatione. 3. cap. 1. & alij Patres ibi citati.

414

415

Vera opinio in concionibus populo exponenda.

C A P V T II.



Quoniam varie in hac materia loqui contingit, de vnoquoque modo sigillatim dicendū est. Atque in primis, quod attinet ad modum cõcionandi, quæ scilicet ex opinionibus recitatis disputatione præcedenti, maiori cum fructu, & magis sine periculo populo explicari possit, si id occasio & materia postulauerit, ex dictis in ea disputatione perspicuè apparet. Nam prima, aut secunda opinio, quatenus imaginibus secundum se honorem, & cultum tribuit, vix cum aliquo fructu populo potest proponi. Si enim aliquis publice dicat, imaginibus ita esse cultum deferendum, vt animus eodem honore non transeat in exemplar, sed in ima-

Prima & secunda opinio non recte populo proponitur.

gine

416

gine solum consistat, quis non statim videat, id aut stultū esse, cum creatura irrationali nemo rationis compos dignè se subijciat, & seruū exhibeat; vel superstitiosum, dū hac ratione numen aliquod, aut virtus imagini assignari videatur. Accedit, quòd populo suadere, imagines ita esse uenerandas, vt affectus reuerentiæ intra finem adorationis exemplar non comprehendat, doctrinæ communi Patrum planè aduersatur, & adorationem sine spiritu (si hactenus aliquid probauimus) introducit. Nam, vt vidimus disputatione præcedenti, in hoc vnum omnes cum B. Gregorio cõmuniter conspirant, vt populū doceant, ita imagini osculum esse infigendum, & coram illa corpus inclinādum, vt animus semper exemplaris recordatione incallescatur, & in id interiori reuerentia feratur: virtute cuius externum osculum in ipsum etiam, veluti sagittam transmittat. Id inter Scholasticos paucis notauit Hieron. Augustus contra Lutherum, censura. 10. circa finem, quem allegauī cap. 3. huius disputationis. Qui hanc nostram opinionem, & doctrinam populo sic esse proponendam existimat: & hunc esse modum utilissimum imagines adorandi nemo potest ambigere. Cur ergo, relicta utilissima doctrina, alium modum adorationis populum docebimus?

August.

417

Contra verò, si quis plane populo proponat, veterem Scholasticorum & Patrum doctrinam, de adoratione imaginis cum exemplari; dicatque adorationem eo modo semper esse imaginibus tribuendam; quantumuis ignorantibus & rudi populo potest ita eam luce clarius exponere, & exemplis domesticis aperire, vt vetula extremæ ætatis, & puerulus, cui nondum plenè rationis radius eluxit, absque illo periculo, & errore facile intelligat. Si enim quis vtatur exemplis, quibus Leontius usus est in illo dialogo quinto citato, in actio. 4. septimæ Synodi, & à nobis præcedenti disputatione sæpius allegato, de eo qui osculatur vestem, aut baculum patris peregrinantis, quem videre ardentè desiderat, & exemplo Iacob, qui vestem filij sui Ioseph, cū lacrymis osculabatur, quasi in illius iā rueret amplexus, & eiusdem Iacob, qui summatè virgè Ioseph adorauit, id quod

Tertiam opinionem ceteris populariorem & faciliorem.

id quod quotidie vrbauitatis gratia cum alijs, quos cum reuerentia salutamus, efficere solemus, partem nimirum vestis, vel quid aliud osculando; quis non intelligat, non in vestem ipsam, sed in eum, cuius illa est, animum debere esse intentum? Si ergo hoc modo quis dicat, imagines esse adorandas, vt affectus in exemplar referatur & tēdat; quis vnquam puerulus, aut vetula id non intelliget? Hac enim doctrina, non est earum, quas Scholastici supernaturalis ordinis appellant, quæ sola reuelatione constant: sed ex his, quas ipsa natura morum docet, atq; cordibus hominū, veluti naturaliter inditæ sunt. Solū in hac materia, ex reuelatione aut fide supponitur, aliquādo exemplar imaginis tale esse, cui cultus reuerentiæ, & seruitutis debeatur: dixi aliquando, nam interdum ratione quoque naturali, id constat, vt de imagine Dei, cuius exemplar est ipse Deus, quem ratio naturalis docet, summa reuerentia esse colendum: hoc tamen supposito, id, quod de adoratione diximus, ex ipsa rerum natura manifestè deducitur. Ex quibus colligitur, non solum in scholis, nostram sententiam, vt veriore tradendam esse, sed etiam rudi populo proponendam, & explicandam. Quare absolutè sic loquendum est: *Eodem motu adorationis imago & exemplar sunt adoranda: aut, imago non nisi cum exemplari cōiuncta adorari debet: neque in his duobus modis aliquid, periculi subesse potest.*

Modus loquendi corā populo seruāndus.

Explicatur modus loquendi, cūm de adoratione latriæ agitur.

C A P V T III.



Vperest, vt varios modos loquendi de adoratione latriæ sigillarim examinemus. In primis ergo nullus Scholasticorum, neq; Patrum sic loquitur: *Imagini Christi, aut Trinitatis latria tribuenda est.* Imò verò hunc modum loquēdi septima Synodus negat, & multò magis hunc: *Latria in spiritu & veritate ima-*

418

te imaginibus deferenda est. Hanc enim soli Deo seruat. Si^c habet septima Synodus locis omnibus citatis disputatione præcedenti cap. 1. 8. 12. & 13. & Adrianus cap. illo 1. allegatus, cum dicit, veram culturam solū decere diuinā naturam, nullo autē modo imaginibus tribui: veramq; culturam ipse appellauit, quam septima Synodus dixit verā latriam, & multis in locis dicitur *Latria in spiritu & veritate*, vt præcedenti disputatione cap. 12. vidimus: cur autē *in spiritu & veritate*, dicatur, ibidem explicauimus, & lib. 1. disputatione 1. cap. 2. Prædictū modum loquendi cauendū esse, rectè, vt plura alia, admonet noster Bellarmin tomo 1. controuer. 7. lib. 2. c. 22. Ratio verò est, quā eo cap. 12. reddidimus. Quoniam etsi adoratio interdum sumatur pro signo exteriori submissionis, nonnunquā etiā pro affectu seruitutis, ex quo signa proueniunt, nomen tamen *λατρεία latria*, ex vsu Græcorū Patrum tantū significat submissionem in affectu ipso vero Deo exhibitam; ob quod dicitur, *In spiritu & veritate*: hic autem non potest in imagines dirigi, sed in exēplaria, quæ tali reuerētia digna sunt. Quare qui diceret, se exhibere latriā imaginibus, quæ est diuina seruitus in affectu solo cōsistens, concederet eo ipso, se imaginibus, tāquam Dijs seruire, vt ex Epiphanio Diacono retulimus disputatione superiori cap. 13. atq; hoc tantū probant prima & secunda ratio prioris sententiæ in 1. cap. positæ. Quod de latria diximus, de dulia quoque & hyperdulia eadē proportione dicendū est: hæ namq; & significant solū affectū seruitutis internū, qui non in imagines secundum se, sed in exemplaria referri debet.

420

Epiph.

421

Secundò adoratio, quæ imaginibus exhibetur, prout ad ipsas solū terminatur, nō debet vocari latria analogicè, & inferioris gradus, quā quæ Deo exhibetur, vt Gabr. Durād. Picus Mirand. Cord. superiori disputatione cap. 14. citati, appellarunt. Nam quāuis signū sanitatis, quale est vrina, dicatur sanū secundū analogiam, & hac ratione signū externum submissionis, qualis est genuflexio, nudatio capitis, &c. dici posset analogicè latria, quatenus, illius signa sunt: nec hic modus loquendi reprehendi deberet: (quod

Cur latria non tribuatur imaginibus adoratio tamē tribuatur

Affectus externus submissionis vt est circa imaginem nō est decedus analogicè latria.

Z enim

enim est tale, quatenus est signum, videtur esse secundum analogiā tale) quia tamen genuflexio non est nota submissionis & seruitutis erga solā imaginē, sed erga exēplar; fit, vt quatenus refertur ad solā imaginem, nō dicatur latria, adhuc in signo, sed quatenus in ea & per eam respicit exēplar, in quod ex affectu dirigitur: adoratio ergo imaginis, licet sit in signo, (quæ tamē dicitur absolute adoratio, vt eo cap. 15. explicaui) non dicitur latria, etiam analogice, prout ad imagines solas terminatur.

Tertio, facile ego concederem modum loquendi Alexandri, qui dicit, imagines esse materiā latriæ. Licet enim imago secundum se, non sit obiectum formale latriæ, quæ fit in spiritu & veritate, sed ipsa prout exemplari coniuncta: quia tamen interdum materia dicitur id, circa quod, vel in quo ratio formalis obiecti quodammodo consideratur, sicut proximus est materia dilectionis Dei, nō quod ad ipsum obiectum formale terminetur, sed quia in eo amor Dei inueniat bonum, quod velit ipsi Deo: ideo cum in imagine, consideratione & cogitatione nostra inueniamus exēplar, cui seruitutē latriæ exhibemus; imago, si non obiectū formale latriæ, materiā illius, nō ineptē appellat.

Quarto, concedi etiā sine periculo potest, & debet hæc propositio: *Imagini Christi aut Trinitatis ex latria adoratio exhibetur*, non dico, *ex latria circa ipsam*, sed *ex latria absolute*. Quia ex seruitute diuina, quā quis affectu suo habet erga Christum, & dicitur latria, genu flectit imagini ipsius, & alia ei signa exhibet: ergo ex latria imaginem adorat, vel ei adoratiōē, quæ in signo consistit, assignat. Non dixi, *Ex latria circa ipsam*, sed *ex latria absolute*, quia latria, quæ est in spiritu, non respicit imagines secundum se, sed exemplaria in ipsis: ex illa ergo absolute, optimē dicuntur imagines adorari, non autem ex latria erga ipsas.

Quinto, hæc propositio, *Imagines Christi, aut Trinitatis adorantur adoratione latriæ*, cū distinctione, concedēda videtur. Nā potest reddere sensum (vt aiunt) intrāsitiuū, qui talis est: imagines Christi, aut Trinitatis adorādæ sunt adoratione, quæ est latria. Ipsa enim latria affectus interioris serui-

Imago quomodo sit materia latriæ.

Comparatio proximi, & imaginis respectu Dei exemplaris.

Imago adoratur ex latria circa exēplar.

Quomodo sit concedēda hæc propositio: Imagines Christi aut Trinitatis adorantur adoratione latriæ.

Alex.

422

421

seruitutis adoratio quoq; dicitur, vt disp. superiori c. 12. demonstratū est: hic aut sensus est falsus. Quia sicut nō possumus cōcedere imagini Christi, aut Trinitatis latriam in spiritu, & veritate; sic neq; adoratiōē, quæ est ipsa latria: & in hūc sensum loquutus videtur Constantinus ille, quē autores primæ sententiæ in secūda ratione allegarūt, cū abiurans hæresim dixit: *Adoratiōē verò, quæ sit secundū latriā, hoc est, Dei cultū, ut modo Trinitati cōseruo*. Dixit adoratiōē, quæ sit secundū latriā, ipsammet latriā, & affectū seruitutis diuinæ, qui adoratio etiā dicitur, vt ipse palā explicauit: quocirca ratio secūda illius prioris opinionis, optimē probat, in hunc sensum nō esse loquendū. Potest etiā prædicta propositio reddere sensum transitiuū, & sic concedi potest. Sensus autem hic est: imago Christi, aut Trinitatis adorari debet exteriori signo submissionis, quod est opus latriæ, & hoc modo cōcedenda est. Nā licet affectus ipse, qui est latria nō feratur in imagines sine exēplari: signum tamen, quod eis exhibemus, ex latria procedit, & opus illius est: cumq; illud dicatur adoratio, vt cap. 12. præcedētis disput. probauimus, dicitur etiā adoratio latriæ: ac proinde imagines, quæ eo signo coluntur, adorari adoratione latriæ transitivæ, hoc est, adoratione, quæ est opus latriæ.

Ex quo etiā infertur rectē, cōcedi posse, imaginē Christi adorari latria, nō per se, sed per accidēs eo, quod ipse affectus diuinæ seruitutis, per se non respicit imaginē, sed per signū externū, quod est opus huius affectus, & ab illo procedēs, vt disp. 8. c. 14. dictū est. Nec vllus Catholicus, imaginibus, plusquā latriā per accidēs, vnquā cōcessit. Loquimur n. de imaginibus sū se, quatenus ab exemplari distinguuntur, quæ nihil aliud sunt, quā picture quædā, cū relatione repræsentationis. Nā si loquamur de imaginib' in actu exercito, vt notat Caiet. quæ nihil aliud sūt, quā exēplaria in imaginib', nemo dubitauit asserere, tribuēdā esse eis latriā in spiritu, quādo exēplar est Deus, aut Christus: sed de imagine hoc modo nō loquuntur Patres sep. Synodi, quoties cōtra Iconomachos disputat, vt ibidē notauimus: propositio ergo nō est absolute cōcedēda, sed eo modo, vt diximus, debet distingui.

424

425

Ex quibus, ad primam & secundam rationem prioris opinionis patet solutio: si enim, ut diximus, explicetur modus loquendi predictus; nullum erit, etiam imperito vulgo periculum: neque contra hoc Constantinus ille, aut septima Synodus quidquam docuit. Ad tertiam etiam rationem eiusdem sententiae ex dictis responderi facile potest: imò hinc diluitur prima ratio posterioris sententiae. Quavis enim ex latria interiori, & signo exteriori una consistat integra adoratio latriae, quae & imago, & exemplar comprehenditur; non propterea absque distinctione dicere debemus, imaginem adorari adoratione latriae: cum in illa secundum se, non affectus servitutis, sed signum, quod est pars huius integre adorationis, feratur: nec signum illud subeat rationem latriae relatum solum ad imaginem, sed ad exemplar in imagine: oportet ergo distinguere, ut praediximus.

Id, quod de adoratione latriae docuimus in modo loquendi, eadem quoque proportione servari debet, dum agitur de adoratione dulciae, aut hyperdulciae: quando videlicet exemplar est, aut Sanctus aliquis, aut B. Virgo, in utroque enim secundum proportionem, eadem videtur esse ratio: siquidem ita in affectu solo consistit dulcia, aut hyperdulcia, & cum signis exterioribus comparatur, sicut latria, ut ex doctrina capituli 12. superioris disputationis apparet.

Sed manet difficultas secundae rationis superioris sententiae: quare scilicet, cum dicamus, Eucharistiae Sacramentum atque humanitatem Christi, absolute, & sine distinctione, adoratione latriae adorari, licet species, quae dicuntur Sacramentum & humanitas Christi per accidens cum deitate, hac adoratione latriae colatur, nec ipsis secundum se latria, & servitus divina, quae est in spiritu tribuatur: de imaginibus tamen, quas etiam per accidens adoratione prototypi, quae aliquando est latriae, veneramus, idem dicere, & eodem modo loqui non possumus? Respondeo, diversam esse rationem: in primis quidem cum Patres in Conc. Trid. de adoratione Sacramenti Eucharistiae loquuntur: atque affirmant latriam cultum, qui vero Deo debetur, huic Sacramento in veneratione esse exhibendum, non de speciebus solum, sed de Christo etiam sub eis cõtento, vel de ipsis, ut Christum continent, loquuntur: nam & ipsum

Christum

Cum sacramentum Eucharistiae & humanitas Christi adorari dicatur latria, non tamen imagines Christi.

427

Christum ad rationem sacramenti pertinere multi recte arbitrantur: imò, cum ipse sit res sacramenti, sacramentum etiam dicitur, iuxta doctrinam Augustini epistola 23. aut saltem species non dicuntur sacramentum, nisi quatenus sub se corpus, & sanguinem Christi re ipsa continent. Cum vero recte dicamus, Christo deberi adorationem latriae, imò latriam in spiritu, & veritate, quod Deus sit, ita etiam de sacramento Eucharistiae, quia Christum continet, loquendum est.

De humanitate, & carne Christi, eodem modo absolute concedimus cum Athanasio, & alijs Patribus disputatione 3. lib. 1. cap. 2. citatis, eam esse adorandam adoratione latriae. Licet enim verum sit, ad eam, quatenus humanitas est, non terminari latriam in spiritu, & veritate: quod ipsa Deus non sit, sed signum externum latriae, sicut de imaginibus diximus: quia tamen humanitas, eo ipso, quod dicitur Christi, non tantum tanquam pars illius, qui est vere Deus, ei cõiuncta substantialiter intelligitur, verum etiam ipsa deitate quasi quodam igne ita ignita, & sanctificata, ut vere deificata dicatur: non potest in sua dignitate, cui adoratio, & cultus defertur, diuinitatis excellentiam non complecti, ipsam in se diuinitatem includens, & quasi quodam igne, ea ardens: sicut ergo recte dicimus, non solum deitati deberi adorationem latriae, sed etiam ipsam latriam in spiritu, & veritate: ita etiam humanitati Christi, utpote ipsa deitate sanctificata, & deificata, ut disputatione 4. eiusdem 1. libri fufius demonstraui, eandem latriam deferendam esse, fateri necesse est. At vero cum imago, eo ipso quod dicitur Christi, aut Trinitatis, non sit ei substantialiter, sed sola cogitatione adorantis unita, nec ab exemplari deificetur, & diuina excellentia in se digna reddatur, non est ita absolute, nisi distinctione praemissa, dicendum; latriam adorationem, nedum latriam in spiritu, & veritate ipsi deberi. Si tamen quis diceret: Imagini animatae, nimirum exemplar in se veluti animam continenti, adoratio latriae, vel ipsa latria defertur: nullum in eo modo loquendi periculum esset, sicut etiam purpurae amicienti Regem

Humanitati Christi dicitur tribui latria in spiritu, & veritate.

428

Z 3 cultus

cultus regius deferri dicitur: sic enim in purpura Regem includimus: sicut in imagine exemplar: atq; hoc pacto accipitur imago, secundum quod exercet munus imaginis, ut verbis Caietani utar, quem in 8. disput. capit. 7. allegavi. Quomodo autem humanitati secundum se, ratione donorum, præter deificationem, non solum detur signum externum profectum ex latria, sed affectus etiam submissionis, in vna tamen & eadem adoratione cum Verbo, 1. lib. disp. 4. satis declaratum est.

429

Quid de alijs modis religiosi cultus circa imagines dicendum sit.

C A P V T IIII.

IVM religio non solo cultu adorationis, sed alijs etiam utatur: videndum superest, quomodo loquendum, & sentiendum de illis sit. De his vero proportione quadam respectu imaginum, sicut diximus respectu humanitatis Christi, lib. 1. disp. 4. c. 7. philosophari debemus.

Imagines non sunt capaces laudis, qua laudatur exemplar.

Primo dicendum est, nec laudem, qua laudamus exemplaris excellentiam, nec laudem diuinam, ad imaginem referri, & terminari posse: ipsa enim cum inanima sit, laudis & commendationis rei animatae capax non est, quanto minus diuina. Quod vero Ecclesia in Dominica passionis loquitur ad crucem dicens:

*O Crux, aue spes vnica,
Hoc passionis tempore:
Auge pijs iustitiam,
Reisq; dona veniam:*

Crux quomodo ab ecclesia laudatur.

quibus verbis ipsam tanquam Deum Salvatorem laudare videtur; nonnulli putant, non ad crucem, sed ad Christum crucifixum referri, quem nomine crucis compellat.

Verum, quia aliqua etiam in eo hymno deinde dicuntur, quae non nisi de ipsa lignea, & inanimata cruce possunt intelligi, quale est illud,

430

Sola

*Sola digna tu fuisti,
Ferre seculi pretium:*

Et rursus:

*Crux fidelis, inter omnes
Arbor vna nobilis, &c.*

Et in alio hymno eiusdem Dominica:

*Beata, cuius brachijs
Secli pependit pretium:*

Aliqui etiam censerent, ad ipsam ligneam crucem has laudes figurate referri, per figuram prosopopoeiam poetis, & oratoribus satis familiarem. Nihilominus priora illa verba, quae recitauimus,

O Crux, aue spes vnica:

Non video, quomodo ad crucem ipsam ligneam dirigi possint, nam quamuis per figuram prosopopoeiam saepius cum re inanimata loquamur: inepte tamen, etiam si figurate, ab ea peteremus salutem & gratiae augmentum. Quare ego duas ibi figuras admitterem, nepe in prioribus verbis metonymiam, ut crux pro Christo accipiatur, sicut continens pro contento: in reliquis vero prosopopoeiam, ut praedictum est. Laudari nihilominus potest imago, ut aliquid utile ad cultum exemplaris, quia utilitatem hanc in se habet, iuxta doctrinam traditam 1. lib. disputatione 1. cap. 1. ita tamen, ut honor huius laudis in prototypon resultet: dicitur etiam exemplar coram imagine laudari.

431

Concilium Trident.

Secundo. Oratio nec refertur, nec villo modo ad imaginem terminari dicitur; siue illa sit diuina oratio, siue humana: quia nullius orationis imago capax est, cum non sit rationis particeps. Oratio enim solum ad intelligentem, qui possit petita concedere, congrue fieri dicitur. Hac de causa Concil. Trident. sess. 25. in decreto de imaginibus dixit, nullam ipsis inesse virtutem, ob quam sint colendae, vel ab eis aliquid petendum, vel in eis spes collocanda. Nec solum dico, orationem ad imaginem per se congrue dirigi non posse: sed neque video, quomodo per accidens ad ipsam referri dicatur, sicut

Oratio ad imagines non est dirigenda.

Z 4

adoratio

adoratio exemplaris imaginem per accidēs comprehendit.

Sacrificia nō offerri imaginibus.

Tertio, Sacrificium nec imaginibus offertur, nec offerri dicitur, sed soli Deo: est enim protestatio quædam diuinæ omnipotentia, & dominationis, vt omniū dominus, & autor est; sicut cap. illo. 7. explicauimus: quare non alteri, quam Deo conuenire potest. Quod si verum est id, quod S. Thomas 2.2. quæst. 85. art. 3. ad 3. docet, decimas nimirum, quæ sacerdotibus offeruntur, non esse propriè oblationes, nedum sacrificia; cum tamen oblatio multo latius pateat, quam sacrificium, vt ibidem, & quæstione sequenti art. 1. Doctor sanctus affirmat, quia decimæ non immediate Deo, sed ministris diuini cultus exhibentur, quasi oblatio propriè soli Deo fieri dicatur; sit, vt imagini, nec sacrificia, nec oblationes propriè fieri dicantur. Quare iuxta hanc sententiam cum septima Synodus act. 7. in definitione fidei dicit, merito nos ad imagines reuerēter accedere oblationibus suffituum, & luminarium; non sentit illas habere propriam rationem oblationis, quatenus ad imagines referuntur (nec enim dicit oblationes imaginibus fieri, sed nos ad imagines oblationibus reuerēter accedere) sed sentit aut eis conuenire rationem oblationis propriè, vt ad Deum ordinantur; quatenus vero imagines respiciunt, rationem solum adorationis: aut si respectu ipsarum imaginum vocauit oblationes, latiori quodam modo eas sic appellauit; sicut donaria, quæ corā imaginibus suspenduntur, ipsis communiter dicuntur offerri. Possemus tamen asserere nomen *oblatio*, multa significare, vt tam de ea, quæ Deo fit, quā de illa, quæ imaginibus offertur, sicut etiam adoratio, dicatur. Sed hoc non est tam certum, sicut illud, quod extra controuersiam omnino est, sacrificium scilicet solum respectu Dei, cui soli offertur, ita dici, vt nec per accidens, nec vllō modo ad imaginem referri dicatur.

Oblationes quomodo imaginibus offerantur.

Obijciat aliquis, sicut ratione signi exterioris, quod tangit imagines, aut coram illis fit, quale est osculum, genuflexio &c. dicitur imago cum exemplari per accidens adorari, cur nō dicatur etiam per accidens laudari, laude exemplaris

S. Thom.

7. Synod. 432

433

plaris, ei sacrificium & orationē offerri ratione operis externi orationis, laudis & sacrificij. Siquidem imago est aliquid exemplaris, cui hæc tria primo offerri dicuntur, sicut adoratio. Respondeo esse manifestum discrimen. Neque enim affectus adorationis latriæ, ex eo tantum dicitur per accidēs ad imagines terminari, quia imagines sunt aliquid exemplaris, sic enim affectus orationis, laudis exemplaris, & sacrificij referri quoque per accidēs in imagines diceretur: sed quia ex affectu latriæ, qui dicitur adoratio, & circa exemplar primo versatur, deriuatur nota exterior submissionis, quæ communi modo loquendi dicitur honor, cultus, & adoratio eius, quod corporaliter contingit, aut coram quo fit: ita vt per illud in prototypō transmittatur. At opus externum laudis, quo laudamus exemplaris excellentiā, opus etiam orationis, & sacrificij solum dicitur cōmuniter, aut laus, aut oratio, aut sacrificium ad exemplar relatum, non ad imagines: & ideo communiter nec ad imagines, nec ad res inanimatas, adhuc per accidens, hæc omnia referri, sed coram illis fieri dicuntur. Idem, quod de imaginibus hætenus diximus, de speciebus, & accidentibus sacramentalibus dicendum arbitror: ob eādē prorsus rationē. Data opera dixi: *de speciebus, seu accidentibus sacramentalibus*: nam si de Sacramento loquamur, cū aliquid illius sit Christus ipse, vt supra notauimus, sicut absolute dicimus ipsi latriam in spiritu exhiberi, sic etiam, & orationem, & laudem diuinam, & sacrificium ad ipsum posse referri, hæc de causa fatendum est. Atque hæc de imaginum cultu in hoc libro dixisse sufficiat.

Cur sacrificium, laus & oratio nō respiciat imagines per accidens.

434

FINIS LIBRI SECVNDI.

DE RELIQUIA- RVM, ET ALIA- RVM RERVM VE- NERATIONE.

LIBER TERTIVS.



EXPLICATA iam natura cultus, & adorationis imaginum, de adoratione crucis, reliquiarum, & aliarum omnium rerum, quæ ratione carent, quid dicendū sit, luce meridiana clariùs apparet. Cæterùm, quia in Ecclesia peculiare de his rebus hæreticorū errores: inter Catholicos verò, variæ

in dies opiniones emerferunt, hoc 3. lib. de his omnibus separatim differere, operæpretium duxi.

Utrum quælibet re mundi liceat adorare. Disp. 1.

Opinio Alexandri, & aliorum. cap. 1.

Verior sententia. res omnes inanimatas, & irracionales rite adorari posse. cap. 2.

Hominem adorari posse eodem motu adorationis cum Deo, si animus in hominis dignitatem non feratur. cap. 3.

Quomodo creatura rationalis, quæ est imago vna Dei, ratione sue dignitatis colenda sit. cap. 4.

An sit peccatum adorare radium luminis, vel speciem Crucifixi, sub qua demon delitescit. cap. 5.

Respondetur duobus argumētis, quæ supererāt ex 8. disp. lib. 2. c. 6.

Opinio

CAPVT I.



Questio hæc nõ solum intelligitur de reliquijs, & alijs rebus, quæ aut consecratione, aut benedictione in Dei cultum publica autoritate expositæ sunt, vt calix, altare, vestes sacerdotales, & alia id genus: verũ etiam de qualibet re, siue rationali, siue irrationali in vniuersum; an videlicet secundum verã, & sinceram fidem rectè possint adorari: sicut de imaginibus hætenus dictum est.

De quo sit questio exponitur.

In qua controuersia prior opinio est quorundam Scholasticorum, qui docent, præter imagines, reliquias, & res sacras, benedictas, cõsecratas, aut aliquo modo ad Dei cultum constitutas, nullo modo aliquid aliud adorari posse, non solum per se, sed neque per accidens cum Deo, vel alia re rationali. Sententia est Alex. 3. p. q. 30. m. 3. art. 2. §. 2. & Thomæ Valden. tomo 3. cap. 156. nu. 6. Eam vero probat primo Valden. ex Aug. concio. 3. in Psal. 10. qui cum exponens illa verba, *sol cognouit occasum suum*, dixisset, hunc solem corporeum figuram, & signum esse spiritualis solis iustitiæ (scilicet Christi) subdit hæc verba: *Ne putetis Fratres, ideo nõnullis Solem esse adorandum, quia Sol in scripturis aliquando Christum significet, talis enim est dementia hominum: quasi adorandum aliquid dicatur, cum dicitur, Sol Christum significat: adora ergo & petram, quia Christum significat.* Cumq; eodem argumento Vviclefista vterentur cõtra Catholicos imaginum adoratores his verbis, *Imagines inanimatas si adoratis, adorate quoque modulum straminis: quia vestigium Trinitatis habet:*

Prima opinio nihil etiã per accidens adorari, quod ad Dei cultum non sit constitutum.

Prima confirmatio.

Respondet Valden. eodem capite, non omne signum, sed expressum, & sensui euidens, quod visum statim mouet affectum, esse adorandum, qualis est imago, quæ illico in recordationem exemplaris, cuius habet similitudinem, oculos mentis conuertit. Secundo, eadem sententia probari potest testimonio Leontij, in 5. dialogo contra Iudæos, qui refertur a cõtione 4. septimæ Synodi, vbi ali-

Secunda confirmatio.

vbi aliquātulum ab initio ait: sic ego imaginem Christi adorans, non lignorum, aut colorum naturam adoro, absit: sed inanimatum characterem Christi. Cum ergo eodem sensu neget, adorari naturam lignorum, & colorum, quo concedit adorari imaginem, & characterem inanimatum Christi; & hic solum adoretur externa adoratione, vt ex eodē Leōrio probatum manet, disputat. 8. cap. 13. fit, vt hanc etiam externam neget inanimis rebus, lignis nimirū, coloribus, & id genus alijs. Tertio sic probat Alex. in creaturis irrationalibus tantum est vestigium, nō tamē imago Dei: sed vestigium Dei non ducit nos proximē in Deum ipsum, sicut imago: ergo nullam rem inanimam, in qua solum est vestigium Dei, eodem motu adorationis, cum ipso adorare licet: illud enim solū materia adorationis esse potest quod in Deum, vel quid aliud veneratione dignum, proximē ducit. Porro hoc vestigiū, quod in illis creaturis est proximē non ducere nos in Deum, probat Alex. quia in illis creaturis est vestigium Trinitatis, secundum vnitatē, veritatem, & bonitatem; quę tria, non in Trinitatē, sed in imaginem Trinitatis, qua in homine est, secundum memoriam, intellectum, & voluntatem, proxime referuntur; in ipsam verò Trinitatem remote. Cum his autoribus facit Palud. in 3. d. 9. q. 1. dum inquit de dictis Durandi: asserit enim, Deum in omnibus rebus irrationalibus, in quibus est per essentiam, presentiam, & potentiam, atq; in imagine depicta, adorari; sed diuerso modo: in illis namque ita colitur, vt res ipsa non adorētur: in imagine vero ita, vt non solum ipsum, sed etiam imaginē veneremur: quod idem est, atq; res ipsas non esse materiam adorationis, vt dixit Alex. Quare inquit, illis nec esse genua flectēdū, nec corpus inclinandum, nec osculum præbendum, sed in eis Deum præsentem memorandum, & mente sola, atque affectu nostro colēdum. Hęc de rebus inanimis & irrationalibus.

Paludanus
opinionem præ
cedit: facit.

Utrum ho-
mo & ange-
lus sint ado-
randi.

De homine verò, qui est viua Dei similitudo, & imago, nec aliqua institutione in cultum Dei dedicata, docent Alex. art. illo 2. §. 1. Vvaldens. tomo 3. cap. 154. & Caiet.

2. 2. q.

Alex.
Vvald.
Caiet.

2. 2. q. 103. art. 3. ad 4. dubium, cum posse esse adorationis patrię materiam, sicut de imagine picta dixerunt: hoc est, in illo, & per illum ita Deum adorari posse, vt ipse etiam homo, eodem motu, & signo submissionis colatur; sicut imago cum exemplari: atq; idem de Angelo dicere debēt: addunt tamen Vvald. & Caiet. periculosum esse, homines quoscunq; adorandos proponere, vel ipsos etiam adoratione patrię, qua rēdit in Deum, adorare: quamobrem eorum sententia, secluso periculo intelligenda est. Atque in eundem modum S. Thom. 3. p. q. 25. art. 3. ad 3. & Albertus in 3. d. 9. art. 4. ad 2. & 3. solum ratione periculi docēt, hominem hoc motu adorationis patrię, cum Deo, non esse adorandum, ac proinde, vbi periculum non esset, non negarent, adorare posse, sicut imaginem pictam, periculum vero in eo dicit esse Doctor Angelicus, quod cum homo secundum se, ratione dignitatis, quam habet, reuerentię capax sit, facile fieri potest, vt honor & adoratio ipsi exhibita propter Deum, qui est eius exemplar, ob propriam dignitatem ei tribuatur. Idcirco asserit Vvaldens. multo melius imagines æneas, & ligneas, populo proponi, vt per illas exemplaria colantur: hæc namque, cum nullam in se dignitatem habeant, purius, & simplicius exemplar representant, & toto affectu venerandum exponunt.

S. Thom.
Albert.

Vvald.

Secluso periculo
quolibet
hominem posse
se adorari,
quamuis com-
muniter non
adoretur.

Verior sententia. Res omnes inanimas, & irracionales ritè adorari posse.

C A P V T II.



Respecta bene doctrina à nobis tradita 2. libro disput. 8. & 9. non solum imago depicta, & res sacra, autoritate publica in cultum Dei exposita, sed quæuis etiam alia res mundi, siue inanima, & irrationalis, siue rationalis, ex natura rei, & secluso periculo (de quo postea dicemus) ritè cum Deo, sicut imago ipsius, adorari potest. Hanc opinionem tradit Caiet.

Caiet.

Quomodo
res inanime
& irracionales
adorari debeant.

2. 2. q.

Probatur an
coritate.

2.2. q. 103. art. 3. ad quartum dubium; eaque facili ratione confirmari potest. Primum autē in hoc cap. de rebus inanimis, & irrationalibus, sequētib; verò de homine & creatura rationali, dicendum est. De inanimis ergo rebus, disertis verbis id docuit Leontius in illo quinto dialogo cōtra Iudæos, qui refertur in septima Synodo actione 4. ubi cum Iudæus dixisset, præceptum esse in Scriptura, nullam creaturam coli, & honorari, Christianus probavit ex ipsa Scriptura, terram, & montes adorari posse: ex illo psalmi 98. *adorate scabellum pedum eius*, quod Esaiæ 66. terra esse dicitur, & ex illo eiusdem Psalmi *adorate in monte sancto eius*. cui respondet Iudæus, his verbis. *Sed tamen non ut Deos, sed per illa eum, qui hac fecit adoras.* Quod responsum approbas Christianus, sic ait: *Fidelis sermo: quamobrem scias & tu, quod & ego per celum, terram, mare, ligna, lapides, reliquias, templa, crucem, angelos, homines, per omnem denique creaturam visibilem, & invisibilem, omnium autori Domino, & factori soli adorationem, & cultum exhibeam.* Non enim per se creatura autorem adorat; sed per me celi enarrant gloriam Dei; per me Deum adorat Luna; per me Deum glorificat astra. Subdit deinde, sicuti Rege aliquo bonam coronā, pulchram, & speciosam suis manibus contextente, omnes, qui bene erga Regem affecti sunt, eam amplectuntur, & coronam venerantur, non sane aurum, aut margaritas venerantes, sed verticem Regis, & doctas illas manus, quæ coronam fecerunt: ita o homo, Christianorum populus quascunque crucis & imaginum figuras amplectuntur; non ipsis lignis, aut lapidibus, vel auro, aut corruptibili imagini, aut capsulæ, aut reliquijs cultum præstaret, verum per hæc Deo omnium factori gloriā, venerationem & cultum exhibent. Hactenus Leontius: cuius verba adeò perspicua sunt, ut explicatione pro hac nostra sententia non egeant. Obiter quoque observandum est id, quod lib. 2. disp. 8. cap. 5. ex eodem Leōtio notauimus; nempe imagines venerandas esse, instar aliarum rerum insensibilium, ita ut tota mentis intentio in exemplar, non in imaginem feratur. siquidem Leontius asserit, dum imagines amplectuntur Christiani non ipsis, sed Deo cultum deferre: intelligit sane affectum seruitutis interiorē; nā exte-

Leontius

6

Psalm 98.
Esaiæ 66

7

exteriorem cultum, qui in amplexu, vel alio signo consistit, imagini etiam concedit, ut ex verbis citatis manifestū est. Idem de rebus omnibus inanimis apertissimè ex Leone primo inferius in hoc eodē cap. probabitur. Cum verò idem Leontius, in eodem dialogo circa finem cōtra Iudæum ait in hæc verba: *Cum igitur Christianos crucem adorare conspexeris, scito quia crucifixo Christo honos impenditur; tantum abest, ut lignum colant. Nam si ligni naturam adorarent, profecto omnes sylvas, & arbores adorando venerarentur:* intelligēdus est de adoratione in spiritu, & affectu seruitutis, quo in ipso ligno numē cōstitueretur. Nā de ea adoratione, quæ exhibetur corporaliter in signo, id nō negaret, cū per lapides, & alias inanimas creaturas, iā antea plane cōcessisset, Deū posse à nobis adorari. Quæ sensum sequentia verba manifestè indicant, quæ admodū (inquit ad Iudæū) *tu Israel aliquando hac (scilicet ligna) adorasti, ligno & arbori dicēs, tu mihi esto Deus, tu me produxisti.*

Ratione verò prædicta sententia confirmatur. Primum si imaginem pictam, quæ ratione, & anima caret, ritè adoramus, eo quòd exemplar representatum, cogitatione cū ea coniungimus, nec solum imaginem, sed vestem etiam re ipsa separatam à Rege, consideratione tamen cum eo coniunctam, colimus; sicut Iacob dum osculabatur vestē filij sui Ioseph, ipsum affectu honoris, & amoris prosequabatur, ut li. 2. disp. 8. cap. 5. ex eodē Leōtio retulimus: quid quæso, obstare pōt, quo min⁹ quacūq; rē mūdi cū Deo, qui in ea est secūdū essētiā, & quā cōtinuo virtute sua cōseruat, secluso periculo, adorare, & colere possim⁹; eiq; corpus inclinātes, & osculū insigētes, in Deū ipsū, illi⁹ autorē toto spiritu, sicut in prototypō imaginis, feramur? Neque enim vna solum ratio est, qua creatura cum Deo, vel cum aliquo Sancto cogitatione coniuncta, adorari legitimè potest: sed varias subesse contingit. Prima quidem est, representatio, & hæc est in imagine: secūda, contactus realis etiā præteritus; & hæc est in his, quæ Christum aut Sāctum tetigerunt; ut in cruce, clavis, veste, & alijs: tertia est, cū res, quæ adoratur, fuit aliquid ipsius Sācti, quales sūt reliquie corporis

Explicatur
locus ex Leō
tio.

Prior ratio
prædicta sen
tentia.

Varia ratio
nempe: ob quas
creatura cum
Deo & Sāc
ctis coniungi
& adorari
pōt.

9

corporis ipsius, quolibet enim ex his modis cogitare quis potest, in re illa inanima, ut in imagine, veste, aut osse, rem ipsam rationalem (Christum scilicet vel Sanctum) presentem & ipsi coniunctam. Quartam etiam addere possumus: nam cum qualibet res mundi sit opus Dei, & in ea Deus continuo sit, & operetur; facilius in ea ipsum cogitare possumus, quam virum sanctum in veste, quam habuit: tunc ergo nullo modo dignitatem ipsius rei creatae attendentes, in solum Deum affectum nostrum intendere; ipsi vero creaturae signum, & notam submissionis, osculo, aut inclinatione praebere, nec inane, nec superstitiosum, sed eximia religionis opus erit. Si enim Iacob, Genes. 28. erexit lapidem in titulum, unxitque oleo; & per illum, & in illo Deum adoravit, postquam eo loco mirabilem visionem in somniis vidit, & expergefactus dixit: *Vere locus iste sanctus est*: non quod in eo loco, aliquid sanctitatis esse putaret; sed quod in eo sanctus Deus apparere dignatus est: cur quorsum non poterit quisque recta, & sincera fide, Deum in qualibet re intime presentem considerans, in ipsa, & cum ipsa adorare, & hoc animo sibi in titulum & recordationem erigere? Huius adorationis, qua per lapidem erectum, Iacob Deum adoravit, meminit Leontius in 5. illo dialogo his verbis: *Adde Iacob, qui per lapidem Deum veneratus, constituens eum, unxit in typum summi angularis lapidis.* Eodem pacto quisque Fidelis apud se considerans terram hanc, quam calcamus, esse scabellum pedum Domini, iuxta Esaiam cap. 66. ad terram se inclinare, & prosternere potest: ut ait Augustinus in expositione Psal. 98. in illud, *Adorate scabellum,* &c. ita tamen, ut spiritus, & affectus in Deo, qui sanctus est, positus sit, ut ibidem admonet Augustinus, eo namque potest, terram osculari. Eodem ergo modo, atque res sacras potest quisque terram adorare, verba Augustini habes 1. libro disputatione 4. cap. 6.

Præterea creatura irrationalis, & inanimata potest esse materia iuramenti, qui est actus religionis: ita ut dum per illam iuramus, nullam aliam in ipsa veritatem agnoscamus, quam diuinam: nec ipsam ut superiorem nobis, in re-

Confirmatur
exemplo Iacob
cum lapide
erexit.

Gen. 28.

Leont.

10

stem vocemus, sed Deum, cuius veritas in ipsa relucet; ideoque dixit Dominus Matth. 5. *Nolite iurare per celum, quia Deus thronus est, neque per terram, quia, &c.* quævis ergo creatura poterit esse materia adorationis, quæ non ad ipsam secundum se, sed ad Deum in illa terminetur. Frustra igitur Vvicesistæ obijciebant Christianis imagines colentibus, ipsos quoque modulū straminis adorare posse, quod in eo vestigium aliquod sit Trinitatis: idem enim Leontius, de modulo straminis, quod de quacunque re mundi libenter fateretur, tantum abest, ut absurdum iudicari debeat.

Leont.

Caiet.

II

Leo 1.

Ob id tamen, non dicimus, quamlibet rem posse publice adorandam populo proponi: esset enim multis manifesta causa periculi, ut statim explicabitur: periculum verò in hoc genere adorationis accideret, ut bene notavit Caiet. non quidem illis, qui sincere rem quamlibet, & Deum in ea considerantes, ipsam adorarent, sed rudi populo, si quælibet res indiscriminatim adoranda proponeretur. Neque enim ita facile in alijs omnibus rebus, ignorantes, & rudes possunt Deum apprehendere sicut in imagine, & in alijs rebus sacris, quæ in Dei cultum constituta sunt. Accedit etiam, quod in aliquibus, ut in brutis animantibus, & rebus sordidis, Deo exhibere notam submissionis primo aspectu indecens apparet; id tamen non obest, quominus suapte natura in qualibet re mundi, Deum ipsum adorare liceat: imò & sanctos homines, seu Angelos, si eos cum rebus illis cogitatione nostra possimus coniungere. Demum cum adorare res inanimas, specimen habeat superstitionis, non debet id publice fieri, ut ex Leone 1. statim patebit. Hac etiã de causa sit, ut imagines, & alia res, quæ in cultum Dei, aut Sanctorum publice proponuntur, dicantur sacre, & veneranda, quia communis illarum usus est ad venerationem: contra vero res alie communes, licet ad venerationem Dei seruire possint, non dicantur veneranda, nec sacra, quia adhuc usum adorationis, nec omnibus, nec communiter seruiunt. Quam obrem cum Thom. Vvald. asserit, signum solum euidens sensui in ratione signi, adorandum esse: si intelligat, id tantum

Cur inanimata
non sint proponenda ut
adorentur.

Solvitur ratio
Vvicesistæ.

A a propo-

proponendum esse populo publicè ab omnibus colendum; verum docet: si tamè affirmet, nullum aliud adorari posse, falsum est, vt iam demonstrauimus, & cōtra expressam Leontij sententiam, quam retulimus. Quod vero Athanasius in libro questionum ad Antiochum quæst. 16. Leontius in dialogo citato, & Damasc. libro 4. de fide cap. 12. asserunt, tunc solum ligna crucis cuiuscunq; à nobis adorari, quando coniuncta figuram crucis efficiunt, non autè ipsa figura iam soluta, intelligendum est; non quia non possimus tunc etiam lignum ex eadem memoria Christi, & affectu circa ipsum colere, & exosculari: sed quia non est consuetum ob periculum, quod explicauimus, ligna publicè adoranda proponere, nisi sub figura crucis.

Cur partes crucis, soluta crucis figura, non adorentur.

Solutio primi argumenti contrariorum.

Iam ad argumenta prioris sententiæ, quæ præcedenti cap. probant, cuiuslibet rei inanimatæ non posse cultū adorationis deferri, facile respondetur: ad primum, quod ex Augustini testimonio sumptum erat, dico, Augustinum eo loco nō loqui de illarum rerum adoratione, quatenus ad Deum, cuius ipsæ vestigiū, & effectus sunt, terminari debet; sed de adoratione ipsarum, secundum se, quam ipse merito inficiatur: atq; hoc modo negat, Solē adorari posse. Ex eo namq; quod res aliqua inanima sit Dei vestigiū aut figura, non habet in se dignitatem, aut numen, cui reuerentia ex animo tribuatur: sicut homo. Hic enim ita est Dei imago, & similitudo, vt eo ipso, nisi peccatis eam deformet, excellentiam & dignitatem habeat, cui reuerentiā aliquam debeamus: ob id tamen, non negat August. eo modo, quem nos ex sententiā Leontij, explicauimus, per quamlibet rem inanimam, Deum posse à nobis coli, & adorari.

Notanda auctoritas D. Leonis.

Atq; in eundem modum intelligendus est Leo 1. in sermone 7. de Natiuitate Domini, in medio, vt ex ipsius etiā verbis, plane colligitur, dum prauam consuetudinem Romanorum reprehendit: qui priusquam ad beati Petri Basilicā peruenirent, superatis gradibus, quibus ad suggestū ante superioris ascenditur, conuerso corpore, ad nascentem se solem reflectebant, & curuatis ceruicibus, in honorem

Athan. Leontius Damasc.

12

Aug.

Leont. 13

Leo 1.

norem se splendidi orbis inclinabant. Nō enim reprehendit Leo, quod omnes solem ita adorarent, vt arbitrarentur, ipsi virtutem, aut numen aliquod inesse; id namque nullus existimabat, vt aperte ipse supponit: sed quod illud speciem ethnicae superstitionis haberet. Subiungit enim statim hæc verba. *Quia etsi quidam forè creatorem potius pulchri luminis, quam ipsum lumen, quod est creatura, venerantur abstinentum tamen est ab ipsa huiusmodi specie officij, quā cū in nostris inuenit, qui Deorum cultum relinquit, nōne hanc secum partem opinionis vetustæ, tāquam probabilem retentabit quam Christianis, & impijs viderit esse communem?* Quibus verbis manifestè cōcedit Leo, potuisse aliquem, inclinata ceruice ipsi soli absque vlllo crimine, potius autorem luminis, quam ipsum solem colere; etiam si solem, signo & nota exteriori adoraret, dummodo affectu in autorem illius ferretur: sic enim vere diceretur, potius autorem luminis, quā ipsum solem venerari, iuxta Patrum doctrinam à nobis explicatam, libro 2. disputatione 8. cap. 5. & 13. Deinde, nonnullis interpositis, modum rectè adorandi hæc omnia inanimata, tradit his verbis. *Vtere, quomodo vtendum est, visibilibus creaturis, sicut vteris terra, mari, celo, aere, fontibus, atq; fluminibus, & quidquid in eis pulchrum, atque mirabile est, refer ad laudem, & gloriam conditoris.* Id ipsum alijs verbis dixerat sermone 2. de Natiuitate in fine: *Sol, Luna, sydera sint commoda vtentibus, sint speciosa cernentibus, sed ita, vt de illis gratiæ referantur auctori, & adoretur Deus, qui condidit: non creatura, quæ seruit.* Vbi quāuis Leo nō dicat, his rebus notam externam submissionis esse exhibendam, id non prohibet, modo ad laudem, & cultum cōditoris omnia referantur. Nam quod dixit sermone secundo de Natiuitate, nempe Deum, non creaturam esse adorandam, intelligendū est de spiritu seruitutis, qui est in adoratione, qui Deo soli debetur. Sic enim multi Patres vsurpant nomen adorationis, vt 1. libro, disputatione prima, capite 1. notauimus.

14

Leo 1.

15

Ad secundum ex testimonio Leontij, respondeo, cū negauit, nos adorare in imagine ligni, colorumue naturæ; lo-

Solutio secundæ argumenti.

quutum fuisse de adoratione, quæ fieret in spiritu submissionis, & in ipso ligno infumeretur. Iconomachi enim contra colētes imagines, hoc vt absurdū inferebant, quod in ligno, & coloribus eorum sisteret deuotio. Negat ergo Leontius, hoc modo nos adorare imagines. Cum vero subiungit: *Sed ego adoro inanimatum Christi characterem*, non concedit illi per se adorationem, cuius spiritus, & deuotio in ipso infumatur, sed quæ ad exemplar transeat; subiungit enim: *Hunc enim cum habeo*, scilicet inanimatum characterem, *Per ipsum, Christum me tenere, & adorare mihi uideor.* Quomodo autem id ipsum, per reliquas creaturas inanimas fieri possit, ex eodem Leontio supra monstraui-
mus: quare nullo modo sibi contraria docuit.

Leont.

Solutio tertij argumenti.

Tertium verò argumentum, quod erat Alexandri, quam sit friuolum, satis apparet. Neque enim vestigiū, quod est in creatura irrationali, proximè refert hominem, remotè verò Deum, vt putauit ipse. id namque vix explicari, nedum probari potest. Neque, si ita esset, aliquid obstar, quo minus cū quacumq; re inanima posset quis Deū cogitatione coniungere, qui re ipsa per essentiam omnibus intimè præsens est; ac proinde cū Deo, eam simul adorare, vt explicatum manet.

16.

Hominem adorari posse eodem motu adorationis cum Deo, si animus in hominis dignitatem non feratur.

C A P V T III.



DE homine, qui factus ad similitudinem Dei viua ipsius imago dicitur, bifariam loqui possumus. Primum nulla in ipso considerata dignitate, ac si res inanima esset: deinde, propriam ipsius excellentiā attendentes: de priori erit nobis in hoc capite disputandum; de posteriori in sequenti differemus. Hominis igitur priori illo modo considerati eadem prorsus ratio est, atque cuiusque al-

17

que alterius rei: vt in illo, & per illum, Deum possimus adorare; ipsum etiam sub eodem motu adorationis complectentes, sicut exemplar in sua imagine. In hac autē parte nobiscum consentiunt Alex. S. Thom. Vvald. & Caiet. locis allegatis in r. cap. atq; rationes superiori capite factæ pro rebus inanimatis manifestè id demōstrant. Si enim in illis rebus, Deum concipere possumus, quod in eis sit per essentiam, & operationē; multo melius in homine, in quo mirabilia operatur, possumus eū apprehendere, ac proinde in homine, & cum homine ipsum adorare, ita vt animus noster, & affectus seruitutis in solam Dei excellentiā feratur, quam in homine cōsideramus: in ipsum verò hominem nota submissionis & reuerentiæ corporaliter terminetur: spiritu tamen in ipsum quoq; Deum transmissa perueniat. Simile quid inter homines accidere solet, quando alicuius Regis legatus, nomine ipsius celebrat matrimonium: tunc enim, non vt legatus, considerata etiam dignitate, quam ex munere & officio legati, super propriam fortunam, habet; sed attendita dignitatē Regis, cuius personam in ea solum actione publica gerit, in primo loco cōuiuij, cum ipsa Regina, quam pro eō duxit in coniugē, inter alios Principes, & Reges sedet. Hic enim honor nō tribuitur ei, ex affectu & reuerentia, circa ipsum, sed Regi, quē representat, ipsi verò in signo & nota exteriori.

Alex.
S. Thom.
Vvald.
Caiet.

Quo pacto in homine quocumque possumus Deum a tria adorare.

Pulchra similitudo legationis licuius regis.

18

De amore caritatis, eodem modo philosophandum est. Cum enim amare, sit velle alicui bonum, idemmet actus amoris, vt optimè docuerunt S. Thom. & Caiet. 1. 2. q. 26. art. 4. habitudine ad illum, cui volumus bonum, dicitur amor amicitie, & caritatis, ex cuius complacentia desideramus bonū: respectu verò boni, quod desideramus, dicitur amor concupiscentiæ. Bifariam ergo amor caritatis ad hominem referri potest. Primum, cum ei volumus aliquid bonum quatenus bonum illius est, ex complacentia ipsius: & hoc modo est amor amicitie ipsius proximi, non Dei, nisi remote, & communi quadā ratione, qua quis dicitur Deum diligere; quatenus diligēs proximum, aut faciens aliquid aliud, secundum virtutem, dicitur facere Dei

S. Thom.
Caiet.

In eodem actu amoris est respectus concupiscentie & amicitie.

Amor caritatis bifariam a proximo referatur.

voluntatem: hic verò modus diligendi proximum, potest non ineptè cum eo modo adorationis, & cultus comparari, quo sanctos homines, ob ipsorum sanctitatis excellentiam veneramur, de quo sequenti cap. dicemus.

Deinde possumus diligere hominem, desiderando ei bonum, quod reuera bonum eius est, non ex cõplacentia erga ipsum, sed erga Deum, quatenus illud bonũ hominis, vt bonum etiã Dei, apprehendimus, atq; id ea ratione desideramus: vt cum ardèter cupimus, proximum à peccato iustificari, nõ ex affectu cõplacẽtiæ erga ipsum, sed ex cõplacentia erga Deum, quem in proximo iustificato volumus laudari & glorificari, & hoc modo proximus non est ille, qui diligitur amore amicitie, sed est materia dilectionis Dei, prout in eo est quoddã bonum, quod licet sit ipsi bonum, est etiam quodammodo bonũ Dei, & vt bonum Dei, ex complacentia circa ipsum, desideramus. Eodẽ tamen motu amoris, fertur affectus hoc modo in proximũ, & in Deum, qui rectè comparatur cum eo modo adorationis quo nunc dicebamus Deum in homine, & per hominem, & cum homine, eodem motu adorationis coli, & adorari posse: nulla in ipso homine, dignitatis excellentia considerata.

Hunc autẽ modum adorandi hominem, eodẽ motu adorationis cum Deo, quidam conantur ex Patribus probare. Ex Greg. Nyssẽ. in libro de opificio hominis cap. 4. Cyrillo Hierosolymit. catechesi. 12. Aug. epistola 203. cũ explicat, quare in titulo dixerit, *honorabili fratri*, Damasc. lib. 4. de fide cap. 17. in principio. Verum hi Patres non de adoratione hominis, ratione solius excellentiæ Dei, quẽ representat, sed ratione suæ propriæ dignitatis expressè loquuntur: de qua non est nobis nunc controuersia.

Meliùs videretur probari ex Leontio, loco superius allegato, vbi per omnes res mundi, fatetur, se Deum adorare, inter quas eodẽ modo animatas, & rationales, atq; irracionales, & inanimatas, conumerat: de omnibus ergo eodẽ modo sensit, sed creaturas inanimatas, nõ possumus cultu aliquo venerari, nisi quatenus, nulla in eis considerata excellentia,

20

Nyssa.
Cyrill.
Hieros.
Aug.
Damasc.

Leont.

21

cellentia, Deum cũ ipsis cogitatione cõiungimus, vt præcedenti capite expositũ est: ergo sensit Leontius, per homines etiã & Angelos, nulla in eis dignitate cõsiderata, Deũ in ipsis, & cũ ipsis, posse adorari: de quo in hoc capite tractamus. Caterũ, Leontium quoq; loqui, non de hoc genere adorandi hominem, aut Angelum; sed de alio, quẽ sequenti capite dicemus, ibidẽ non obscurè monstrabitur.

Quomodo vero propter periculum, non deceat, quemlibet hominẽ adorandum publicè proponere, sed cum solũ, cui ratione propriẽ virtutis, & iustitiæ à Deo sibi cõmunicatẽ, cultus & adoratio debetur, ex superioribus factis constat. Accedit, quòd homines non sanctos colere, etiã si recto animo (vt diximus) id fiat, speciem habet ethniciæ superstitionis, ob quam solam rationẽ si alia nõ esset, permitti nullo modo deberet. Vbi tamen nullum esset periculum, nec specimen superstitionis, is qui sincera fide, & recta animi intentione, sicut nos explicauimus, quemlibet hominem exterius honoraret, & in eo Deum etiam agnosceret, nõ solũ nullo crimine notari posset, sed maxima laude dignus esset.

22

Contra prædicta obijciat aliquis in hunc modũ. Si potest Deus in homine adorari, ipso homine, secundũ se, nõ adorato, & Deus in homine diligi, ipso homine non dilecto; posset etiã Deo in homine iniuria fieri, ipso homine nõ lesõ, vel iniuria affecto: at hoc fieri nequit, vt patet: ergo nec illud. Respondeo: quod attinet ad peccatũ odij, quod interius cõsummat, & respondet vel opponitur dilectioni, quæ etiam in affectu sistit, & perficitur; potest quis in proximo, odio habere Deum, etiã si odio non habeat proximum: potest enim desiderare lapsum alicuius hominis, qui reuera malum illius est, non ex displicentia personæ ipsius, & quia malum illius est, sed ex displicentia Dei, & quatenus, vt malũ, & iniuriã eius apprehẽdit, sicut etiã potest diligere in proximo Deũ, nõ diligẽdo proximũ ipsum: & in hoc equa ratio est vtriusq; cõtrarij. In materia quoq; religionis potest fieri iniuria Deo in homine, nulla ipsi homini facta. Nam si quis ita colat hominem aliquẽ, eiq; of-

A a 4 culum,

Vtrum quilibet homo publice sit adorandus, an homo autaxat.

Obiectio.

Solutio.

In homine potest Deum iniuria affectõ lesõ ipso homine.

culum, aut aliam exteriorem honoris notam exhibeat, ut animum patrię, quę in Deum intendere deberet, in ipsum hominem conuertat; iniuriam irrogat, nõ homini, sed soli Deo, contra religionis cultum, quem illi soli debebat.

Quomodo creatura rationalis, quę est imago viua Dei, ratione suę dignitatis colenda sit.

CAPVT IIII.

Homo & angelus viua Dei imago dupliciter.



Posteriori modo cõsideratur viua Dei imago, & similitudo, homo scilicet, aut Angelus, quatenus in se dignitatẽ aliquam, à Deo communicatam, & sibi propriam, habet: quę duplex est. Quædam ex dono, & gratia creationis, prout scilicet creatura rationalis, rationis & arbitrij particeps est, & hoc modo debetur illi reuerentia, & honor quidam ciuilis, atque urbanus, non solum, quatenus honore inuicem quisque alterum præuenire debet, iuxta Apostolum ad Rom. 12. sed quatenus arbitrio, & ratione, vel publica autoritate, vnus alterum antecellit: alia verò dignitas est gratiæ recte operandi, & iustificationis: qua vltra donum creationis, homo à Deo per singulas occasiones dirigitur, quoad vsq; iustificetur: in qua etiam relucet Deus, ut in vestigio, & imagine sua: & ratione huius iustificationis, debetur creaturæ rationali honor, & adoratio plusquam ciuilis: de qua 1. lib. disput. 6. & 7. dictum est. Atq; hinc apparet discrimen manifestum inter imaginem pictam, seu sculptam, quę in anima est, & creaturam rationalem, quę est viua similitudo: quod hæc, secundum se, capax est adorationis, & honoris, qui in ipsa, ut in integro termino, spiritu submissionis cõpleatur: at imago picta, aut sculpta, signo quidem, & simplici affectu adorari potest: affectus tamen seruitutis in exemplar intẽrus esse debet, ut 2. libro disput. 8. explicauimus. Perinde se habet legatus Regis, ut ibidẽ sepius notauimus, atq; imago viua Dei in eo, quod secundum se, tanquam integer terminus, capax est adorationis, & cultus. Ratio verò discriminis assignata à nobis est

23

Paul.

24

Homini quãdo, & quomodo ciuilis honor debeatur.

Hominis iustificato debetur plusquam ciuilis honor.

Imago per se non potest esse completus terminus adorationis, at creatura rationalis potest.

bis est cap. 8. illius disputationis; quia legatus à Rege, & creatura rationalis à Deo, cuius imago dicitur, accipiunt dignitatem in se aliquam, cui honor, & adoratio debetur, non solum in signo & simplici affectu, sed etiam in spiritu seruitutis & submissionis. Potest enim aliquis, & legatũ, & creaturam rationalem, ratione illius dignitatis, quam in se habet, superiorem agnoscere; ac proinde signo & affectu se illi submittere, etiamsi tunc expressẽ non se submittat Regi, cuius est legatus, aut Deo, cuius est similitudo: at imago depicta, seu sculpta nullam in se ab exemplari dignitatem, aut excellentiam habet; sed tota eius dignitas est ipsum exemplar in ea conclusum: atq; adẽ nullus imagini secundum se, in spiritu & veritate, seruum se debet exhibere, sed exẽplari in imagine, ut latius ibidẽ demonstratum est. Eodem modo de dilectione fratris philosophari debemus. Nam quando ei volumus bonũ, quatenus ipsius bonum est, & ex cõplacencia ipsius, amor proximẽ terminatur ad fratrem, non ad Deum, & ipse, non Deus, eo amore dicitur amari: Deus autem cõmuni quadam ratione, & remotẽ solum; quatenus scilicet aliquis, eum dicitur diligere, qui eius mandatis, & præceptis obsequitur. Hic verò modus diligendi fratrem optimẽ comparatur cum eo modo adorationis, quo fratrem secundũ se, ratione suę dignitatis veneramur, ut superiori capite notauimus. Vterq; enim motus, tam adorationis, quã dilectionis, ad ipsum fratrem, non ad Deum, proximẽ terminatur.

25

26

Leont.

De hoc genere cultus, & adorationis Sanctorum, existimo, loquutos fuisse Patres cap. 3. cõmemoratos, ut legenti constare potest: Leontium quoque, de quo maior est difficultas, eodem modo intelligendum esse, ex verbis ipsius perspicuẽ colligitur. Nam quamuis sub eadem regula, res omnes, tam inanimas, quã rationales comprehendisse videatur: non eodem modo de inanimis, atque de rationalibus loquutus est. De veste enim Ioseph, quam Iacob osculatus est, sic ait. *Non ipsam vestem diligendo, aut honorando, hoc fecit: sed per eam arbitratus est, se Ioseph osculari, & paulõ*

Legati & imaginis discrimen

Collatio amoris proximẽ cum adoratione, quę per se terminatur complete ad creaturam rationalem.

Locus Leontij de adoratione Sanctis exhibitus.

inferius, de virga Ioseph, cuius verticem idem Iacob adoravit, eodem omnino modo loquitur: & post verba recitata cap. 2. huius disputationis, quibus docet per omnes res mundi, creatorem ipsarum adorari posse; illico subiungit: Ita Christianorum populus, quascunque crucis, & imaginum eius figuras amplectuntur, non ipsis lignis, aut lapidibus, vel auro, aut corruptibili imagini, aut capsula, aut reliquijs cultum præstat: verum per hæc, Deo omnium factori gloriam, venerationem, & cultum exhibent: siquidem qui in Sanctos impenditur honor, in ipsum recurrit. Imago enim Dei est, qui secundum Dei imaginem homo factus est, maxime qui Spiritum sanctum in habitaculum suum recipit. Iuste itaque imaginem Dei servorum venerans, & adorans, donum Sancti spiritus glorificat. Huc vsque Leontius.

27

Exponitur prædictum est monium.

In quibus verbis primum observa, cum de imagine picta, reliquijs, & alijs rebus inanimis loquitur, ait, eas non adorari: intelligit verò, vt 2. libro disp. 8. cap. 13. explicauimus, affectu, & spiritu seruitutis; bene tamen signo, & nota exteriori. Cum verò de homine sermonem habet, & per ipsum inquit Deum coli, sicut dixerat, per imaginem, exemplar, non asserit, non hominem, sed Deum tunc adorari sic enim, notam honoris, & submissionis cum simplici affectu, sicut imagini pictæ, homini Sancto seruaret, non spiritum submissionis, quod est absurdum: sed absolute dixit, ipsum coli, & per ipsum, Deum. Signum ergo est, Leontium planè sensisse, cultum Sanctis exhibitum, ad ipsos integre, & secundum notam, & secundum affectum seruitutis terminari: ad Deum verò remotè, & comuni quadam ratione solum, quatenus secundum voluntatem illius, & præceptum, hæc Sanctorum veneratio est; sicut de dilectione etiam diximus.

Nota.

Deinde, in eisdem verbis Leontij nota, cum de reliquijs loquitur, asserit, eas non adorari, quod eodem modo, quæ antea de imaginibus dicebamus, intelligendum est: subdit tamen, per illas Deum omnium factorem adorari. Reddit vero rationem dicens. *Siquidem, qui in Sanctos impenditur honor, in ipsum recurrit: non dicit, siquidem, qui in reliquijs impenditur honor, in ipsum Deum recurrit.* Cum enim dixisset, reliquias

28

liquias non adorari, sed auctori omnium Deo honorem per eas deferri; non rectè subiungeret, *siquidem, qui in reliquijs impenditur honor, in ipsum Deum recurrit.* Videretur enim, astruere, quod paucis ante verbis negauerat. Ceterum, quia nunquam dixerat, Sanctos Dei non adorari, aut coli; sed Deum ipsorum: imò verò, pleno ore dixerat, ipsos adorari, optimè de eorum cultu, & reuerentia inquit, in Deum tandem referri. Necessè autem est, de cultu & adoratione, quæ fit in spiritu & affectu submissionis, id intelligere: nam ea, quæ in nota & simplici affectu consistit, reliquijs etiam exhibetur: de illa ergo quæ in spiritu Sanctis per reliquias, & in reliquijs tribuitur, merito ait, in Deum quoque recurrere: quia communi illa ratione, quam paulò antè diximus, in Deum redundat.

29


Postremo, cum Leontius dicat, hominem adorari, quia factus est ad imaginem Dei, tunc præsertim, quando in se Spiritum sanctum habet: planè indicat, se loqui de cultu, quem homini secundum se exhibemus, ratione excellenti, quam à Deo communicatam, in se habet, & gratia creationis, & reparationis: atque eatenus etiam ipsum Spiritum sanctum ea adoratione à nobis honorari asserit; quatenus in homine iusto, donum ipsius, scilicet gratiam, vel hominem Sanctum, propter ipsam, veneramus. Non ergo loquitur Leontius de eo modo adorandi hominem, quo res inanimas adoramus: de quo superiori capite diximus: quanquam & hoc modo, homo etiam adorari potest: sed de alio secundo modo, de quo in hoc capite hactenus dictum est. Et in hunc sensum, alios etiam Patres commemoratos loqui perspicuum erit legenti. Ex hoc Leontij testimonio diximus lib. 2. disputat. 8. cap. 4. iuxta doctrinam Patrum, adorationem Sanctorum non eodem modo in Deum transire, atque adorationem imaginum, & rerum inanimatarum. Quomodo autem reliquias, quæ non sunt admodum certæ, possint adorari, postrema disputatione, cap. ultimo dicemus.

An sit

An sit peccatum, adorare radium luminis, vel speciem Crucifixi, sub qua demon delitescit.

30

CAPVT V.



X iactis fundamentis in 2. & 3. libro, quid in hac proposita dubitatione dicendum sit, facile colligitur: breuiter tamē quid alij senserint, prius referemus. Antistoderen. lib. 3. summæ tractatu 8. cap. 4. q. 5. in corpore & ad 3. & 4. & q. incidēti, quæ habetur in quæst. principali: Alex. 3. p. q. 30. m. 3. art. 1. §. 3. Bonauent. in 3. d. 9. art. 1. q. 6. Marsilius in 3. q. 8. art. 2. ad 5. dubium: Adria. quodlib. 4. art. 1. principali in 3. puncto affirmant, nullum posse à peccato idololatriæ excusari, qui his apparitionibus cultum, & adorationem absolutè, & sine expressa conditione defert. Probāt verò, quia cū ille possit vno ex duobus modis, periculū illud euadere; voluntariè, & præcipiti animo se illi exponit, si absque vlla conditione adorat. Vnus modus est, oratione interna à Deo postulare veram cognitionem, & illustrationem, quam sine dubio quisque consequetur, si fecerit id, quod ex se potest, & debet. Quare arbitrantur, ignorantiam illam, qua putat aliquis, ibi Deum apparere, cum reuera sit dæmon, semper esse vincibilem, quæ à culpa non excusat. Alter modus excusandi à culpa est, adorationis cultum sub conditione, & non absolutè illi deferre hoc modo: *Si es verus Deus, te adoro*, quam sanè cōditionem, dicunt, debere esse expressam, nec satis esse, si sit in sola habituali animi præparatione. In eorum igitur sentētia, qui absolutè adorat eū, qui apparet, etiam si putet esse Deum, cum reuera sit dæmon, semper idololatriæ crimen committit: quia aut ignorantiam vincere poterat, aut, addita conditione prædicta, affectum cohibere, & corrigere, ne sine freno in figmentum illud ferretur. Idemq; docere debent, etiam si ille, qui apparuit, reuera esset Deus, quia simili se periculo exposuit, vt etiam si esset dæmon eum adoraret.

Antistod.

Alex.
Bonau.
Marsil.
Adria.

31

Hæc

Hæc sententia manifestè falsa est: ideoq; præsertim explodendam censeo, quòd adeò leui fundamento, tam seuerè, simplices, & ignorantes condemnet, vt nulla ratione, in eo casu, inuincibilem ignorationem posse esse concedat: cum multò facilius sit circa factum, quam circa ius eā contingere. Quare cum eodem Adriano in 4. post quæst. 5. de confessione, dub. 7. §. Respondeo ad primum. in primis existimo, in eo casu, frequenter accidere posse ignorantiam sine culpa, in rudibus præsertim, qui de his rebus minimè instructi sunt. Tunc verò inuincibilis, seu probabilis iudicari debet ignorantia iuxta regulas, quas trademus in 1. 2. q. 76. quæ est de ignorantia: quando nulla prorsus occurrit ratio dubitandi, aut credēdi oppositum, sed simplici animo quis persuasus fuit, illum esse Deum, nec aduertit vilo modo quidquā ibi esse periculi, aut conditione illa adiecta, periculum, si quod esset, auferri posse. Vt enim aliqua ignorantia vincibilis dicatur, & culpabilis, vt ibidem latius demonstrabitur, debet aliquem locum cōsultationi in contrariam partem relinquere: alioqui humana diligentia, quæ cōsultatione debet adhiberi, vinci, & superari non poterit: tūc autem non relinquit ignorantia, quam nulla ratio dubitandi præcedit, aut comitatur: ergo talis erit inuincibilis: ac proinde concedere deberēt autores superius citati, in eo casu aliquem posse excusari ratione ignorantie inuincibilis. Nam quod de remedio orationis ipsi asserunt, eandem cōtinet difficultatem. Sicut enim quis omnino ignorare potest, vtrū ille, qui apparet, sit dæmon, vel Deus: sic etiam potest prorsus non aduertere, esse necessarium, tunc orare. Vnde & contingere potest naturalis inconsiderantia ipsiusmet remedij adhibendi, quo ignorantia illa vincenda esset; quæ inconsiderantia similiter erit sine culpa, & inuincibilis. Vt enim superius dixi, nisi aliquis sit locus dubitationi industria humana nec incōsiderantia, nec ignorantia superari potest.

33:

Secundò, etiam si ignorantia quis in eo casu non posset ab idololatria excusari, potest tamē alio multo faciliori modo. Vt enim sepius in hoc opere inculcatū est, affectus.

Quomodo ad oratio exhibēda in apparitionibus se sententia auctoris

Ignorantia culpabilis conditiones.

Prima opinio huiusmodi ad oratores esse idololatrias.

Argumentum rem plene demonstrat.

affectus interior, qui fertur in excellentiam apprehensam rei, quam adoramus, dirigit omne opus exterioris adorationis: talisque virtutis est, ut per quamlibet rem mundi, illud exterius signum in Deum ipsum transferre, & dirigere possit: atque ita ex intentione animi sincera, & pura quodlibet exterius opus, est veræ religionis: sicut ergo homo per lapidem aut in lapide potest Deum hac sincera fide colere; sic etiam in radio luminis, quod apparet, poterit ex recta circa Deum intentione, & affectu, ipsum venerari, et quamvis ibi esset Dæmon, ipsi nullo modo aut affectus servitutis, aut exterior nota submissionis exhiberetur. De affectu satis pater: hic enim sequitur apprehensionem; si ergo ille Deum ibi apprehenderet, non Dæmonem, affectus eius circa Deum, non circa Dæmonem versaretur. De signo exteriori probatur, quia signum in id ipsum fertur, in quod tendit affectus submissionis. Nam licet corporaliter exterioribus rebus deferatur: spiritu tamen & affectu servitutis in rem, quam apprehendimus excellentem, transfertur. Sic ergo non est necessaria ignorantia, ut ab idololatriæ crimine ille excusetur, qui in radio illo luminis, vel specie crucifixi, sub qua Dæmon dilitescit, Deum adorat. Quare, nec conditionem expresse addere oportet, ut recte, & legitime adoratio fiat; & multo minus ea exprimenda est, quando Eucharistiam adoramus; ut optime tradunt Alex. 3. p. q. 30. in 3. ar. 1. §. 3. in fine. S. Tho. in 3. d. 9. q. 1. a. 2. q. 6. ad 2. Bonaventura. q. 6. citata: qui cum dicant, necessariam esse expressam conditionem, quando adoratur Christus in specie crucifixi, ubi Dæmon dilitescit: affirmant tamen, eam non esse necessariam, ut adoretur in hostia consecrata. Idem sensit Gabriel, in canone lect. 50. Quinimò ut Caieta. 2. 2. q. 1. art. 3. & Ioan. Hesselanus in lib. de Eucharistia, & Claudius Sainctes in lib. de Eucharistia repetitione 9. cap. 4. docent, male faceret, qui adderet conditionem, ut securus adoreret. Et quidem, cum adoratio fiat recta intentione, ut diximus, non potest non conditio habitualis (ut aiunt) sub ea contineri.

In apparitione Tertio illud cautè in hisce apparitionibus observandum est, in

34

Alex. S. Thom. Bonaven.

Gabri. Ioan. Hesselan. Claud.

est, in quo non modicum periculum esse solet, ut tota consideratione attendamus, ad quidnam illud, quod apparet, nos moueat, ne forsan dulcedine ipsius, quæ initio gustauimus, decepti, deinde suggestionibus eius malignis facile acquiescamus. Atque hinc discernere debemus, utrum Dei, an Dæmonis fuerit illa apparitio. Ex ipsius enim affectis, & suasionibus facile dignosci potest. In modo tamè adorandi, ut à nobis explicatus est, periculum aliud esse nequit: quare nec illam conditionem adijcere necesse est: id quod de adoratione quoque hostiæ consecratæ dicere debemus: propter illud tamen periculum, ne Dæmon ulterius in sua suggestionem procedat, non liceret, nec recta intentione, illam apparitionem adorare. Cæterum quoad hoc, sicut ignorantia vincibilis, & culpabilis accidere potest: sic etiam inuincibilis, quæ & ab hoc periculo simplex aliquis in principio (quando nondum illud apparet) excusari posset: atque in hoc casu locum habebit sententia autorum, quos allegauimus, tametsi ipsi in alio sensu loqui videantur. Propter hoc periculum, quod dixi, rectè Sanctus quidam, ut refert Bonaventura, cum ei quid simile appareret in modum crucifixi, respondit: *nolo Christum in hac vita videre*. Id quod Bonaventura summopere laudauit.

Quarto præter hæc, attendi debet, an in adoratione talium apparitionum scandalum aliquod exterius, aut nota esse possit: tunc enim ratione illius, non liceret etiam sincera fide, & intentione adorare.

Respondetur duobus argumentis, quæ supererant ex octaua disputatione secundi libri.

36

C A P V T VI.



Prædicta doctrina in tota hac disputatione tradita, responderi potest ad duo argumenta, quæ lib. 2. disp. 8. cap. 13. attigimus, & pro 1. & 2. sententia, in ea disput. impugnatis, afferri solent.

Primum

In quovaleat
comparatio ad
orationis ima-
ginis cum amo-
re proximi.

Primum est, sicut possumus amore caritatis, propter Deum, fratrem nostrum per se diligere, ipso Deo non dilecto, sic etiam poterimus imaginem, propter exemplar secundum se venerari, ipso exemplari non adorato, sicut illa prima & secunda sententia contendunt. Verum quam infirma sit hæc ratio, ex doctrina huius questionis, quam etiam in ea 8. disputatione attigimus, illico apparet. Nam si proximus verè diligatur amore amicitiae, desiderando illi bonum, ut bonum eius est, ex complacentia ipsius; tunc sanè non diligitur Deus, nisi communi quadam ratione, quatenus ipse sibi factum reputat, quod vni ex fratribus nostris præstantus, & hoc eodem modo dicitur homo diligi propter Deum, ipso tamen Deo non dilecto amore ipsi proprio & peculiari. Huic autem amori nõ debet comparari adoratio imaginis, quæ secundum se capax non est cultus, & honoris, sine exemplari: proximus enim, sine Deo, capax est dilectionis, & per se, Deo non dilecto, diligi potest; sed cum hoc amore conferri debet adoratio Sanctorum, qui secundum se terminare possunt cultum integrum adorationis in signo, & affectu submissionis, sicut etiam integrum actum amoris, quia non solum concupiscentiæ, sed etiam amicitiae, in quo formalis ratio dilectionis consistit, obiectum esse possunt. Quod si proximus sit solum materia diligendi Deum, quia bonum, quod in ipso est, aut ei desideramus, non concupiscimus quatenus bonum illius est, & ex complacentia ipsius, sed quatenus Dei bonum quodammodo in eo apprehenditur, & ex complacentia ipsius Dei; optimè adoratio imaginum cum dilectione proximi hoc modo confertur. Sicut enim idem actus amoris est, qui terminatur ad proximum, & ad Deum (quamquam circa proximum, tamquam circa materiam, versatur; Deum verò respicit, ut obiectum formale:) sic etiam idem motus adorationis est imaginis & exemplaris, qui diverso modo utrumque respicit; exemplar quidem, ut obiectum proprium eius, quod est formale in adoratione, scilicet seruitutis, & subiectionis, quæ fit in spiritu: imaginem autem, sicut materiam osculi, aut signi exterioris reuerentiæ, quod

Differentia
imaginis in
adoratione,
& proximi
in dilectione.

Rursus de
imagine, &
prototypo pro-
ximo & Deo

37

38

quod voluntate simplici ipsi corporaliter exhibetur, & spiritu seruitutis transfertur in exemplar. Sicut ergo adoratio imaginis, & cuiusque rei inanimæ, non rectè comparatur cum adoratione alicuius nature rationalis, quia hæc secundum se capax est seruitutis & submissionis interioris, non autem res inanima: sic etiã non rectè confertur hæc adoratio rerum insensibilium, cum amore nature rationalis omnino; sed eo solum modo, quem diximus; optimè tamen adoratio rei inanimatæ cum amore etiam eiusdem rei in uniuersum comparari potest. Nam quemadmodum res inanimas diligere nõ possumus amore amicitie, ut affirmat S. Thom. 1. contra Gentes cap. 91. & Arist. 8. Ethicorum cap. 2. & 7. Ethic. ad Eudemum cap. 8. quas inquit amari per accidens, & amore solum concupiscentiæ; quia est illis velimus bonum, ut vino volumus conseruationem, nobis potius, vel alteri illud volumus, quam ipsis, sic etiam nulli rei inanimatæ secundum se sine rationali cultum deferre possumus, sed per ipsam rei rationali. Prius explicatur hoc modo, Nam res inanima dignitatè non habet, qua obiectum esse possit amoris, quatenus est amicitiae, sed quatenus est concupiscentiæ; qui duo respectus, in eodem actu amoris inueniuntur, ut optimè tradit Caiet. 1. 2. q. illa 26. art. 4. & ita idem actus amoris fertur in rem inanimam, & in aliam rationalem, cui illam desideramus, sed diuerso modo: quatenus amicitiae, in rationalem, quo respectu, completur in ratione dilectionis: in irrationalem vero, quatenus est concupiscentiæ. Posterius etiam patet: quia res inanima dignitatem non habet, ut secundum se capax sit reuerentiæ in spiritu, & affectu seruitutis, quo completur adoratio, in ratione cultus; sed capax est honoris in signo, ex simplici affectu, ut dis. 8. 2. lib. c. 16. explicauimus. Ideoque semper est idem motus adorationis, in rem inanimam, & rationalem, diuerso tamen modo, in rationalem quidem in spiritu, & affectu submissionis: in inanimam vero in signo, & nota exteriori ex simplici affectu.

S. Thom.
Arist.

39

Caiet.

Inanimata
per se neque
coluntur, nec
diliguntur
sed per acci-
dens.

Hæc differentia inter amorem proximi ob suam bonitatem ad ipsum terminatum in ratione amicitiae, & amorem illius

B b propter

propter Deum, vel potius amorē Dei in ipso, & inter adorationē Sanctorum secundum se, ob ipsorum sanctitatē, atq; adorationem Dei in ipsis, vtrā nobis explicata est, colligitur ex S. Thoma 2. 2. q. 103. art. 3. ad 2. ex Alberto in 3. d. 9. art. 6. ad 1. Bonavent. art. 2. q. 4. ad 3. Ricard. art. 3. q. 1. ad 2. Durand. q. 3. ad 1.

S. Thom.
Bonav.
Ricard.
Durand.

40

Secundum argumentum

Secundū argumentum erat. Etiam si media velimus propter finem, alio tamen actu, nimirum electionis, ea volumus, quam finem: ergo quamvis imaginem propter exemplar veneremur, alio motu adorationis, quā ipsum exemplar, debemus adorare. Respondere possumus; in primis electionem mediorum, & intentionem finis ad eandē virtutem pertinere in genere moris, imò verò tam electio, quam intentio in genere moris, veluti à proximo obiecto, à fine specificatur, vt ex doctrina sancti Thomæ & Caiet. ostendemus in 1. 2. quæst. 18. articulo 6. quia primò ab vtroque actu respicitur finis. Quòcirca si eodem modo se haberet adoratio imaginis, & exemplaris, deberet vtraque in genere moris ab exemplari tanquam à fine, speciem habere; nec esset duplex secundum speciem distinguenda in genere moris, vt prima illa, & secunda opinio distinguunt.

S. Thom.
Caiet.

41

Prior solutio

Porro quamvis hoc verum sit, quia tamen electio ita à fine specificatur, vt circa illam non dicatur versari, nec ipsum velle, sed tantum in obliquo respicere, cum sit actus distinctus ab intentione, vt etiam in 1. 2. quæst. 8. art. 3. probabimus: & tamen eodem motu adorationis dicimus, imaginem, & exemplar adorari, & circa vtrumque directè versari adorationem, ideo aliter respondendum est, & discrimen manifestum, quod inter ea versatur, explicandum: id quod perspicuum erit, si restè demonstrauerimus, quomodo fiat intentio, & electio mediorum, & adoratio exemplaris per imaginem.

Arist.

Posterior solutio.

Quid sit finis cuius gratia, & finis cui.

Præmittenda autem est doctrina Arist. 2. de anima cap. 4. textu 35. & 37. qui duplicem finem assignat, alterum cuius gratia: & hic est bonum acquirendum, quod propter se nobis, aut alteri appetimus, aut honestum, aut delectabile ad-

42

bile acquirendum, & comparandum per media, vt sanitas, aut virtus: alius verò est finis, cui illud desideramus, qui non est per media acquirendus, vt persona: talis finis est obiectum amicitie, sed finis cuius gratia, est obiectum concupiscentie, de qua distinctione plura in 1. 2. quæst. 1. art. 1. & in tertiam partem quæst. 1. art. 3. nunc ista nobis sufficiant.

Intentio & electio sunt duo actus voluntatis circa duas operationes externas.

Hoc iacto fundamento, superest videndum, quomodo electio, & intentio se habeant inter se, atque adoratio imaginis, & exemplaris. Intentio ergo, & electio sunt non solum duæ operationes voluntatis distinctæ licet connecte, sed etiam habent exterius duas operationes sibi subiectas: altera voluntas est cõsequendi sanitatem, quæ ipsam sanitatem habet pro fine cuius gratia: ipse vero homo cui eam desideramus est finis cui: altera est voluntas adhibendi medicinam, seu potionem, quæ est distincta à priori vt 1. 2. quæst. illa 8. art. 3. monstrabimus, quæ respicit potionem vt medium vtile ad sanitatis adeptionē. Deinde sunt duo externa opera, seu effectus, qui in executione, & re ipsa inuerso ordine se habent: vnus est potio sumpta, quæ respondet electioni: alter est sanitatis consequutio, quæ est obiectum intentionis.

43

At in adoratione imaginis, & exemplaris non ita fit. Neque enim imago allumitur per electionem, vt mediū ad exemplar, quasi ad finem, quare nec voluntas adorandi exemplar, se habet vt intentio: nec voluntas adorandi imaginē, vt electio; sed vtraque hoc modo fit. Primum adoratio, vt patet ex dictis in 1. lib. disp. 1. cap. 4. & 2. lib. disp. 8. cap. 8. & 12. duobus cõstat, & affectu seruitutis erga rem excellentem, cui notā submissionis deferre desideramus, & ipsa nota exteriori: tū etiā, affectus ille, ita fertur in viuū exemplar, vt quatenus est seruitutis, & submissionis, non respiciat imaginem secundum se, sed exemplar: quatenus verò est simplex affectus respiciat imaginem, cui nota exterior ita corporaliter exhibetur, vt in exemplar spiritualiter transferatur. Hęc omnia ex cap. 8. & 12. 15. & 16. manifesta sunt.

Differentia adorationis imaginis cū exemplari ab intentione, & electione.

B b 2

Iam ve-

Iam verò sic se habet adoratio imaginis, & exemplaris, ut in affectu non sit duplex sed vnica, sicut patet. In signo etiam sit vnica, cum vnicum tantum signum imagini, & per illam exemplari ex affectu submissionis tribuamus. Exemplar autem se habet sicut finis non cuius gratia, nec enim est aliquid opere adquirendum, sed est instar finis cui; ipsum verò signum non est medium, cum per illud non consequamur aliquem finem; sed est finis cuius gratia, quatenus, ut honestum apprehenditur, & ut quoddam propter se appetibile, in imagine, & per imaginem exemplari affectu illud exhibemus. Imago denique, neque est mediū, quod eligimus, quia per illam non acquiritur finis cuius gratia; nec est finis cuius gratia, quia ipsam etiam non consequimur, nec ad eam consequendam media eligimus; nec est finis cui; quia ipsi ex affectu illo submissionis tanquam excellenti non deferimus spiritaliter cultum externum, & notam submissionis, sed est materia circa quam signum corporale versatur, quia ei corporaliter aut osculum, aut inclinationem, aut aliud signū prebemus, ut per illam in prototypon transmittamus. Est ergo maximum discrimen inter intentionem finis, & electionem mediorum ex vna parte, & adorationem exemplaris & imaginis ex alia. Quare argumento superius facto autores primæ & secundæ sententiæ nihil probare possunt. Obijciat rursus aliquis hoc modo: sicut bonitas finis, quæ est extrinseca medijs, est ratio sufficiens, ut actus electionis ad media, tanquam ad integrū terminū referatur, nulla alia in ipsis existente bonitate, sic etiā poterit dignitas exemplaris esse sufficiens, ut adoratio integre terminetur ad imagines, etiā si nulla eis insit dignitas. Respondeo, primū in medijs esse bonitatē vtilis distinctā à bonitate finis, ratione cuius proxime terminant actū electionis, licet bonitas finis sit prima, & remota causa, aqua totus incipit motus, & affectus. Deinde licet concedamus, extrinsecā bonitatem posse esse rationem propinquam appetendi media distincto amore, quam finē: tñ amor ille nō potest esse amicitia, sed tantū concupiscētiæ, qui in ré irrationalē terminatur:

44

45

cum ta-

cum tamen adoratio circa illam compleri nequeat. Ratio vero discriminis est, quia amor concupiscētiæ refertur ad id, quod alteri bonum est, quod potest esse res irrationalis: adoratio verò fertur semper in rem excellentem, & cognitam, ut superiorem, quæ nequit esse irrationalis, ut tota disputatione 8. lib. 2. ostensum est: & ideo ratione extrinsecæ dignitatis integrè in illā non potest cultus terminari.

46 *Vtrum Crux Christi debeat adorari. Disput. 2.*

-
- Varia Hæreses. cap. 1.*
 - Catholica veritas asseritur, & primum de ipsa Cruce Christi probatur. cap. 2.*
 - Impugnant Hæretici historiam de crucis inuentione. cap. 3.*
 - De signo Crucis in vniuersum. cap. 4.*
 - De signo Crucis in aere, vel super rem aliquam. cap. 5.*
 - Solutio obiectionum Hæreticorum. cap. 6.*
-

Varia Hæreses.

C A P V T I.



HÆC controuersia cum hæreticis solū nobis habenda est, quā luculenter & eruditè tractarunt Vvald. tomo 3. à cap. 158. Alphonfus de Castro contra hæreses verbo *Adoratio*. Demochares lib. 4. de sacrificio Missæ c. 28. Alanus Copus dialogo 4. cap. 3. & sequentibus, Pamelius in annotationibus ad Apologeticum Tertulliani à num. 238. In ea verò non solū de cruce, in qua Christus passus est, cuius reliquæ, & particulæ apud fideles religiosè hætenus seruātur; sed etiam de signo illius differemus. Et quamuis quæstio cōmunis videatur cum ea, quam de imaginibus lib. 2. examinauimus, atq; adeò hæretici omnes, qui contra imagines & reliquias generatim docuerunt, contra crucem quoq; Christi, & signum illius senserint; quia tamen speciatim

*Vvald.
Castro
Democh.
Alanus
Pamelius*

47

B b 3 aliqui,

aliqui, quos in hoc capite recensimus, contra crucem, eiusque adorationem pugnarunt, peculiarem de ipsa disputationem instituere necesse fuit.

Prima heresis Prima igitur heresis fuit eorum, qui negarunt, Christi crucem, & signum illius esse adorandum; cuius primus autor videtur fuisse Claudius Taurinensis Episcopus, ut testatur

Claudius Taurinensis. primus crucis impugnator.

Iuo Carnotensis circa finem sui chronici, & Ionas Aurelianensis Episcopus libris de cultu imaginum, in 5. tomo Biblioth. sacrae, qui eodem tempore claruit, quo Claudius ille ab anno videlicet 800. salutis nostrae, tempore Ludouici Pij, & Caroli Calui filij eius, ut diximus lib. 2. disp. 6. cap. 6. in 5. ratione, & contra eundem Claudium praedictos libros conscripsit. Quare lapsus est Gabriel Prateolus, in suo Elencho heresum, verbo *Claudius Taurinensis*, dum asseuerat, hunc Claudium, & Vvicleffum coetaneos fuisse, cum reuera Ioannes Vvicleffus tempore Caroli quarti Caesaris vixerit: suam vero sententiam putat Prateolus ex Vvaldēsi probari, quod verosimile non est: ipse enim bene nouerat quo tempore vixerit, & docuerit Vvicleffus: norat etiam, ut ipse in 3. tomo testatur, cap. 160. 1. contra Claudiū scripsisse Ionam Aurelianensem, qui Theodolpho in Episcopatu successit; unde ergo eos fuisse coetaneos existimare potuit?

Iuo Ionas

48

Secundo eundem errorem sequuti sunt Pauliciani, teste Photio patriarcha, ut refert Eutimius in sua Panoplia, tit. 21. sic appellati, à quodam Paulo, & Ioanne, eorum magistris.

Pauliciani.

Eutim. Photius Petrus Clunia.

Tertio tempore Bernardi, & Petri Cluniacensis, eandem heresim docuit Petrus Bruis, unde & Bruisiani dicti sunt. Contra quos Petrus Cluniacensis scripsit epistolam, quae initio suorum operum habetur, ac eodem fere tempore, in Bulgaria Bogomili, ut refert idem Eutimius, titulo 23. heresi 14. publice id ipsum praedicarunt, de quibus lib. 2. disput. 1. cap. 2. & disputatione 2. cap. 2. dictum est.

Bruisiani.

Quarto Vvicleffista, ut refert Vvalden. tomo 3. cap. 160. hunc errorem mortuo suo magistro, alijs, quos ab illo edocti sunt, addiderunt. Quinto denique nostro tempore hunc errorem suscitauerunt; Calvinus libro institutionum

Vvicleffista

Vvald.

Caluin.

cap. 11.

49

cap. 11. 6. 7. & Centuriatores Centuria 4. capite 4. Fundamenta verò huius erroris, quae contra adorationem crucis peculiaria sunt, praeter communia illa, quae contra cultum imaginum in vniuersum, disputatione 6. secundi libri retulimus, inferius cap. 6. adducemus. Hi omnes haeretici commemorati, in hoc vnum conspirarunt, ut cultum, & adorationem, cruci Christi, & signo illius, denegarent.

Eutym.

Secunda heresis fuit Armenorum, qui ut refert Eutimius titulo 20. Panopliae cap. 14. non venerantur crucem, nisi prius eam lauarent, & sanguine sacrificij ungerent, atque clauum in ea figerent. Quo quidem (ut ipse notat) aliam etiam errorem indicabant. Ante lotionem verò, & unctiōnem, crucem rem communem, & immundam esse arbitrabantur, ideoque adorandam esse negabant. Horum errorem confutat Eutimius, ostendens ipso signo crucis omnia à nobis benedici, & sanctificari, quare nec lotionem, nec unctiōnem indigere.

Secunda heresis contra crucem fuit Armenorum

Vvald. Aug.

Tertia heresis huic opposita est Fausti Manichei, cuius meminit Vvald. 3. tomo cap. illo 160. & est apud August. lib. 20. contra Faustum cap. 11. dicebat enim, omnem arborem venerandam esse à nobis, ob memoriam crucis Christi: quocirca discipuli illius, in quocumque ligno, sicut in cruce, Christum colebant, & hac ratione, inde fructus, aut poma ob reuerentiam colligere formidabant.

Tertia heresis Fausti Manichei superstitiosa.

50

Hæc sententia non ita reprehensione digna censeri debet, sicut alia duæ priores, quæ ipsi cruci etiã Christi venerationem, & cultum sacrum denegant. Hæc enim non solum cruci Christi, & signo illius, sed etiam omni ligno, ex qua crux fieri potest honorem defert. Nihilominus superstitionis, & erroris nota digna est, non quod cuilibet ligno ritè, & sincerè deferri non possit adoratio, sicut cuilibet creature inanimatæ (id enim fieri optimè posse præcedenti disp. ostendimus) sed quia non licet indiscriminatim omnia ligna, & naturam inanimatam publicè adorare, cum id speciem habeat superstitionis, ut ibidem demonstrauius, & multò minus poma, quæ Deus per arborem, in usum humanum produxit,

B b 4 . ob re-

ob reuerentiam ligni crucis non carpere. Atque in hunc modum intelligendi sunt, Athanasius in quæstionibus ad Antiochum q. 16. & Damasc. lib. 4. de fide cap. 12. & Leontius dial. 5. qui habetur in septima Synodo act. 4. qui asserunt, crucem esse adorandam, quandiu soluta non est: *Alioquin reputanda est, (inquit Athanas.) materia lignorum inutilis adorationi, intelligit, vt publice, & indiscriminatim adoranda omnibus proponatur.*

Locus Athanasij declaratur.

Athanas. Damasc.

51

Catholica veritas asseritur, & primū de ipsa Cruce Christi probatur.

C A P V T II.



Misis his duabus posterioribus hæresibus, quòd earum falsitas faciliùs redargui possit, & manifesta earum superstitio illico appareat: contra primam, quam hæretici nostri temporis pro viribus tueri conantur, statuitur hæc Catholica fides, & doctrina. *Non solum crux illa, in qua Christus mortuus est, sed quæcumq; crucis figura, vel in materia permanenter sculpta, aut depicta, vel in aere, aut manu, aut digitis expressa, exosculanda, & adoranda est.* Per singula hæc veritas est nobis probanda, & in hoc capite de ipsa solū cruce, in qua Christus passus est, differendum.

De ipsa igitur cruce Christi in primis illud probatur, ex definitione septimæ Synodi, quæ est in actione 7. vbi definitur, honorem, & adorationem, deferendam esse typo venerandæ, & viuificantis crucis: nam si typo defertur, ipsi veræ cruci multò meliùs tribuenda est: vtrumq; enim, signū est Christi crucifixi. Tum etiam vera Christi crux, ipsam terigit, atq; nostræ redemptionis fuit instrumentum, ratione cuius in honore habetur, vt sequenti disputatione dicemus.

7. Syn.

52

Secundò, eadem veritas confirmatur ratione ex Scripturis deprompta. Christus enim se Patri obrulit, ad Hebræos 7. idq; in ligno crucis, tanquam in altari præstitit, & ad Colof-

Hebr. 7. b.

Coloss. 2. Colossenses 2. dicitur, cruci affixisse chirographum decreti: imò in ea vicisse, & spoliasse principatus Dæmonū: & ad Colossenses 1. pacificasse omnia sanguine crucis suæ, id est, mortis, quā in cruce passus est, & 1. Petri 2. peccata nostra pertulisse super lignum; cur ergo ipsa crux non erit in veneratione, tāquam sacrum altare sacrificij, atq; instrumentum tanti triumphi, & redemptionis? Nam si vt 2. lib. disputatione 8. cap. 4. ex sententia Leontij diximus, quæcūque res Patris, aut amici, quem videre cupimus, in veneratione nobis est, & cū lachrymis osculamur: cur lignum, quòd nostræ redemptionis instrumentum fuit, cū lachrymis, & reuerentia non suspiciemus? Hac ratione vsus est Thomas Vvald. 3. tomo cap. 158. contra Vvicleffistas: at verò ipsi quidquid ex Scriptura in laudē crucis adducitur, non de lignea cruce, sed de ipso Christo crucifixo interpretantur.

Cruce altare sacrificij Christi.

Vvicleffistarum responsio

Vvald.

53

1. Col.

Verūm quamuis illud ad Colossenses 1. *Pacificans omnia sanguine crucis*, non ineptè de morte, quam in cruce passus est Christus, intelligatur: ipsius tamen ligni, tanquam instrumenti mortis, & sacrificij, ibidem mētio facta subintelligitur: & 1. Petri 2. manifestè de ipso ligno crucis sermo est, cum dicitur: *Peccata nostra ipse pertulit super lignum.* Ibi ergo vt instrumentum redemptionis laudatur. Imò etiam ad Colossenses 2. loco citato de eodem, tanquam de instrumento nostræ redemptionis, Paulus loquitur, cum dicit; Christum Chirographum decreti cruci affixisse, & in eo vicisse, & spoliasse principatus. Sicut de Duce aliquo dicere solemus, arcu suo, & gladio hostem superasse: cum enim triumphus & victoria laudatur, ipsa quoq; arma, & instrumenta victoriæ in honore habentur.

Consuetitio. Locus Pauli ad Col. 1.

1. Pet. 2.

Col. 2.

Orig.

54

Accedit Origenes, qui homil. 4. in Iosue, vbi ad Colossenses 2. vulgata habet, *Triumphans eos palam in semetipso*, hoc est, propria virtute, eos (scilicet principatus) quali more triumphij circumducens, legit, *Triumphans eos palam in ligno*: atq; in græcis codicibus ita haberi testatur: quanquam nunc in omnibus exemplaribus, nō *in ligno*, sed *in semetipso* legimus, græcè ἐν αὐτῷ ἐν αὐτῷ, id est, in ipso, quod tamē

Locus Pauli ad Coloss. 2.

referri posset ad crucem, de qua antea dixerat *ἐν τῷ σωφρονισμῷ* *ἐντο σταυρο*, id est, in cruce. Docet ergo Origenes, cuius interpretationem sequitur Damasc. lib. 4. de fide cap. 12. non solum ligno crucis affixum Chirographum decreti, sed etiam Dæmonem tanquam currui alligatum, in triumphum circumductum fuisse. Merito ergo, sicut currus triumphalis, crux ipsa in honore, & veneratione habenda est. Et quamuis illud *triumphans*, & illud *affigens cruci*, & alia participia, quæ ad Colossen. 2. ponuntur, non ad Christum secundum humanitatem, sed ad Deum ipsum referamus, vt contextus videtur indicare. nihilominus id, quod contendimus, ex eo loco eodem modo probatur. Nam si Deus dicitur Dæmonem alligatum cruci more triumphi circumduxisse, nõ aliter quam morte Christi: & Chirographum ligno affixisse, proculdubio lignum ipsum, vt instrumentum tanti triumphi, venerandum est. Denique rationes, quæ generatim de omnibus reliquijs probant, adoratione dignas esse, de quibus sequenti disputatione dicemus; probant etiam ipsam veram Christi crucem, & partes ipsius, tanquam Christi reliquias, esse colendas.

Tertio idem probatur ex præclara crucis inuentione, ob quam tam celebris memoria Helenæ in Ecclesia permansit. Huius inuentionis meminerunt, Cyrillus Hierosolymitanus in Epistola ad Constantium Augustum: Ambrosius, in oratione de obitu Theodosij, Chrysofomus homi. 84. in cap. 19. Ioannis, Rufinus lib. 12. historię Ecclesiasticę cap. 7. Eutropius lib. 11. rerum Romanorum, Paulinus Epistola. 11. ad Seuerum, Sulpicius lib. 2. Sacrę historię: Sozomenus lib. 1. cap. 17. Theodoretus lib. 1. Historię cap. 18. Sozomenus lib. 2. cap. 1. Iustinianus Imperator in Nouella cõstitutione 28. quæ sanè Christi crux, nisi venerationis, & honoris digna esset, nec Helena, vt quæreret eam, diuina inspiratione mota, nec peculiari Dei prouidentia ipsam adinuenisse, diceretur: nec in eius præclara inuentione, Deus miracula edidisset, quibus inter alias duas latronum cruces dignosceretur; vt prædicti autores testantur. Quod enim Ambros. & Chrysof. affirmant, crucem Christi ex titulo

Origenes.
Damasc.

Cyrillus.
Ambros.

55
Chrysof.
Duffinus.
Eutropius
Theodor.
Sozome.
Iustinian.
Paulin.

Cruce currus
Christi triumphalis.

Helena crucem inuenit.

Historia inuentionis crucis vniuersæ.

tulo fuisse cognitam, non probat, miracula quoque necessaria non fuisse, vt indubitanter cognosceretur: inquit enim Rufinus, *aderat quidem & titulus, sed neque ipse, satis euidenter prodebat signa patibuli: hic iam humanæ ambiguitatis incertum diuinum flagitat testimonium.* quod hac ratione intelligendum videtur, vel quia titulus, etiamsi iuxta crucem Christi esset, illi non erat affixus, vel quia licet affixus esset, dubium esse poterat, an malitiose à Iudæis, vt Christianos deciperent, si quando crucem inuenissent, esset mutatus. Vt ergo res indubitata, & ab omni suspicione libera permaneret, necesse fuit, miraculo confirmari.

56

Damasc.

Cyrill.
Nyssenus
Paulinus
Chrysof.
Gre. Ma

Augus.

Ambros.

57

Ambros.

Quarto, ex Patribus, præter Damasc. qui 4. de fide cap. 12. fusius probat, crucem Christi, aliasque ipsius reliquias, vt lanceam, clauos &c. colendas, & venerandas esse; sunt alij multi, qui particulam crucis, aut reliquiam aliquam ipsius Christi, in magno pretio semper fuisse, affirmant. Sic afferunt Cyrillus Hierosol. Catech. 10. & 13. Nyssenus in vita Macrinæ sororis: Paulinus in epistola. 11. Chrysofomus Homilia, quod *Christus sit Deus*, in 5. tomo: Hieron. Epistola 17. qui non solum crucis; sed aliarum etiam Christi reliquiarum meminit, Greg. qui lib. 7. epistola 126. ad Recaredum Hispaniæ Regem particulam crucis misit. August. verò lib. 22. de Ciuitate cap. 8. narrat, per terram sanctam ex monte Caluariæ in Africam adductam, multa edita miracula. Denique Ambros. in illa oratione de obitu Theodosij nuper allegata scripsit, clauum crucis insertum ab Helena in galea Constantini filij. Imò & crucem ipsam, honoris gratia, super galeam positam fuisse: vel, vt aliqui volunt, particulam ligni crucis, seu potius ipsum lignum crucis, quo nomen *Christus* exprimebatur: quod etiam in labaro posuit, vt capite quarto videbimus: & colligitur ex Eusebio libro primo de vita Constantini capite 25. Qua verò ratione Ambrosius ibidem dicat, Helenam non adorasse lignum, sed eum, qui in ligno pependit, explicauimus secundo libro disputatione 6. cap. 5.

Quomodo
cruce
Christi ab alijs
cognita
fuerit.

Quid de
Christi cruce
vel eius partibus
patres
dixerunt.

Miraculaper
terram Sanctam
edita.

Quintò eadem veritas comprobatur, ex victoria illa mirabili, quam Heraclius Imperator in recuperatione sanctę crucis, de Persis obtinuit: in qua non solum de cęlo contra inimicos pugnatum est; sed in ipsa crucis restitutione in locum suum, alia sunt edita miracula. Huius historię meminerunt Paulus Diaconus, Zonaras, & Cedrenus in vita Heraclij, Sigibertus in chronico sub anno 631. & ob id in Ecclesia peculiare fuit festum institutum.

Festum exaltationis crucis Christi.

Impugnant heretici historiam de Crucis inuentione.

Paulus Diacon. Zonaras Cedrenus Sigiberti

CAPVT III.

58

SED Centuriatores, qui omnia semper perturbare moliuntur, Centuria 4. cap. 10. historiã de Crucis inuentione labefactare conantur: tq; in primis Ambrosij de illa testimoniũ euertunt, censura quadam Erasmi, qui, vt ipsi referunt, existimauit, eam orationem non esse Ambrosij. Verũ vt optimè ait Alanus initio disputationis citatus, si talis vsquam exstaret censura, mirum esset, tot Argos, nulla indicia illius hactenus patefecisse. Tum etiam neq; fides ei esset habenda, cum de suo cerebro, absq; vlla ratione, vt solum euerteret aliquod fidei nostrę fundamentum, eam deprompsisset. Ad hæc, cum ipsi Centuriatores, eodẽ cap. in vita Ambrosij, dicant, eam orationem, ex iudicio etiam Erasmi, illius esse; patet, ipsos sibi non constare, nec esse memores, vt mendaces oportet.

Erasmi Lenitas in censuris adhibedis

Alan.

Secundò reuocant in dubium Centuriatores totam historiam de crucis inuentione, quòd Eusebius in vita Constantini illius non meminerit; quam tamen cum celebris admodum fuisset ipsum ignorasse, aut incuria, seu obliuione prætermisisse, vero simile nõ est. Cæterũ, vt optime notauit Alanus, hoc genus argumentationis, & Sophinatis à negatione, hæreticis familiarissimum, futile, & inane,

59

nane, vt plurimum esse solet. Sed cum Eusebij institutum eo opere fuerit, egregia facta Constantini memorię prodere, inter quę & inuentionis sacri sepulcri peculiarem mentionem fecit; mirandum esset, si inuentionem Crucis prætermisisset.


Respondeo ergo cum eodẽ Alano, inuentionis etiam crucis Eusebium in eo opere meminisse. Nam postquam 3. lib. de vita Constantini cap. 25. narrauit, quomodo puluere, & sordibus aggeratis, exstructoq; sacrario Veneris, atq; statua illius, & alijs simulacris positis, sepulcri Christi memoriam impij Gẽtiles delere studuerint; & cap. 26. hæc omnia à Constantino fuisse sublata; & cap. 27. post hæc omnia apparuisse sacrum Christi resurrectionis monumentum, scilicet sepulcrum; in cap. 29. refert epistolam Constantini ad Macarium, quę incipit in hæc verba. *Tãta Seruatoris nostri erga nos benignitas declarata est, vt nulla tam accurata dicendi ratio, & vis sit, quę præsens miraculum explicare queat. Nam vt insigne illud sanctissimę illius passionis monumentum, quod terrę visceribus abditum, tot, tamq; multis annorum cõuersionibus iã delituisset, tũc illucesceret seruis Dei, cum illi, hoste deuictõ, in libertatem essent vindicati: omnem profecto hominũ admirationem longè superat.* Hęc Cõstantinus, vbi pro illis verbis, *sanctissimę passionis monimẽtũ*; alia habet trãslatio, *Indiciũ tormenti sacratissimi*, quibus aliqui putant ipsam crucẽ intelligi: sed quamuis pro solo ipso sepulcro accipiantur, vt probabilius putò, quod etiam fuit sacratissimi tormenti, & mortis indicium: nomine tamen sepulcri omnes, quę ibi absconditæ erant passionis Christi reliquię, sunt intelligendæ, quarum peculiarem non fecit mentionem, quod res ad eò clara esset, vt sub ea generali narratione facile intelligerẽtur. Qua etiam ratione, cum alia quoq; ibidẽ inuenta fuerint, nullius speciatim meminit, sed compendiosa breuitate, sub inuentione sepulcri, omnia complexus est. Huius autem inuentionis crucis, mentionem fecit peculiarem in suo Chronico anno Domini 325. quod Cẽturiatores non alio fundamento, & ratione quã solita dicendi libertate, asserunt à posterioribus additũ fuisse.

Eusebiũ meminisse inuentionis sanctissimę crucis.

60

61

DE



Constantinus
crucē Christi
posuit in la-
baro, sua sp-
sus imago
detrahta.

ornata, supernè verò in extre-
mo vertice corona ex lapillis, &
auro cõtexta, intra quã erat ima-
go Imperatoris, quã eo loco detra-
xit Constantinus, & in eius locũ
signum Crucis (quod diximus)
posuit. Descriptionẽ hanc de-
sumpsit Onuphrius ex Euse-
bio lib. 1. de vita Cõstan. cap.
25. qui affirmat signo illo,

Onuph.
Euseb.

X quod duas literas
& P, nomen Chri-
stus, tunc expressum fuisse,
quod semper in galea inser-
tũ gestavit. Nunc verò apud
latinos idẽ nomẽ Christus cõ-
tractũ nonnunquam scribitur
ita hoc modo, XPS retẽ-
tis duabus prioribus literis
Grecis X, & P. Romæ etiam

ad hæc vsq; tẽpora, Cruces, quæ in publicis supplicatio-
nibus deferũtur, super labarũ, in vertice ipsius hastæ, ab-
que litera X, sub hac simplici figura **T** posita sunt.

Huius labari meminerũt Ambros. **T** epist. 29. Prudẽ
tius lib. 1. aduersus Symachum, Nazian. orat. 3. num. 27. &
& Elias Cretensis ibidem, Eusebius lib. 9. Histor. cap. 9. vel
in alia impressione 8. Socrates lib. 1. Hist. cap. 2. Sozom.
lib. 1. cap. 4. Niceph. lib. 7. cap. 29. Primasius lib. 4. in Apo-
calyp. extat etiã lex lib. 12. Codicis tit 28. de prepositis la-
barorũ, sicut legendũ putat Alciatus, cũ antea legeretur
laborũ. Eiusdẽ putat Onuphrius mentionẽ fecisse Tertul-
lianum in Apologet. cap. 16. numero 245. qui quãuis non
labarum, sed cantabrum appellet (sic enim putat Pame-
lius legendum, non labarum) re tamen idem videtur esse.
Nam Minutius Fœlix in Octauio apud Arnobium 8. li-
bro aduersus Gentes sic ait. Cantabra, & vexilla castrorum

Ambr.
Prud.
Nazian.
Socrat.
Sozom.
Elias
Niceph.
Primas.
Alciat.
Onuph.
Tertull.
Pamel.
Minut.
Arnob.

quid

quid aliud, quam inaurata cruces sunt adornata? Nonnulli cen-
sent, Cantabrum à Labaro differentia aliqua fuisse distin-
ctum, vt eorum figuræ lapidibus sculptæ, seu monetis im-
pressæ, declarant. Nam velum Catabri, quod trãuersæ ha-
stulæ erat alligatũ, rugas aliquas admittebat; at verò quod
ex Labaro pẽdebat, omnino expansum, & extensum erat.
Præterea in exercitu complura erãt Cantabra, sed Labarũ
non nisi vnum. De hac re latius idem Pamelius in ea an-
not. 245. & Pierius lib. 50. de signis Hieroglyphicis.

Pamel.
Pierius
Nazian.
Euseb.
Elias
Adrianus

Nomen autem labarum non Græcum, sed Latinum est, vt
docet Nazian. Euseb. & Elias, locis allegatis. Et vt Onu-
phrius obseruauit, quamuis res ipsa fuerit tempore Au-
gusti Imperatoris, nomen tamen labarum impositum fuit
ab Adriano. Dicitur autẽ sic putãt Nazianzenus, & Elias,
quod soluendorum laborum vim haberet, vt quod victo-
riam conciliare videretur: illudq; inter alia signa bellica
præstantissimum fuisse affirmant. Consentunt Eusebius
lib. 2. de vita Constantini cap. 7. & Sozomen. lib. 1. historiæ
cap. 4. qui ideo putant, dictum labarum à labore, quod cũ
cohors aliqua laboraret, ad subsidium laborantium Cõ-
stantinus iuberet labarum inferri. Quod verò recentio-
res aliqui affirmant, compositum esse nomen à voce lati-
na labor, & Græca οἴκος βορος, id est, terminus seu limes, vel
ἀργός αρος, id est, vtilitas seu lucrum non facile probare
possunt. Deinde Theodosius legem tulit 1. libro codi-
cis, titulo 8. quæ incipit, cum sit nobis, qua prohibuit signũ
crucis humi depingi. Aduersarij verò Hæretici, vt refert
Alanus dialogo 4. cap. 11. corruptè hanc legem citant, ab-
radunt enim particulam humi, vt inde suum confirment
errorem. Idem profus definitum fuit in sexta Synodo,
can. 73.

Euseb.
Sozome.

67

Alanus

Paulus
Diacon.

Postea Tiberius Imperator, qui Iustino successit, eundẽ
pium erga Crucem animum imitatus, cum ambulans in
palatio suo in tabula marmorea in pavimento substrata,
signum Crucis expressum vidisset, eam tolli iussit, vt nar-
rat Paulus Diaconus libro 3. historiæ Longobardorũ cap.
6. Idemq; decretum fuisse à Pio III. Pontifice, suo tem-

Labarum no-
men esse lati-
num ab A-
driano imposi-
tum.
Labarum di-
ctum a soluẽ-
do labore.

Theodosius
lege cauit ne
crux humi de-
pingeretur.

pore testatur Alanus, Arcadius verò, qui Theodosio successit, auream monetam cum signo crucis excudit, vt scribit Prosper libro de prædictionibus, & promissionibus part.3. cap.34.

Quintò, in confirmationem Catholicæ doctrinæ afferri solent innumera miracula, quæ Deus in honorem signi Crucis patrauit, quorum plurima etiam nostri temporis recenset Alanus dialogo 4. cap.16. & 17. Cæterum inter alia, illud minimè prætermittendum est, quod Eusebius lib. 1. de vita Constantini cap. 9. Zonaras tomo 3. annalium, Sozomenus lib. 1. historiarum cap. 4. & Eutropius lib. 11. Rerum Romanarum de Flauio Constantino aliquando accidisse narrant. Conseruato nimirum exercitu repentino fonitu, & strepitu, cum, qui crucem seu Labarum gestabat, metu perterritum, vt impetum belli fugeret alteri illud dedisse, ipsumque, statim, atque labarum dimisit, occisum: contra verò qui labarum deferebat, incolumem semper mansisse, ita vt tela in eum immissa nihil ipsi nocerent, sed hastæ Labari manerent infixæ. Scribit præterea Eusebius lib. 1. de vita Constantini cap. 7. vbi cunq; signum illud crucis super Labarum positum adfuit, illic victoriam sequutam fuisse. Alia multa miracula in gratiâ crucis edita narrant auctores citati, quæ breuitatis causa prætermitto.

Vltimo denique mirabile est illud, quod aliqui Patres obseruarunt, Crucis videlicet signum in rebus quoque, naturalibus, eximie virtutis, & vtilitatis esse. Id notant Iustinus in Apologia 2. Minutius Fœlix apud Arnobium lib. 8. aduersus Gentes circa finem, Ambrosius sermone 56. Crucis enim figura prodest nautis ad nauigandum, auib; ad volandum, &c. & vt scribit Rufinus lib. 12. historiarum cap. 29. figura crucis apud Aegyptios, qui literis Hieroglyphicis utebantur, vitam venturam significabat.

(. . .)

De signo

Crux Hieroglyphicum Aegyptiorum vitam venturam significabat.

Alan. Arcad. Prosper

Alan. Diacon. Euseb. 68 Zonaras Sozom. Eutrop.


Euseb.

Iustinus Arnob. Minut.

69 Rufinus

De signo crucis in aere, vel super rem aliquam expresso.

C A P V T V.



Athenus probatum manet in vniuersum, signum Crucis in honore, & reuerentia habendum, ex quibus idem dicendum videbatur de signo in aere, vel super rem aliquam, digito, vel manu expresso; quo in rerum benedictione passim vti consueuimus. Quia tamen speciatim hæretici signum istud improbant, & superstitiosum arbitrantur, placuit aliqua Patrum antiquorum testimonia, in illius approbationem, & laudem afferre. Quorum aliqua annumerat Lindanus lib. 4. Panopliæ cap. 97. & Pamelius in librum Tertullianus de corona militis cap. 3. annotatione 40. Hoc signum mirum in modum commendant Dionysius 4. 5. & 6. de Ecclesiastica Hierar. Iustinus libro questionum à Gentibus propositarum q. 118. Tertullianus lib. 2. ad uxorem cap. 5. & lib. de corona militis cap. 3. Cyprianus lib. 4. epistola 6. in fine, quæ nunc est 56. in ordine. Cornelius Papa in epistola ad Fabianum quam refert Eusebius lib. 6. cap. 43. vbi ob signationis, quæ fit in baptismo (non quidem alio, quam signo crucis) meminit: eamque, testatur, Nouatum nunquam recepisse, cum in lecto iam moriturus baptismum suscepit. Idem Orig. homil. 6. in cap. 15. Exodi Nyssenus in vita Greg. Neocesariensis. Cyrillus Hierosolymitanus Catech. 4. & 13. Athanasius lib. de Incarnatione Verbi: Basilides lib. de Spiritu sancto cap. 37. Nazianzenus oratione 1. in Iulianum, vbi de Iuliano illud mirabile refert, quod cum esset apostata, & necromanticis artibus adductus, semel aspectu demonis perterritus, signo crucis se muniuit, & Demonem fugauit. Idem Chrysostomus hom. 55. in Matth. Ephren lib. de pœnitentia cap. 3. & de armatura spiritali cap. 2. Lactantius libro 4. diuin. institut. cap. 27. Ambr. serm. 43. Prudentius in hymno ante somnum. Porro obseruandum est, quoties super res aliquas signum crucis exprimimus, nihil virtutis ipsis imprimi, sed solum signo illo super illas expresso, Christi crucifixi auxiliū inuocari. Ex quibus perspicue apparet impudens hæreticorum huius

Frequens usus crucis apud Christianos laudabilis.

Encomiastæ crucis.

Lindan. Pamel. Dionys. Iustin. Tertull. 70

Cyprian. Cornelius Orig. Nyssen. Cyrill. Athan. Nazian

Chryf. Ephren. Lactant. Ambr. Pruden.

71

C c 2 tempo-

temporis maledicentia, qui sine causa hoc signum, tanquā superstitiosum, & inane execrantur, & impugnant.

Solutio obiectionum Hæreticorum.

CAPUT VI.



A, quæ nobis hæretici opponunt, pueriles argutiæ sunt, quibus respondere, viro Theologo indignum esset; sed ne ea fugere videamur, id quod diximus, paucis ostendere opus erit.

Primum argumentum hæreticorum contra signum crucis. Solutio.

Primum argumentum. Crux fuit instrumentum doloris, & mortis Christi, ergo non est in honore habenda, idēque de alijs passionis ipsius reliquijs dicendum videtur. Nam filius non honorat patibulum, quo Pater suspensus obiit. Sed tamen hi non attendunt causam, & rationē, ob quam crux à Christianis veneranda est: nec enim, cū consideratur vt instrumentum doloris Christi, eam veneramur, quia tormentū Christi nobis placeat, quatenus ipsius malum erat, sic enim potius detestanda esset: sed eam colimus, quia instrumentum fuit doloris, & tormenti Christi, vt erat remedium generis humani, sacrificium Patri acceptum, fortitudinis, & caritatis eius erga nos manifestū argumentum. Qua etiam ratione filij merito venerarētur, & ex affectu oscularētur patibulum, & instrumentū mortis parentum suorum, quam non ob sua ipsorum crimina, sed pro patria fortiter passi essent: imò vt stēmata, & insignia totius familiæ, talia obseruari in more positum est. Neq; verò hoc est latari de morte Christi, vt malum ipsius est, sicut falso hæretici autumant; sed de morte illius patienter tolerata, quatenus remedium totius generis fuit.

Secundum argumentum.

Secundum argumentum est Claudij Taurinensis, apud Ionam Aurelianen. lib. 1. de cultu imaginum aliquantulum ante finem, in 5. tomo Biblioth. sacræ, in hunc modum. Si figuram Crucis adoramus, quia in ea Christus opus nostrę redēptionis perfecit & morte sua eā decorauit omnes

72

Ioa. Anst.

73

omnes etiam lanceas, omnia spineta, in honorem lanceæ, qua Christi latus apertum est, & coronæ spinarum venerari deberemus, præsepia quoque, quia in præsepio natus est Christus: omnes naues, quia in nauim etiam Dominus ascendit. omnes virgines, quia in virginis utero fuit. Respondent aliqui hæc non adorari, quia non sunt imagines Christi, nec sunt imagines lanceæ, spineæ coronæ &c. Nam quamuis hæc omnia sint similia ijs, quæ Christū tetigerunt, vel in quibus ipse fuit, non tamen sunt expressa ad representandum, id quod ad naturam imaginis præter rationem similitudinis, necessarium est. Si autem depingeretur sacrum præsepium, vel lancea, vel spinea corona, vel aliquid simile, non minùs, quàm ipsa crux in veneratione esse deberet. Id verò quod de pictura, vel sculptura dicimus, de ijsdem rebus naturalibus dicendum esset, si in ornamentū crucis, & monumentū passionis Christi, vel alterius mysterij, publicè ponerentur. Veluti si corona ex spinis contexta cruci adderetur, si lancea quædam iuxta illam collocaretur; si præsepium in nocte Natalis, cum alijs, quæ indicarent Christi Natiuitatem, constitueretur; planè adoranda essent. Tali enim ordine constituta, non minùs repræsentant Christum, eiusque passionis, & vitæ mysteria, quam si essent depicta, vel sculpta. Hoc autem solùm ego existimo necessarium, vt publicè ista adoranda proponantur: nam scandalum esset, vel prauam sui apud vulgus suspicionem gigneret, si quis quæuis præsepia, spinas, lanceas, & alia id genus indiscriminatim publicè adoraret: quia non facilè vulgus discerneret, qua de causa res illæ in veneratione haberentur. Sed nihil obstat quo minùs sincera fide, & recta intentione, vt disputatione 1. huius libri de quauis mundi re diximus, vbi scandalum non esset, nec prauam quis de se opinionem generaret, hæc omnia in memoriam ipsius Christi ab eo adorari possent.

Athan.

Est tamen obseruanda doctrina Athanasij, in quæstionibus ad Anthiochū quæst. 16. vbi quærit, quare crucis faciamus imagines, lanceæ verò, vel spongiæ, aut arundinis

Utrum omnes lanceæ, spineta, clauos, præsepia adorare debeamus. Solutio.

non faciamus? Respondet ipse: *Figuram Crucis ex duobus lignis cōpingentes conficimus: ut si quis infidelium reprehēdat nos quōd lignū veneremur, possumus ei persuadere ligna illa dissoluēdo, & inutilia reputando, nos non colere lignum, sed figuram: in alijs vero id ostendere non possumus.* Quod ad eum modum intelligendum est, quem disputatione i. huius libri cap. 2. explicauimus. Nempe ut ligna soluta populo adoranda publicē non proponantur, tamen priuatim recta intentione adorari possint, ut ibidem diximus. Potissima verò ratio, ob quam crucem per se depictam, aut sculptam, & ex lignis compositam, populo venerandam proponimus, non spongiam, lanceam, aut arundinem, ea est, quia cum signū crucis, per se ad alium vsum, quam adorationis, ex more non constituatur; statim visum facile in ipsum Christum animum conuertit. Spongia verò lancea, vel arundo depicta, non ita facile Christum omnibus representat: ideoque per se adoranda publicē non proponitur. Simul tamē cum cruce hæc omnia depingi, aut sculpi consueuerunt, & publicē adoranda collocari, quia cum cruce, facile in nobis memoriam Christi, & passionis illius excitāt, & affectum mouent.

Vera & propria solutio.

Tertium argumentum.

Solutio Valdensis.

Utrum labia Iudæ que Christum tetigerunt sint veneratioe digna

Tertium argumentū Vvicleffistarum est huiusmodi. Si crux, in qua Christus passus est, & alia ipsius passionis instrumenta, essent adoranda; labia quoq; Iudæ, quæ Christū tetigerunt veneranda essent, quod est absurdum. Respondet Valden. loco allegato, nudum tactum cum Christo, aut alio Sancto non esse sufficientem causam, ut aliquid venerari possimus: sed oportet tactum innoxium fuisse: quare labia Iudæ non esse colenda. Huius rationem reddunt recētiores aliqui. quia quoties tactus noxius est, labiū, vel illud, quod tetigit, est pars alicuius impij hominis, qualis fuit Iudas; quare si illa adorarentur, impius etiam homo, ut Iudas, coleretur: quod absurdum nō sequitur, quādo illud quod tetigit, aut est res inanima, aut sanctē & purē tetigit. Verūm hæc ratio solūm probat labia Iudæ, & similia, quæ iniuc Christum tetigerunt, non esse publicē adoranda. Facile enim quisque, qui id videret, putaret ipsi Iudæ,

75

76

Vald.

Iudæ, aut alteri iniquo homini ratione ipsius cultum deferri. Nil tamē obest, quo minùs aliquis sincera fide, & recta intentione affectum, & animum solūm in Christū intendens, labia Iudæ, & alia, quæ iniuste Christum tetigerūt, reuerenter osculerur: ut ex doctrina i. disputationis aperte colligitur. Atq; inde etiā constat, quo pacto rectē posset asinus, cui Christus insedit, adorari: quod etiā tāquam absurdū Claudius ille objiciebat. Quod si reuerētur colendus nō est; id solū ratione scādali fieri non debet. Supererat aliquid peculiare, de alijs Christi reliquijs dicere: de quibus nō nihil etiā in hac disputatione tactū est. Verūm quia eadem ratio de illis est, atq; de reliquijs Sanctorum, quod ad venerationem, & cultum in genere spectat, de quibus sequenti disputatione dicemus: his superfedere decreui.

77

An corpora & alia Sanctorum reliquia veneranda sint. Disput. 3.

Quinam heretici earum cultum negauerint. cap. 1.

Secundum fidem Catholicam veneratio reliquiarum astringitur. cap. 2.

Primum argumentum Vvicleffistarum ex Lucae 11. contra cultum reliquiarum. cap. 3.

Secundum argumentum Caluini contra idem Deuteronomij ultimo & ex epistola Iudæ. cap. 4.

Tertium argumentum Caluini ex secunda ad Corinthios quinto. cap. 5.

Quartum argumentum Caluini ex epistola ad Colossenses. caput. 6.

Quintum argumentum Caluini ex Concilio Eliberitano, & Hieronymo. cap. 7.

Sextum argumentum, quod contra eundem cultum reliquiarum fieri potest. cap. 8.

Quinam Hæretici earum cultum negauerint.

CAPVT I.

NON defuerunt hæretici, qui cultum, & venerationem sacram reliquiarum execrarentur. Quem errorē, præter eos, qui ipsorum Sanctorum cultum damnarunt, quos 1. lib. disput. 5. cap. 1. enumerauimus, sequuti sunt alij, qui speciatim reliquiarum venerationem è medio abstulerunt. Cōtra quos solum præfens suscipitur disputatio. Nec verò, qui cultū sacrum reliquiarum negant, consequēter, & cultum ipsorum Sanctorum impugnāt, vt in eodem cap. 1. notauimus. Primus igitur, qui sacrum cultum reliquiarū negauit, videtur mihi fuisse Eustathius, vt in illo 1. cap. dixi. Deinde Eunomius, & Vigilantius, vt affirmat Hieron. contra Vigilantium post epistolam 53. num. 22. Vbi paulò inferiùs idem Hieronymus asserit, contra hanc hæresim scripsisse Terrullianum, librum Scorpiacum, eamq; Caianam, aut Cainā appellat. Cæterum Tertullianus illud opus scripsit contra Gnosticos, qui dicebant, iustum non esse mori pro Christo, & pro eo martyrium pati. Laudat autem Tertullianus martyres, & earum memoriam, celebrandā esse asseuerat. Porrò non video, quare illam hæresim Hieronymus Caianam vel Cainam vocet. Nam Epiphanius hæresi 38. inter Caianorum, vel Cainorum errores, hunc nō connumerat, sed neq; illum de martyrio. Quocirca nec Augustinus, nec Damascenus, qui Epiphanium in omnibus sequuntur, in suis libris de hæresibus illos errores Caianis, vel Camis ascribunt. Idem forsā, quod Eunomius, & Vigilantius, sensit Faustus Manicheus apud Augustinū, de quo multa in eo capite 1. diximus. Eūdem errorem sectati sunt, Leo Isauricus, & Constantinus Copronymus, Imperatores, acerrimi & ipsi imaginum impugnatores, de quibus lib. 2. disputat. 1. dictum est. Sed hi duo, cultū etiā, & inuocationem Sanctorum abstulerunt, vt in illo cap. 1. vidimus. Claudius deinde Taurinen. apud Ionam Aurelianen.

78

Eustath
Vigil.

Hieron.

Tertull.

Epiph.

7

Aug.
Damasc.

Ioann.
Aur.

Eustathius
primus omnium
sacris reliquijs
cultum abstulit.

Vtrū Caini
seu Caiani
hæretici contra
cultum reliquiarum
errarint.

lianen. lib. 1. de cultu imaginū in 5. tomo Biblioth. sacre Vigilantium, & Eunomiū sequutus, solum reliquiarū cultum, non autem Sanctorum, videtur negasse. V vicleffistæ verò Calvinus, Centuriatores, & alij nostri temporis, non solum reliquiarum, sed etiam Sanctorum adorationem omnino impugnant. Quorum omnium argumenta cap. 3. & sequentibus referemus, & facili negotio cōfutabimus.

Secundum fidem Catholicam veneratio reliquiarum astringitur.

CAPVT II.

APud Catholicos veritas indubitata est, reliquias Sanctorum, siue fuerint partes ipsorum, vt ossa, carnes, & cineres, siue res aliæ, quæ ipsos tetigerunt, vel ad ipsos pertineant, adorandas; & in honore sacro habendas esse. Primò hæc veritas definita est in Concilio Gangrensi Can. 5. si cum his, quæ dicuntur in præfatione ipsius Concilij, conferatur. De quo satis 1. lib. disput. 5. cap. 1. deinde in septima Synodo actione 7. in definitione fidei, in Concilio Africano 5. Can. 14. vbi definitur, altaria non esse sine reliquijs Sanctorum consecranda, in Bracharen. 3. Can. 5. in Epannensi Can. 25. in Moguntino tempore Caroli Magni can. 51. in Lateranen. sub Innocent. 3. cap. 62.

Prima confirmatio
ex Concilijs.

Conc.
Gang.

7. Syn.
Conc.

Afric.
Brachar.

Epann.
Mogunt.

Lateran.
Hieron.

Secundò, ex Scriptura probat Hieron. contra Vigilantium: nam ex Deut. vlt. constat corpus Moyse ita honoratū, vt proprijs manibus ipse Deus, vel (vt inquit Epiphanius hæresi 9.) Angeli sepelierint: omnes namq; apparitiones Dei, in veteri præsertim testamento, ministerio Angelorum factas fuisse, probabimus in 1. p. S. Thom. q. 51. art. 2. Deinde Ecclesiastici 49. dicitur. *Duodecim Prophetarū ossa pullulent de loco suo, nam corroborauerunt Iacob, & redemerunt se in fide virtutis.* Pullulare eorum ossa nil aliud est, quam in memoria, & honore hominum, ob virtutem, & fidem illorum reuiuiscere. Et inferiùs de Ioseph dicitur: *Ossa ipsius*

Secunda confirmatio.

81

Eccle. 29

Josephi ossa post mortem prophetarunt ipsius visitata sunt, & post mortem prophetauerunt: eò quòd Genes. ultimo dixerat, *visitabit vos Deus, asportate ossa mea vobiscum*, quod magno cum honore Exodi. 13. cõpleuit Moyses. Ideo post mortem prophetasse dicuntur, quia iuxta ipsius Iosephi prædictione asportata sunt. Vnde, & in ipsis prophetia adimpleta.

Tertia confirmatio. Tertio Deus in honorem Elifæi miraculum edidit, suscitando mortuum, cuius cadaver tetigerat ossa Prophetæ 4. Regum 13. vult ergo Deus, ossa Sanctorum suorum in veneratione, & honore haberi. 4. Re. 13.

Quarta confirmatio. Quarto Iosias Rex volens omnem idololatriam, & superstitionem euertere, cum multa corpora, quæ in monte sepulta erant, combussisset: 4. Regum 23. ossa Elifæi, & aliorum Prophetæ, seruauit intacta. 4. Re. 23

Quinta confirmatio. Quinto tanquam magnæ pietatis indicium refertur, actorum 5. quod populi certatim ægros adduceret, vt vmbra Petri attingerent, & sanarentur, & subiicitur deinde, & sanabantur omnes, vmbra verò non est maxima inter alias reliquias: cur ergo alia non sunt honoranda, & colenda? Acto. 5. 82

Sexta confirmatio. Sexto cinctoria Pauli, & sudaria deferebantur super ægros actorum 19. & recedebant (inquit scriptura) languores ab eis, & spiritus nequam egrediebantur: ea ergo iure optimo adorationis cultu erant veneranda: in quorum approbationem Deus miracula patrauit. Acto. 19.

Septima confirmatio de sepulchro Christi. Septimo de Christi reliquijs, de quibus obiter etiã hic non nihil dicemus, idem probatur, ex illo Esai. 11. *Et erit sepulchrum illius gloriosum*, quod ex Pauli sententia ad Rom. 15. de Christi sepulchro intelligendum est. Ipse enim illud eiusdem capituli egredietur virga de radice Iese, de Christo interpretatur. Quocirca Hiero. Epist. 17. affirmat, eò loco Esaiam prædixisse, id quod modo à Christianis vniuersi orbis visitantibus sacrum Christi sepulchrum magno cū religionis affectu, fieri videmus. Deniq; Matth. 9. mulier illa Hemorrhøisa deuote cupiebat, simbriã solùm vestimenti Christi, cum reuerentia tangere: cuius fidei, & religionis merito sanata est. At nullam omnino esse differentiã, inter vestem

vestem, qua quis amictus est, & quam exuit, vt vtraq; aut religioso, aut sacro, aut ciuili cultu iuxta personarum varietatẽ adorari possit, latè demonstrauimus 2. li. disp. 8. c. 5.

Postremo hanc Catholicam doctrinam, perpetua traditione in Ecclesia Dei confirmatam, plures Patres tradiderunt: quos tamen, breuitati consulens, prætermitto: tum etiam quòd res adeò manifesta sit, vt maiori non egeat cõfirmatione. Eorum plura testimonia referunt Vvalden. tomo 3. cap. 14. Martinus de Ayala in tractatu, de traditionibus 3. p. cap. de veneratione reliquiarum, Osius in confessione Polonica cap. 58. Alanus Copus in 3. dialogo cap. 12. & sequentibus, vbi plures quoque fraudes, & mendacia Centuriatorum detegit. Optima verò ratione naturali, ex principijs morum petita, eo modo, quo de imaginibus probauimus 2. lib. disput. 8. cap. 8. & 9. hæc veritas ostendetur: cum sequenti disputatione verus modus adorandi reliquias, à nobis explicabitur. Nunc ad diluenda hæreticorum argumenta gradum faciamus.

Vvald.
Ayala.
Osius.
Alanus

Ultima confirmatio ex patribus.

Primum argumentum Vvicleffistarum ex Luca 11. contra cultum reliquiarum.

84

C A P V T III.

Vvaldè.
Luc. 11.



Contra hæc Catholicam doctrinam Vvicleffistæ apud Vvaldenf. tom. 3. cap. 131. in hunc modum obijciunt, Luca 11. cap. dicitur. *Va vobis, qui edificatis monumenta prophetarum, Patres autem vestri occiderunt illos, profecto testificamini, quod consentitis operibus Patrum vestrorum, quoniam ipsi quidem occiderunt, vos autem edificatis eorum sepulchra.* Vbi non apparet, de quo alio crimine eos Christus accuset, vel in quo alio ipsi parentes imitarentur, nisi quia edificabant monumenta Prophetarum, & eorum reliquias venerabantur: quòd quidem si crimen non esset, non diceret Dominus, *consentitis operibus Patrum vestrorum.*

Argumenta hæreticorum contra relictuarum cultum

Locus eccl. 1. cap. Luca 9 vobis qui edificatis.

Primũ, respondet optimè Vvaldenf. nullũ esse, ex sacris Patribus

Patribus, & Scripturæ interpretibus, qui dicat eo loco ornatum monumentorum, Prophetarum, aut Iustorum improbari. Nam & apud Iudæos tituli, & sepulcra iustorum, in honore semper fuerunt, nec aliqua superstitione vnquã notata, vt ex his, quæ in 2. capite retulimus, perspicuè apparet.

Locus predictus exponitur collatus cum alio Mat. 23.

Deinde vera illius loci explanatio ex cap. 23. Matthæi, vbi eadem sententia habetur, dilucidè colligitur. Dicit enim in hunc modum. *Va vobis Scribæ, & Pharisei hypocritæ; quia edificatis sepulcra prophetarum, & ornatis monumēta iustorum, & dicitis, si fuissetis in diebus Patrum nostrorum, non essemus sicuti eorum in sanguine prophetarum.* Itaq; testimonio estis vobismetipsis, quia filij estis eorum, qui Prophetas occiderunt. Et vos implete mensuram Patrum vestrorum. Ad cuius explicationē supponendum est, eo cap. & Lucæ 11. Phariseos hypocrisis speciatim à Christo insimulari. Id verò colligit Christus ex leuioribus operibus, quæ prætextu religionis Pharisei habebant; sub quibus grauiora ipsorum peccata tangebantur. Vt quòd decimarent mentam, & rutam, sed iudicium Dei præterirent. Quocirca eos comparauit sepulcris dealbatis: quæ exterius apparent speciosa, intus autē plena sunt immunditia. Sicut ergo non damnat Christus decimare mentam, & rutam, nec alia bona opera, quæ ibi commemorat: sed quòd his facilioribus quidē, & minoris momenti operibus sanctitatem coram populo simularēt: intus autem pleni essent iniquitate, & dolo, maioraq; præcepta transgredirentur: sic non reprehēdit eos, quòd edificarent sepulcra Prophetarum, sed quòd, cum incusarent delictum Patrum suorum, qui Prophetas occiderūt, & dicerent se aliàs non futuros consortes delicti, si in diebus illis fuissent; atq; in signum honoris prophetarum, & detestationem delicti Patrum suorum, sepulcra & monumēta Prophetas edificarent, ipsi nihilominus intus homicidæ essent & Dominum Prophetarum Christum vellent occidere. Quare adiecit Christus Matth. 23. *Verumtamen implete mensuram Patrum vestrorum.* Quæ verba non imperatiuè, sed permissiuè accipienda sunt. Id ipsum, obscuriùs tamen dixit

Mat. 23.

85

Mat. 23.

87

dixit S. Lucas, illis verbis: *Profecto testificamini, quod consentitis operibus Patrum vestrorum.* Non quidem edificando monumenta Prophetarum: (ipsi enim non edificauerunt: neque etiam edificare illa, est facinori eorum cōsentire: imò verò opere ipso improbare,) sed homicidia eorum imitatio, quando quidem me desideratis ob eandem causam interficere: quia ego veritatem vobis, sicut Prophetæ Patribus vestris, palàm annuntio, & vitia vestra redarguo. Hoc significauit S. Lucas cum dixit. *Quoniam ipsi quidem occiderunt eos.* Quibus reddidit causam, quare Pharisei testificarentur, quod consentirent operibus Patrum suorum, cū enim non dixerit: *Ipsi enim edificabant monumenta: sed, quoniam ipsi quidem occiderunt eos:* palàm ostendit, non in edificandis monumentis, sed in animo occidendi parentes suos imitari. Quod verò illico subiungit: *Vos autem edificatis eorum sepulcra,* nō est coniungendum cum eo, quod præcellerat, *consentitis operibus Patrum vestrorum,* sed est repetitio eius, quod dixerat priùs, qua ostendit, quo opere pietatis exterioris sanctitatem simularent: scilicet edificando monumēta, & sepulcra. Hanc interpretationem indicant Ambros. lib. 6. in Lucam cap. 7. Hilarius in Matthæum can. 23. Chryf. homil. 75. in Matthæum, Hieron. & Thophil. in illum locū Matthæi, Beda in illud Lucæ 11.

Ambros.
Hilar.
Chrysof.
Cyrill.
Theophi.
Beda

88

Et certè si totus contextus vtriusq; Euangelistæ attentè consideretur, euidenter ex illo colligitur, constructionem, & edificium sepulcrorum, à Christo non reprehēdi. Nā vt eo capite, hypocrisis crimine eos notaret, quòd decimarent mentam, & rutam; quia edificarent monumenta, & alia huiusmodi opera præstarent: quæ exterius bona viderentur, intus autē prauo, & iniquo animo essent, ait: *Va vobis quia decimatis, &c. & iterū. Va vobis Scribæ, & Pharisei hypocritæ, quia edificatis sepulcra Prophetarum,* quibus verbis, sicut non reprehēdit decimationem rutæ, & mentæ: sed quòd sub his operibus prauum animum occultarent: sic nec edificium sepulcrorum redarguit, sed animū occidendi, quem sub ea pietate Pharisei simulabant. Adde etiam, si Prophetarum edificare sepulcra superstitiosum esset; vt ha-

Colligitures
positis ex cō
textu.

*Ratio conuin-
cens hereti-
cos ex vi con-
textus euan-
gelij sumpta.*

vt heretici ex hoc loco probare nituntur, non rectè dice-
ret, *va vobis hypocrite, quia edificatis, &c.* sicut ineptè quoque
diceret. *va vobis hypocrite, qui Baal & idola gentium colitis, &
Deum verum relinquitis.* Nam si manifestum crimen esset su-
perstitionis, non rectè in eos verba illa conuenirent: *va
vobis hypocrite.* Sub eo namque crimine idololatriæ, quòd
manifestum esset, scelus hypocrisis, & simulationis latere
non poterat, cum semper sub specie pietatis, & boni ope-
ris delitescat: sicut ex definitione, quam tradit S. Thomas
2. 2. q. 111. art. 1. & 2. de simulatione in vniuersum, & eodem
art. 1. & 3. de hypocrasi speciatim, & ex ipsa naturali ratio-
ne constat.

Quocirca contra ipsos Vvicleffistas, ex eodem loco ar-
gumentum efficaciter retorqueri potest hoc modo. Si edi-
ficare monumenta Prophetatum ex se malum esset, & su-
perstitiosum, non possent Iudæi propter illud peccatum
hypocritæ appellari: sicut neque qui manifesti idololatræ
essent: sed insimulantur hypocrisis, vt ex verbis citatis li-
quet: ergo quia sub illo opere, quod ex se pietatis, & vir-
tutis erat, animum iniquum simulabant, hypocritæ sunt
appellati. Illud igitur opus ex se bonum erat, si rectè, & nõ
animo simulandi fieret, aliter, quam superstitiosum, quod
nulla ratione benè præstare possumus.

*Secundum argumentum Caluini contra idẽ ex Deu-
teronomij vltimo, & ex Epistola Iudæ.*

C A P V T I I I I.



Secundo arguit Caluinus in admonitione de
reliquijs ex cap. vltimo Deuteronomij hunc
in modum. Deus abscondit corpus Moyſis
non aliam ob causam, quã ne coleretur à Iu-
dæis: qua de re in epistola Iudæ legitur, diabolus contende-
dit cum Michael, vt scilicet corpus Moyſis detegeret, &
Iudaico populo adorandum proponeret; & ab Archange-
lo Mi

89
S. Thom.

90

Deut. vi.

lo Michael prohibitus fuit. Respondetur primũ, non fa-
tis constare, quæ fuerit pugna illa diaboli cum Michael:
quare nec inde Caluinus aliquid probare possit. Deinde
Catholicos interpretes in loci illius interpretatione varia-
re: quouis autem modo locum interpreteris, nihil contra
veritatem Catholicã, quam statuimus, colligi potest. Prima
expositio est Catenæ Græcorum Patrum in illum locũ Iu-
dæ, qui asserunt, concertationem fuisse, quia diabolus pe-
teret corpus Moyſis propter homicidium quod in Aegy-
pto commisit: Michael verò ipsum defenderet.

91
Beda.

Secunda interpretatio est Bedæ, in eundem locum Iudæ,
quam ipse ex aliorum sententia refert, & sequitur. Nempe
per corpus Moyſis intelligi non ipsius cadauer, sed corpus
eius mysticum, totum scilicet populum Israeliticum, con-
certationem verò quã refert Iudas, acutè satis inquit, ef-
se, quam Zacharias cap. 3. describit, vbi Propheta ait: in spi-
ritu vidisse Iesum sacerdotem magnum, stantem corã an-
gelo Domini, & Satanam à dextris eius, vt aduersaretur
ei. Qui, vt bene obseruauit Beda, acriter pugnabat, ne po-
pulus Iudaic⁹, de captiuitate Babylonica educeretur, quod
contrã, Iesus sacerdos summoperè contendebat. Et subdit
Zacharias, & dixit Dominus ad Satan, increpet Dominus in te, &
increpet Dominus in te, qui elegit Hierusalem, cum ait, dixit Do-
minus, intelligit Angelum, qui personam Dei gerebat, tum
quia omnes apparitiones, præsertim in veteri Testamento,
ministerium habebant Angelorum, vt in primam partem S.
Tho. q. 51. art. 2. dicemus. Tum etiam quia nisi esset Ange-
lus non diceret congruè increpet in te Dominus. Nec obstat,

Zach. 3.

92

Cai. 1
Gagne.

quòd ibi angelus quoque dicatur Dominus: sic enim etiã
appellatur Iosue 5. Hunc autem angelum, qui pugnam sus-
tinuit Zachar. 3. cap. fuisse Michael, vero simile est. Hic
enim fuit dux, & custos illius populi: quare, & salutem at-
que liberationem illius procurasse, dubium non est.

Tertius sensus illius loci est, quem Caietanus, & Ga-
gneius tradiderunt: & argumento Caluini magis fauet:
nempe altercationem illam diaboli cum Michael fuisse
se, de cadauere Moyſis. Quod diabolus contende-
bat po-

*Explicatur
pugna Mi-
chaels, &
Demonis de
qua B. Iud.
Prima expo-
sitiõ græcorum*

*Secunda expo-
sitiõ Bedæ.*

*Angelus
dicitur Do-
minus.*

*Michael cum
suo populo
Israel.*

*Tertia expo-
sitiõ Caiet.
& Gagnei.*

bat populo adorandum proponere. Michael verò ne adoraretur occultavit : hinc autem non licet inferre, nunc à populo Christiano, ossa Sanctorum, & sepulcra eorum non esse colenda. Nam Michael curavit, cadaver Moysis illi populo occultare, quoniam cum in idololatriam maximè esset propensus, siquidem vitulos aureos, & idola in deserto adoravit. corpus Moysis diuino cultu, & honore, facile prosequeretur. At inter Christianos hoc periculum non est, præsertim si rectè instruantur, & vera doctrina, quæ sequenti disputatione trademus, quod facile fieri potest, imbuantur. Hunc sensum videntur sibi colligere Doctores citati, ex Chrystomo homil. 5. in Matthæum : ubi ait ea ratione non sensisse Dominum, ut Moyses populū Iudæicum in terram promissionis introduceret, ne omnia illa beneficia ipsi Moysi, & non Deo accepta referret : in ipsa namque peregrinatione, relicto Domino, sæpius Moysen requirebat. Subdit Chrystomus: *Vt igitur omnis huiusmodi amputaretur occasio, ipsum quoque eius est occultatum sepulcrum.* Chrystomus. tamen non affirmat concertationem diaboli cum Michaelē super hac re fuisse.

Sed obiiciat aliquis: si nunquam populus viventē Moysen adoravit, cur periculum esset, ne mortuum, ut Deum coleret? Respondeo, cum ipse viuebat, cohibebat & instruebat populum, quod mortuus præstare non poterat: tū etiā commune fuit Ethnicis, & Gentilibus, ut homines viuentes, tanquam Deos non adorarent, mortuos verò in Deorum numerum facile referrent. Maius ergo periculū fuit post mortem Moysis, quam ipso viuente, ne populus Iudæicus idololatriæ crimen committeret. Nulla ergo ratione, etiamsi sequeremur hanc posteriorē expositionē, quæ Caluino magis fauet, aliquid inde probari posset. Nam si alias duas amplectamur, fundamentum, quod assumit de altercatione diaboli cum Michaelē, omnino corrui.

Aliqui asserunt, sepulcrum Moysis absconditum, ne corpus eius ab incantatoribus suscitaretur, atque hac de causa, posset quis dicere, concertationem inter Michaelē & diabolum fuisse, quod hic contenderet corpus illius manifestari,

Ambr.

nifestari, ut incantatores illud suscitaret, & populo sic adorandum proponerent, Michaelē verò restitisse. Sed Ambrosius in illud ad Titum 3. *Stultas autem quæstiones*, inter fabulas, quas dicit Paulus. euitandas, affirmat, esse asserere hac de causa sepulcrum Moysis à Deo fuisse occultatū.

95

Est tamē hic obiter modestia Michaelis maximè obseruanda, qui diabolo iniquè contendenti de corpore Moysis, *Non est ausus iudicium inferre blasphemie*, ut inquit Iudas, id est, maledictis prosequi, sed modestè dixit, *inrepet te Dominus*. Quod in exemplum adducit Apostolus, ut eorum confundat, & redarguat maledicentiam, qui maiestatem Dei, & quæcumque alia fidei mysteria, quæ sensu suo capere non valent, & ideo à B. Iuda ignorare ea dicuntur, inuerecundè execrantur, & blasphemant.

Contra blasphemos nota modestia Michaelis.

Chrystomus.

93

Chrystomus.

Tertium argumentum Caluini ex secunda ad Corinthios quinto.

C A P V T V.

2. Cor. 5.



ERTIVM argumentum est etiam Caluini desumptū ex illo secunda ad Corinthios quinto, ubi sic dicitur, *Etsi nouimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus*: cum ergo dicat Paulus, se iam non nosse Christum post resurrectionē secundum carnem: docet, quod carnale fuit in Christo, obliuioni tradendum esse, & omne studium nostrum in eo ponendum, ut quod spirituale in Christo est, solum queramus. Omnes ergo Christi reliquæ, tanquam carnales, obliuioni tradendæ sunt. Hoc eodem testimonio utebantur Iconomachi septimæ Synodi sic falso nuncupatæ, sicut refertur in septima Synodo Nicena secunda, actione 6. romano 4. ut probarent Christum secundū corpoream figuram non esse depingendum, sicut neque Deum. Nam quemadmodum Deus est spiritus, & querit adoratores in spiritu Ioannis capite 4. ita Christum iam non nouimus secundum carnem, sed secundum spiritum: quare nec

7. Syn.

Ioan. 4.

96

D d sub figu-

An maius fuerit periculum adorandi Moysen mortuum, quam viuentem.

Quarta expositio sub titulo.

94

sub figura carnis, & corporis sui depingendus est.

Solutio.
Exponitur
locus Pauli
& si noui-
mus Chri-
stum secun-
dum carnē.

Verum hæ Caluini & Iconomachorum interpretatio-
nes ex suo cerebro solum depromptæ, inanes & friuolæ
illico iudicantur: quorsum enim Paulus eo loco reliquias
& imagines Christi damnare uellet: & si contextum ipsius
attendas, omnino extra rem, Caluini, & Iconomachorum
expositiones esse uidebis: Catholicorum uero interpreta-
tiones, quauis variæ sint, multò meliùs textui accommo-
dari posse.

Prior expli-
catio septima
Synodi.

Prior est Patrum septimæ Synodi, & Adriani in Episto-
la ad Episcopos Hispaniarū, quæ est in Cōcilio Frācofor-
diensi, qui uerba Pauli ad diuersa temporanō ipsius Pauli,
sed Christi referūt, scilicet & ad tempus carnis mortalis,
in quo ipse passionibus nostris subiacebat, de quo ad He-
bræos 5. dicitur, *In diebus carnis suæ*, id est passibilitatis: & ad
tempus resurrectionis, in quo, *Christus resurgens ex mortuis*

Hebr. 5.

Dies carnis
Christi sunt
dies passibili-
tatis.

iam non moritur, ad Rom. 6. quod super naturam carnis est.
Inquit ergò Paulus (ut interpretantur Patres 7. Synodi) ta-
meti in illo primo tempore nouimus Christum secundū
carnem, hoc est passibilem, quod proprium est carnis, *sed*
nunc, hoc est, tempore post resurrectionem, in quo non i-
psam carnem, sed modum proprium carnis amisit, *iam nō*
nouimus passibilem. Sic intelligunt eum locum Chryso-
stomus, Theodoretus, Theophylactus, Oecumenius, Ambro-
sius, & Hieronymus ibidem, & Cyrillus Alexandrinus, cu-
ius commentarium refert 7. Synod. act. citata. Mirto duas
alias, quas Hieronymus adducit; ex quibus etiam nihil
Caluinus probare potest.

97
Rom. 6.

Chrysof.
Theodo.
Theoph.
Oecume.
Ambr.
Hieron.
Cyrillus.
Alexā.
Caiet.

Posterior ex-
positio Caiet.

Posterior expositio est, quam Caietanus in eum locum
indicat, & contextui optimè congruit; ex qua etiam nihil
Caluinus contra cultum reliquiarum potest inferre. Duo
ergo illa tempora, quæ 7. Synodus refert ad Christum, ut
explicatum est, optimè etiā referri possūt ad ipsum Pau-
lum, qui alio modo tunc Christum cognoscebat, quam in
Iudaismo. Nam particula *nunc*, quæ posterior tempus in-
dicat, non ad Christum, qui cognitus est, sed ad cognoscē-
tē, qui est Paulus referri debet. Sicut vox *cognouimus*, quæ
prius:

98

prius tempus denotat. Idem ergo Paulus, qui antea cog-
nouit Christū, dicitur nunc quoq; ipsum cognoscere: nunc
autem etiam cognoscit ipsum secundum carnem passibili-
lem, non quia nunc ipse sit passibilis, sed quia nunc cog-
noscit fuisse passibile. Est ergo sēsus Pauli, Tametsi aliquā
do, cum essem in Iudaismo, Christum & Messiam Regem
carnali atq; temporali imperio regnaturum crederem, &
expectarem; & ideo tūc ipsum secundum carnem, nō se-
cundum spiritum cognoscerem: nunc tamē misericordiā,
& ueram fidem cōsequutus, cognosco, & credo ipsum ue-
rum Messiam, & Regem, non in carnali regno, sed spiri-
tuali regnātem, talemq; Patribus nostris à Deo fuisse pro-
missum. Hoc ipsum accidit discipulis euntibus in Emaus.
Ipsi enim sperabant Christum resurrecturum, & redēptu-
rum Israel ex Romanorum captiuitate, qua tūc opprime-
batur. Id enim denotat illud Luc. 24. *nos autem sperabamus,*
quod redempturus esset Israel: postea uero cum Christus ape-
ruit illis sensum Scripturarū, planè cognouerūt, sic oportu-
isse Christū pati, & resurgere à mortuis, ut a peccati ser-
uitute uniuersum mundum redimeret. Tunc ergo cœpe-
runt Christum cognoscere secundū spiritum, quem antea
iuxta vulgi opinionē nouerant secundum carnem. Sic ex-
plicat locum illum Luc. Theoph. Eodem modo Matth. 20.
filij Zebedæi agnoscentes Messiam solum secundum carnē,
& putātes regnaturum Hierosolymis post resurrectionē
suā in throno regni tēporalis, petierunt duas sedes, alterā
à dextris, alterā à sinistris, ut explicāt Chryf. Theoph. & alij
cōmuniter: nōdum enim nouerāt illū secundū spiritū. At
postea cū Paulo ipsi, & alij discipuli dicere poterāt: *si no-
uimus secundū carnem Christū, sed nunc iam non nouimus.*

Sensus uerbo-
rum Pauli.

Regnū Chri-
sti non carna-
le, sed spiri-
tuale.

Luc. 24.

Theophi.
Matth. 20

99

Consonat autem hic sensus præcedentibus eiusdem ca-
pituli. Cum enim ibi ostendisset desiderium, quod habemus
uite immortalis in cœlis, & docuisset, *sive absentes*, hoc est
in hac uita mortali degentes, *sive presentes* in cœlis simus,
enitendum nobis esse, ut Christo placeamus, qui pro
omnibus mortuus est: ut qui uiuunt, *iam non sibi uiuant,*
sed ei, qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit; subiungit:

Probatur in
interpretatio-
ne prædictæ ep-
istolæ.

Sine mente excedimus Deo, hoc est, contemplatione, & con- uersatione, cū ipso solo Deo excessum mētis patimur: sine sebrū sumus uobis, id est, in gratiā vestri ad humilia nos de- mittimus obsequia, & à mentis cū Deo cōuersatione ab- tinemus; supplendū autē est: Vtroq; modo Domino uiuimus, & ei, qui pro omnibus mortuus est. Sequitur: Caritas enim Dei urget nos. Hoc est, ipsa enim caritas, qua Deo placere cupimus, urget nos, vt relicta alta mentis cōtēplatione, ad exteriora opera, & occupationes in gratiam vestri descendamus. Addit deinde: Itaq; nos ex hoc neminem nouimus secundū carnē, ac si dicat, ex hoc tēpore, quo noui, uiuendū esse soli Chri- sto, qui pro nobis mortuus est, neminē agnosco secundū carnem, siue ille affinis sit, siue alio modo coniunctus, in cuius gratiam uiuere cupiam. Subdit tandē verba, quę in argumento citauimus, quorū sensus est: licet enim Christū nouimus secundū carnē, cum essemus in Iudaismo, cui putabamus tanquam Regi temporali seruiendum, & pla- cendum esse: sed nunc, postquā misericordiam consequuti sum s, iam non nouimus hoc modo Christum tēporalem Regē esse, cui temporali obsequio placendū: sed spiritua- lem, cui spiritu parendum & seruiendum sit.

Quartū argumētū Caluini ex epist. ad Colossenses.

C A P V T V I.



Limmo nobis opponit Caluinus ex Paulo illud ad Colossē. 2. vbi putat damnari cultum, & re- ligionem voluntariā, quam græci εθελοθρησκείαν et helothrisikian, vocant, etiamsi speciem habeat pietatis, & religionis. Dicitur autem cultus voluntarius, qui non est à Deo institutus. At cultus reliquiarū (inquit) non est à Deo institutus, sed voluntate hominū assumptus ergo tanquā εθελοθρησκεία et helothrisikia damnari debet.

Hunc locum Pauli luculenter, & accuratē, vt reliqua, examinat noster Franciscus Turrian. lib. 5. pro epistolis Pontificum cap. 7. probat autem, non quemcunque cul- tum, etiam voluntate propria, absque vilo Dei præcepto susceptum

100

Coloss. 2.

Turr.

Expositio Francisci Turriani.

fusceptum damnari; sed Iudaicum ritum, quem Colossen- ses in cibo, & potu, & alijs cēremonijs introduxerant. Id patet ex verbis Pauli: Nemo ergo (inquit) vos iudicet, id est, condemnet, in cibo aut potu, aut in parte diei festi, aut Neome- nia, aut Sabbathorum, quæ sunt umbra futurorū, corpus autē Chri- sti. Per quæ omnia, Iudaicas cēremonijs intelligit Augu- stinus epistola 59. vt de neomenia & Sabbathis satis cōstat. Ideò verò dixit, quæ sunt umbra futurorum, quia figuræ erant Christi futuri, & mysteriorum eius: corpus autem Christi: id est, ipsa veritas, cuius illæ erant quasi umbræ: atq; adeò e- ius præsentia cessare debuerunt.

Subdit statim Paulus, nemo vos seducat, volens in humilitate & religione Angelorum, quæ non vidit, ambulans hoc est, nemo vos seducat affectans humilitatem, & religionem quan- dam superfluam sponte assumptā: sic enim explicat Tur- rianus nomen Græcum εθελοθρησκείαν et helothrisikian. Vo- cat autem religionem Angelorum, quam Simoniaci simu- labant, vt Clemens Rom. lib. 6. constitutionum cap. 10. te- statur: sic etiā intelligit idem Turrianus in eo lib. cap. 26. Quòd verò dicit, quæ nunquam vidit, significat etiam super- stitiosam religionem, & humilitatem, ex proprio cerebro & somnijs introducant. fuisse, vt de Cerintho affirmat Theodoretus lib. 2. hæreticarū fabularum cap. 4. Deinde, quæ sunt in interitu ipso vsu, non dicit, quòd ea sint in interit- tum spiritualement animæ, sed quoniam ipsi cibi, in quibus vana religio introducta erat, sui ipsorum vsu consumun- tur. Sic græci Patres interpretantur, quò ostendat Paulus, in rebus, quæ ipso vsu consumuntur, frustra Colossenses varijs cēremonijs torqueri.

Quæ verò postea subiungit, difficiliora sunt. Quæ sunt ra- tionem quidem habentia Sapientiæ in superstitione & humilitate, & non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis. Vt autem ea explicet Turrianus notat primū, nomē rationem græcè λόγον logon, non significare speciem & ima- ginem, vt vult Hieronymus, qui dicit, ea habere imaginē & speciem sapientiæ; sed verè significare, quod latine di- cimus rationem. Probat testimonio Eusebij Cæsariēsis, ad-

101 Aug.

Clem.

Theod.

102

Turr.

Euseb.

Quid signifi- cet religio an- gelorū quam Simoniaci si- mulabant.

Cibi quomo- do ipso vsu sint in interit- tu.

uerfus Marcellum Ancyranū, vbi omnia significata nominis λόγος *logos* enumerat, pro specie verò vel imagine vsurpari, non asserit. Quare & Adamus in eum locum, difficile quoq; putauit, nomen illud in ea accipi significatione.

Deinde supponit Turrianus, vocem λόγον *logon* latinè *rationem*, nō posse coherere cum eo, quod sequitur, in *superstitione*: quomodo enim diceret Paulus, eas cęremonias habere *rationem veram sapientię in superstitione*? Nam si *sapientię verę*, quomodo in *superstitione*? Sed pro illo nomine *superstitio*, quo vulgatus interpretatur, vertit ipse religionem spontaneam. Gręcum enim εὐελοθησκεία *ethelothriska*, voluntariam religionem significat, hoc est, sponte, & voluntate propria, non ex pręcepto susceptam. Nam & vulgatus interpretatur eodem capite idem gręcū nomen vertit. *Religionem Angelorum*: putat enim Turrianus ieiunium, quod lege statutum est, ad θεοκαθ' *thriksian*, id est, religionē: quod verò sponte assumitur ad εὐελοθησκείαν *ethelothriskian*, id est, voluntariam religionem pertinere. Quocirca hoc nomine bonam etiam religionem, quę in pręcepto non est, significari autumat.

His positis contextum Pauli sic ordinat. Vt insipientia est & impietas a cibis, qui ad vtendum dati sunt, propter fabulas, & somnia superstitione abstinere: sic rursus sapientia est, ob religionem, & verum cultum Dei, ipsis non vti: ad humiliandum nempe animam in ieiunio, & corpus castigandum, & non in honore carnis contra illius saturitatem. Dicit *contra saturitatem non ad saturitatem*, vt vulgatus, quia gręcè est πρὸς *pros* prępositio, quę frequenter etiā *contra* significat. Subducta enim saturitate, reprimitur elatio, ideoq; Paulus ea, quę antea damnauerat, quia fierent ad obseruantiam cęremoniarum veteris legis, quod attinet ad ciborum abstinentiam, postea commendat: scilicet in non parcendo corpori, idq; veram rationē sapientię habere asseuerat.

Acuta sanè interpretatio, & quę mihi admodum probaretur, nisi cogeret nos & vulgatū interpretem, & communem

Textus Apostoli quomodo sit ordinandus ex opinione Turriani.

Expositio Turriani nō omnino probatur auctoritate.

Adamus

103

104

munem nominis εὐελοθησκεία *ethelothriska* significationē relinquere. Nam secundum omnes nō quācunq; religionē, sed superstitionem significat, vt vulgatus vertit. Quāuis enim si ad literam velis interpretari, idem sit, quod latinè *voluntaria religio*: hoc tamen ipso, quod voluntaria est, superstitionem, & non vera iudicari debet. Verus enim cultus & religio, siue ex pręcepto assumatur, siue ex consilio, non dicitur voluntaria, hoc est, sola propria voluntate introducta, & conficta. Est enim voluntate Dei, siue pręcipientis, siue consulētis, & approbantis instituta, & probata: religionis namq; natura nō ex modo, quo a nobis suscipitur, sed quo instituitur attendenda est: ac proinde nō dicitur voluntaria, quia voluntate propria a nobis suscipitur, sed quia propria voluntate instituitur. Quare vera religio, etiam ex deuotione absq; pręcepto suscepta, a nullo probato autore εὐελοθησκεία *ethelothriska*, sed θεοκαθ' *thriksia* dicitur. Merito ergo vulgatus interpretatur *superstitionem* conuertit. Quod verò paulò antea interpretatus fuit *religionem* absolutè, parum refert: quia ex sequentibus manifeste constabat, eam esse superstitionem, & quę nullum in Dei voluntate, sed in propria fictione, & somnio fundamentum haberet: sic enim ait in *religione, & humilitate Angelorum, quę nunquam vidit inflatus sensu carnis sue*.

Cęterum, vt communem expositionem, & textum nostri vulgati interpretis sequamur, obseruandum est, nomē λόγος *logos* accipi posse pro verbo, vt accipit Erasmus, & sensus erit, *quę sunt rationem quidem habentia sapientię*, hoc est, quę nomen habent tantum sapientię, & verbo tenus erudita, & magnifica videntur: hoc autem idem est, atque speciem & imaginem habere sapientię; & hoc pacto, proprietatē nominis λόγος *logos* obseruamus. Significat enim in omnium sententia, verbum, seu vocem; ac proinde eo loco non ineptè etiam speciem, & imaginē denotat: quod enim verbo tenus tale dicitur, solum imaginem, & speciem illius videtur habere: aut interpretari possumus alio modo & (mea quidem sententia) optimo, cum Aug.

Vulgatus interpretatur.

Erasmus.

105
Aug.

Voluntaria religio quid sit.

epistola 59. ita ut nomē græcum λογος *logon*, latine rationē, pro natura & ratione in latina significatione accipiatur: nomen tamen *Sapientia*, non veram, sed falsam, & mundanam significet: additur enim in superstitione, ac si dicatur, sapientia, quæ est in superstitione: tunc vero sensus erit: quæ habent rationē sapientiæ humanæ in superstitione, & humilitate exteriori, in eo scilicet, quod non parcūt corpori, græce est ἀφροδία *aphidia*, ac si latinè dicas, *imparcētia*, nō in honore aliquo ad saturitatem, id est, negato subsidio & alimento corpori necessario, quo etiā corpus honorari dicitur, iuxta illud 1. ad Tim. 5. *Honora viduas, quæ viduæ sunt*, quod de alimento quoq; intelligitur, & eodem cap. *Qui benè præ sunt presbyteri, duplici honore digni habeantur*, hoc est, reuerentia, & alimento.

Corpus quādo alitur honorari dicitur.

Ex his non solum colligitur, Calvinum non probare cultum reliquiarum esse *εθελοθρησκείαν ethelothriskian*, tum quia de hoc non loquitur Apostolus, tum etiā, quia si optima ratione morali constat, ritè & legitimè reliquias esse adorandas, earum veneratio, non potest voluntaria religio, & ab homine conficta appellari: sed etiam malè ex hoc loco hæreticos colligere, ieiunia esse superstitionem, & voluntariam religionem; cum ea, vel præcepta, vel sponte suscepta, secundum Dei voluntatem instituta sint.

Quintum argumentum Caluini ex Concilio Eliberitano, & Hieronymo. 107

CAPVT VII.



Vinto, cereos accendi in cultū sanctorū Martyrum, & reliquiarum improbant Calvinus & Centuriatores, primum ex Concilio Eliberitano can. 34. vbi prohibetur, cereos interdum accendi, ne spiritus defunctorū inquietentur. Deinde ex Hieronymo post epistolam 53. contra Vigilantiū numero 17. vbi cum Vigilantius obiecisset, idololatriam esse, huiusmodi cereos accendere, respondet ipse: *Cereos clara luce non accen-*

Conc. Eliber.

Hieron. *accendimus, sicut frustra calumniaris, sed ut noctis tenebras hoc solatio temperemus, & vigilemus ad lumen, nec cæci tecum dormiamus in tenebris. Quod si aliqui propter imperitiam, & simplicitatē secularium hominum, vel certè religiosarum fœminarum, de quibus vere possumus dicere: Confiteor zelum Dei habent, sed non secundum scientiam: hoc pro honore martyrum faciunt: quid inde perdis?* Existimauit ergo Hieronymus cultum cereorum esse superstitionem, sed solum ignorantia excusari: cereosque solum ad tenebras noctis fugandas esse accendendos.

Respondēt primum aliqui, Concilium prohibuisse magicum morem euocandi animas defunctorum, accensis cereis, quem indicauit illis verbis: *Inquietandi enim spiritus sanctorum non sunt.* Nam 1. Reg. 28. anima Samuelis euocata à Pythonissa respōdit, *quare me inquietasti, ut suscitarer?* Refert etiam Suetonius in Tiberio cap. 98. consueuisse Gentiles ad sepulcra defunctorum faces accendere: & Plinius 28. historiæ cap. 2. sollicitari consueuisse animas defunctorum. Verum non est credibile, Concilium existimasse animas defunctorum magicis incantationibus moueri de loco suo: etiam si in phantasmate appareant, cum à Magis euocantur: ideoque nec est probabile, illud, *Inquietandi enim non sunt anime sanctorum*, pro ratione Concilium tradidisse, ut morem illum superstitionem abrogaret: tamen si Gentiles, & Magi credant, animas moueri, & suis artibus euocari. Quod si 1. Reg. 28. vere anima Samuelis suscitata de loco suo venit, ut planè colligitur ex cap. 46. Ecclesiastici, ob quod dixit, *Quare inquietasti me?* non artibus magicis, quas Concilium vetuisse volūt, sed voluntati Dei peculiari, ut mortem Sauli prædiceret, tribuendum est. Anima igitur ipsa Samuelis, quæ verè de loco suo venit, vere dicere potuit: *Quare inquietasti me?*

1. Reg. 28.

Sueton. 108 Plinius

Eccles.

Respondent quidam Concilium solum prohibuisse magicum morem. Impugnatur solutio prædicta.

Respondeo ergo, Concilium Eliberitanū solum voluisse, superstitionem cultum cereorum, & ex errore Gentiliū profectum de medio tollere. Putabāt enim Gentiles, corpora defunctorum aliquid sentire, & cum essent in tenebris clausa sepulcris, cereis illustrari. Addit verò rationē dicens: *Inquietandi enim spiritus sanctorum non sunt.* Cū enim

Cur Concilium Eliberitanum prohibuerit cereos accendi ad sepulchra.

cultus ille superstitiosus esset, ac proinde Sanctis displiceret, spiritus eorum inquietari eo dicebantur, sicut ad Ephes. 4. Spiritus sanctus malis nostris operibus, quod ipsi displiceant, contristari dicitur. Placet quoque acuta expositio, quam Garfias Loaysa principis nostri Philippi 3. Praeceptor dignissimus, & Regis nostri Philippi secundi primus Eleemosynarius in eum canonem annotavit, ut spiritus Sanctorum intelligantur, non mortuorum, sed viventium: nam & fideles in Scriptura sancti nuncupantur, ideo vero dicantur eorum spiritus cereis accensis inquietari, quia more illo superstitioso perturbabantur.

109
Ephes. 4.

Garfias
Loaysa

Respondent nonnulli testimonio Hieronymi.

Impugnatur eorum responsio.

Deinde ad Hieronymum respondent nonnulli, de his tantum loqui, qui accedunt cereos coram reliquijs, putantes inde martyres illustrari, ac propterea dixisse, eos habere zelum Dei, quia existimabant, se gratum facere Deo, & Sanctis, sed non secundum scientiam. Verum Hieron. aliud omnino sensisse videtur: nam de ipsis, qui cereos accendebant, & de quibus dixerat, habere zelum Dei, sed non secundum scientiam, subiungit statim haec verba. *Et quicumque accendant cereos, & secundum fidem suam habent mercedem, dicitur Apostolo, unusquisque in suo sensu abundet, Idololatrias appellas huiusmodi homines:* Quibus plane indicat horum opinionem non esse damnandam, sed eos relinquendos, ut in suo sensu abundent; quod non diceret, si illud opus superstitiosum esset. Denique horum opus comparat Magdalenae pietati, qua unguentum pretiosum effudit super caput Christi recumbentis Matth. 16. contra quam & Apostoli murmura-
Mat. 26.

110

Mat. 26.

Vera sententia Hieron. de cereis, qui de mortuis accendantur explicatur.

Quare, verbis citatis à Caluino in argumento, dico, Hieronymum Vigilantio obijcienti illum morem, respondisse; non esse in more positum, ut cerei interdium, sed noctu ad celebrandas vigilias accenderentur. Non quod improba-
ret Hie

ret Hieron. quod interdium accenderentur, sed ut Vigilantio ostenderet, Christianis falsum mendacium imposuisse. Subdit deinde, *quod si aliqui propter imperitiam, &c. quasi dicat, si demus aliquos, absque vlla necessitate, interdium accendere cereos, ut de illis dicere possimus, Dei zelum eos habere, sed non secundum scientiam: id tamen* (inquit Hieronymus) *pro honore martyrum faciunt. Quid inde perdis: hoc est cum faciant pro honore martyrum, nihil propterea perdicendum est: quare demonstrare contendit Vigilantio, non magnum inde desumi argumentum. Deinde postquam ostendit, eos, qui ita faciunt, mercedem boni operis accepturos, quod iam supra retulimus, laudat quoque ipsorum opus dicens: Nam & absque martyrum reliquijs per totas Orientis Ecclesias, quando legendum est Euangelium, accendantur luminaria, iam Sole rutilante, non utique ad fugandas tenebras, sed in signum letitiae. Unde colligitur, in signum etiam letitiae super martyrum sepulcra, & non solum noctu ad tenebras fugandas, accendi interdium optime posse. Non ergo offeruntur cerei Sanctorum reliquijs, quasi ex illis corpora Sanctorum aliquid accipiant, etiam si latiori significatione in septima Synodo act. 7. in decreto fidei oblationes luminarium & suffituum dicantur: sed in signum letitiae accendantur, ut etiam in rebus prophanis fieri consuevit, in signum quoque vite immortalis, qua Sancti cum Deo fruuntur, & igne significatur.*

111

Sextum argumentum, quod contra eundem cultum reliquiarum fieri potest.

CAPUT VIII.



Ultimo denique contra eandem veritatem, nos possumus in hunc modum arguere, si liceret adorare corpora Sanctorum vel eorum ossa sub propria forma, vel etiam in cineres aut pulverem redacta: liceret quoque eadem in vermes conversa colere & venerari. utrobique enim solum manet materia prima, & ut multis placet, quantitas, & communia quaedam accidentia. Quod verò plures fuerint factae mutationes, quando vermes generantur parum obest, quo minus recte possint adorari, si etiam ea in pulverem redacta veneramur.

Quid accensa luminaria significet, & cur accendantur quando dicitur Euangelium.

An liceat reliquias sub forma vermis colere.

In so-

112

In solutionem huius argumenti plura affert Henricus quodl. 10. q. 6. & tandē docet, ossa Sanctorū, & carnes, sub forma ossis, vel carnis, aut etiam pulueris, & cineris posse, & debere adorari: non tamen sub forma vermīs. Rationē verò, ob quam adoranda sunt sub forma ossis vel carnis, cineris, aut pulueris, ait, nō esse identitatem materiæ, & dimensionum interminatæ quantitatis, hæc enim omnia etiam manēt sub forma vermīs; nec formam aliquam communem, quia nulla manet etiam in osse & carne, sed esse ordinem naturalis descētionis: naturalem vero descensionem appellat, quæ manet in osse & carne, in cinere & puluere: quia ex corpore viuo, per naturalem corruptionē primo fieri debet naturaliter cadauer, in quo carnes & ossa manent: ex his verò, si vlteriùs naturaliter corrumpantur, fit puluis aut cinis: at forma vermīs non fit recto ordine naturaliter, sed ex accidenti ex cadauere mortuo descendit.

Solutio Henrici futilis est

Verum quis non videat, doctrinam hanc futilem esse, & inanem? Nam si veram rationem adorationis reliquiarum consideremus, parum refert, hæc aut illo modo fiat corruptio: ratio enim adorandi reliquias est dignitas, & excellentia, non quæ sit in reliquijs, sed in ipso Sancto, cuius illæ sunt, vt sequenti disputatione probabitur: hæc autē, si consideretur, mouere potest ad hoc, vt signum & notam adorationis, siue in hac, siue in illa materia exhibeamus: ergo tam sub hac forma, quam sub illa partes & reliquias ipsorum adorare possumus. Id quod ex doctrina etiam, quam in prima huius libri disputatione tradidimus confirmatur; nempe in quacunq; re inanima ita à nobis posse Deū apprehendi, vt in ea quoq; ipsum adoremus.

Vera & propria autoris responsio.

In hoc solum est differentia inter ossa, carnes, cineres, pulueres alicuius Sancti, & vermes, vel quid aliud ex materia illius generatum: quod in illis, & cum illis facilius apprehenditur ipse Sanctus, & ideò publicè adoranda proponuntur: in his verò non ita facile: & ideò licet recta intentione & sincera fide possit quis in vermibus Sanctū apprehendere, & venerari; publicè tū eos adorare nō debet.

Quòd

113

114

Quòd verò apud aliquos incertæ aliquando reliquiae sint, non obest, quo minus eas, quas humanis coniecturis, & rationibus certas habemus, reuerenter colere debeamus. Deniq; sicut in 1. disputatione cap. 3. diximus nō esse peccatum idololatriæ adorare radium luminis, sub quo Dæmon delitescit, quando quis putat esse Christum, eodē modo, si quis putans aliquam esse particulam Sancti, quæ re vera non est, merito suæ deuotionis non caret: atque in hoc casu, sicut in illo, eodem modo philosophandum est. Vt tamen publicè adorandæ proponantur, prudens diligentia adhiberi debet. Imo in his, quæ nunc inueniuntur, necessariam esse Romani Pontificis auctoritatem, decernitur in capitulo, *Cum ex eo*, de reliquijs, & veneratione Sanctorum. Et quamuis Angelus in summa, verbo *reliquiae*, dicat non licere priuatim eas deferre; verius tamen est oppositū, vt docuerunt Antoninus 3. p. titulo 12. cap. 8. initio, Syluester & Armilla, verbo *reliquiae* num. 4. Nauarr. cap. 11. num. 35. In Concilio verò Bracharen. 3. cap. 5. solum reprehenduntur Episcopi, quia in solennitatibus Martyrum reliquias de collo suspēdebant, maioris pompæ & ostentationis gratia, vt à Diaconis in vestibus albis, in sellulis veherentur: quod quidem, si ex deuotione fieret, damnandum non esset.

Angel.
Anton.
Syluest.
Armil.
Nauarr.
Cœc. Bra.

Licet suspensas collo reliquias ferre.

Vtrum reliquiae possint esse tota materia, & terminus adorationis. Disput. 4.

Opinio Bonaventura, & aliorum. cap. 1.

Verior sententia. Eodem modo reliquiae, atque imagines sunt adorandæ. cap. 2.

Cur aliqui autores de imaginibus, & reliquijs non eodem modo loquuti sint. cap. 3.

Solutio rationum prioris sententiae. cap. 4.

Opinio



Vemadmodum secundo libro non solum cōtra hæreticos probatum est, imagines aliquo venerationis cultu dignas esse, sed etiam cum Catholicis satis disputatum, quo genere adorationis debeant adorari: eodem prorsus modo, de reliquijs agendum est. Cū ergò iam contra hæreticos constitutū sit, eas esse adorandas, superest explicare, quo genere cultus & honoris eas venerari debeamus. in qua difficultate cum Catholicis solum disputatio nobis futura est. Et quamquam perspecta semel doctrina disput. 8. 2. libri in hac re nihil difficultatis esse poterat: quia tamen nonnulli ex nostris Scholasticis non inferioris notæ Doctores, ex ijs etiam, qui in ea disput. 8. vnam nobiscū sequuti fuerent sententiam, peculiarem modum cultus & adorationis reliquiarum esse docuerunt; placuit, contra eos hanc præsentem disputationem instituere. Primum autē, quia maior inter autores dissensio versatur de reliquijs Christi, quam Sanctorum, de illis potissimum disputabimus. De reliquijs enim Sanctorum quid sit dicendum, ex eadē doctrina facile colligemus.

116

Prior sententia reliquias posse esse integram materiam adorationis.

In proposita igitur quaestione prior sententia est Bonaventurae in 3. d. 9. art. 1. q. 4. in corpore & solutione argumentorum, qui alio modo de cruce, in qua Christus mortuus est, quam de crucis figura docet. Nam de figura crucis asserit, ipsam materiam in se, & secundum se, non esse venerandam, nisi ea solum ratione, quia figura & imago est Christi crucifixi. Quo pacto docet, semper cum ipso exemplari coniunctam adorari, vt lib. 2. disp. 8. cap. 3. ex ipso retulimus. ipsi verò cruce, in qua Christus pependit, non solum quatenus imago, & figura est, cū exemplari coniunctæ cultū deferri, sed etiā ipsius materiā secundū se, ab exemplari diuisam, quatenus fuit instrumentū nostræ redemptionis, venerandā esse: ita vt sub illius cultu & veneratione, Christus ipse nō cōprehendatur, quāuis sit ratio, quæ ad

Bonav. 117

vener-

venerationē mouet. De Sanctorū reliquijs eadē proportionē loqui debet: atq; id ipsum de clavis & reliquijs omnibus, quæ Christum tetigerunt, asserat. Eadē sequuti sunt opinionem S. Th. in 3. d. 9. q. 1. art. 1. Ricard. art. 2. q. 3. Palud. q. 1. art. 3. vbi inquit de dictis Durandi, Marfil. in 3. q. 8. art. 2. dubitatione 1. concl. 1. 2. & 3. imò eadē proportionē eā asserere debent, quotquot lib. 2. disp. 8. cap. 1. & 2. primā & secundā sententiā de cultu imaginū docuerūt. Ceterū nullus ex citatis Doctoribus est, præter recentiores quosdā Theologos, qui expressè asserat, sicut de imaginibus quidā dixerūt, vtroq; modo reliquias adorari posse, & secundum se separatas, & cum eo, cuius sunt, cogitatione, & spiritu coniunctas. Et quamuis omnes in eo cōueniant, quòd cruce Christi, & reliquijs secundum se, nō coniunctis cū Christo vel Sancto, debeat quædā veneratione: non tamen eodē modo eam appellant. Nam Bonaventura nō vult eam adorationē, sed honorem cuiusdam venerationis nuncupare, qui nec sit duliæ nec latriæ, sed inferioris naturæ. Quemadmodum Doctores, qui asserūt imagines secundum se, sine exemplari posse adorari, cultum earum, honorariā adorationem vocant: at S. Th. ait crucē Christi secundum se, hyperdulia esse adorandam. Ceteri vero absolutè loquuntur; de Sanctorum autem reliquijs nihil aliud asserunt.

S. Thom.
Ricard.
Palud.
Marfil.
118

119

Probant verò hanc opinionem: primum nam licet imagines secundum se, adorari non possint, nisi cum exemplari, vt hi etiā Doctores existimant: earum tamē alia est ratio quā reliquiarum. Imagines enim nō alia ratione adorantur, quā quia repræsentant: qui autē adorat imaginem vt imago est, & prout repræsentat, nō potest non intra ipsam exemplar repræsentatum cōplecti; ac propterea necessario eodē motu ferri in imaginem, & rē cuius est imago: at crux Christi, seclusa repræsentatione, ceteraq; reliquie solum adorantur ratione cōtactus, quo sunt quodāmodo sanctificate & consecrate: & idè ipsis secundū se, ratione illius sanctificationis, sine Christo, aut Sancto, à quo dicuntur sanctificate, adorari possunt. Deinde probant

Prior ratio precedentis opinionis ex discrimine imaginis & reliquiarum. Posterior ratio ex verbis Damasceni.

Bona-

Bonaventura, & Marsil. ex Damasc. qui lib. 4. de fide cap. 12. ipsum lignum crucis, in quo Christus mortuus est, appellat venerandum, non ratione representationis, sed quia ipsa passione Christi consecratum fuit: ergo ratione illius consecrationis secundum se potest adorari. Pro hac sententia refertur Henricus, sed posteriori potius ipse adstipulatur.

Verior sententia. Eodem modo reliquia, atq; imagines sunt adoranda. 120

C A P V T II.



X dictis in 2. lib. disput. 8. & 9. euidenter colligitur, eodem prorsus modo de reliquijs, atq; de imaginibus vniuersim esse dicendum: eas videlicet secundum se, adorari non posse, sed solum coniunctas cogitatione cum eo, cuius reliquia sunt, cum in ipsis apprehendo; sicut imagines sine exemplari, venerari nullo modo licet: vt in eis capitibus demonstratum est. De cruce & reliquijs Christi sic expressè sentiunt S. Thom. & Caiet. 3. p. q. 25. art. 4. Capreol. in 3. d. 9. q. 1. art. 1. concl. 3. Maior. q. 1. cōcl. 5. Almai q. 1. cōcl. 6. Antoninus 3. p. tit. 12. cap. 9. §. 5. Vvald. tomo 3. cap. 120. Atque eadem proportione, de reliquijs Sanctorum docere debent. Cōsentit Henricus quodl. 10. q. 6. vbi affirmat veram crucem Christi, & alias ipsius reliquias cum ipso Christo coniunctas, eodem adorationis motu per accidens esse adorandas, seu coadorandas, quod idem est. Nec obstat quod dicat, ipsas esse venerandas hyperdulia; id enim asserit, quia existimat etiam Christi humanitati hyperdulam exhiberi, vt ex ipso retulimus 2. lib. disput. 8. cap. 3. cum qua etiā censet reliquias coadorari. Pro hac sententia referri possunt Gabr. in 3. d. 9. q. 1. art. 2. concl. 6. & lectione 50. super canonem, Antonius de Corduba lib. 1. q. 5. dub. 5. qui sicut de imaginibus, ita de reliquijs docuerunt, secundum se adorari non posse, sed coniunctas solum ei, cuius imagines,

Reliquias per se scias non posse adorari.

S. Thom.
Caiet.
Capreol.
Maior.
Almai.
Anton.
Vvald.
Henr.

121

Gabr.
Cordub.

Dur.
Holcot
Picus
Mirand.

gines, aut reliquia sunt: quanquam in modo loquendi ab alijs discrepant, de quo iam satis diximus 2. lib. disput. 6. cap. 1. & disp. 8. cap. 3. Faciunt quoque cum his Durandus Holcot, & Picus Mirandulanus, qui licet etiam in modo loquendi, imitandi non sint, vt locis nunc citatis, & disp. 9. cap. 3. notauimus: in eo tamen, quod contendimus, optime senserunt, nullam scilicet creaturam inanimam, aut irrationalem per se posse aliquo cultu adorari: sed cum re rationali necessario debere cōiungi, vt ei dignè cultus tribuatur. Ex quo hæc S. Thomæ opinio de reliquijs euidenter colligitur.

Vvald.

Probat Vvald. hanc sententiam 1. ex Hieronymo epistola 27. qui de Paula inquit: *Atque inde specam Saluatoris ingressa, postquam vidit sacrum Virginis disersorium, & stabulum, in quo agnouit hos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui, vt impleretur, quod in eodem Propheta scriptum est, me audiente iurabat, se cernere fidei oculis infantem pannis inuolutum, vagientem in præsepio, Magos adorantes. Dominum, &c.* Et subinde dicebat Paula, *Ego misera atque peccatrix indigna sum de osculari præsepe, in quo paruulus Dominus vagit.* Is ergo est optimus, & debitus modus adorandi præsepe, vt docet Vvaldent. si in ipso præsepio, oculis fidei Christus vagiens cernatur, & osculum corporaliter ipsi præsepio infixum, spiritu & affectu in infantem vagientem transeat.

Probat
hanc
ex Patribus

122

Pietas Paulæ ad præsepe Domini.

Damasc.

Secundo Damasc. 4. de fide cap. 12. circa finem, in vniuersum de his omnibus inquit: *Quam obrem omnia, quæ Deo dedicata, atque consecrata sunt, ita adoramus, vt cultum & venerationem ad eum referamus.*

Leont.

Tertio est locus insignis in illo dialogo 5. Leontij sapius à nobis 2. lib. disp. 8. citatus, qui refertur in septima Synodo actione 4. Ibi enim aliquantulum ab initio, de Christi reliquijs sic dicitur. *Magno enim & inexplicabili erga eum, scilicet Christum, amore, quò ascendit, vbi resedit, vbi apparuit, quod tetigit, aut omnino obumbravit, tanquam Dei locum colimus & adoramus: non ipsam regionem, aut lapides venerantes, sed eum qui in illis conuersatus est, apparuit, &c.* Quem etiam loquendi modum non solum ipse, sed alij etiam plures Patres ser-

E e uarunt,

uarunt, dum de adoratione imaginum loquerentur, vt 2. lib. disput. 8. cap. 5. 6. & 13. retulimus: qui dum asserunt non adorari locum, in quo Christus fuit, vel imaginē, vel vestem, quam induit, sed Christum ipsum, vel Sanctū, loquuntur de adoratione, quæ sit spiritu, & affectu seruitutis. Hæc enim non completur erga rem ipsam, inanimatā, seu irrationalem, sed erga Christum, vel Sanctum, vt eadē disputatione octaua cap. 13. explicantes modum loquendi horum Patrum, notauimus.

*Prior ratio
huius opinio-
nis.*

Rationibus verò eisdem omnino probanda est hæc opinio, atque illa tertia, quam de imaginibus sequuti sumus 2. lib. disputatione illa 8. quas adduximus cap. 8. & 9. illius. Prior est: quia res inanima, quales sunt reliquæ, secundum se non est capax honoris & cultus, nisi coniuncta sit rationali, quæ dignitatem & excellentiam habeat. Hæc est à priori, eaq; pro reliquijs vsi sunt S. Thom. Capreol. Almainus, qua etiam idem probant de imaginibus, vt fufius pro sequuti sumus cap. illo 8. Quare qui reliquijs secundum se, non coniunctis cum eo, cuius sunt, honorem deferunt, tenentur excellentiam, dignitatem, aut virtutē aliquam ipsis tribuere: sicut de imaginibus diximus, aut stultè ex affectu se illis subijciunt. Posterior ratio est, quæ affert Vvald. à contrario, quia res inanimæ, quales sunt reliquæ, secundum se non sunt capaces contumeliæ: ergo nec honoris. Quæ etiam pro imaginibus fufius tractauimus eadem disput. 8. cap. 9. idèò his nunc supersedere necessarium iudicauimus.

124
S. Thom.
Capreol.
Almai.

Posterior ratio.

Ex dictis infertur Christi præputium, & sanguinem relictum in terris, siue sit sub forma sanguinis, siue sub alia, non secundum se, hyperdulia, sed ex affectu patriæ circa Christum eodem motu adorationis cum ipso, sicut alias eius reliquias, adorandum esse, vt notauit Corduba lib. 1. q. 5. dub. 5. post tertium punctum: & Syluest. in Rosa aurea, q. 34. nec Gab. in canonem lect. 50. oppositū docuit. Solùm enim dixit de sanguine, nō debere adorari tanquā re ipsa vnitum Verbo, quia sic nō mansit in terris: de ipso verò, & omnibus reliquijs sensit, secundū se nō posse adorari, nisi

125
Corduba.
Syluest.
Gab.

*De adoratione
præputij
& sanguinis
Christi in ter-
ris relictæ.*

ri, nisi cū eo cuius sunt, cogitatione coniugātur. Idè dicēdū de sanguine, qui ex aliqua imagine Christi fluxit, nisi quod ille non ratione cōtactus, sed representationis tantum adorandus est.

Cur aliqui autores de imaginibus, & reliquijs non eodem modo loquuti sint.

C A P V T III.

EX rationibus pro nostra sententia allatis cap. præcedenti perspicuè sequitur, eodem modo imagines, atq; reliquias esse adorandas. Variant nihilominus Doctores, & cum multi de imaginibus docuissent, sine exemplari adorari non posse: affirmant nihilominus, reliquijs secundū se, sine eo cuius sunt cultum & adorationem posse deferri; imò nullum alium modum eas adorandi constituunt: alij verò non nisi coniunctas adorant. Radix autem diuersitatis inter eos est, quòd in eandem sententiam de imaginibus, diuersis rationibus conueniunt. Plurimum enim refert, quonam fundamento, & ratione opinionem aliquam sequaris, & doceas: ex vno enim multa sequuntur, quæ ex alio inferri deinde non possunt. Quare non solùm oportet nos in eligendis opinionibus esse sollicitos, verūmetiam in rationibus, & fundamentis pro aliqua opinione iaciendis, solertes. Quale enim fuerit fundamentum, talem super illud molē ædificij construere licebit.

Bonau.
Ricard.
Palud.
Marfil.

Cum igitur, vt vidimus 2. lib. disput. 8. cap. 7. Bonau. Ricard. Palud. & Marfil. ea solùm ratione dicant, imagines sine exemplari nunquam adorari, quia eas ratione representationis veneramur, ac proinde, semper nos ducunt in exemplar, & hanc rationem representationis non videant in reliquijs conuenire; aliam in ipsis rationem adorationis inuenerunt: nimirum, aut contactum, aut aliquam affinitatem cum eo, cuius reliquæ dicuntur: ratione cuius dixerunt, secundum se, & ab eo diuisas

Ec a adorari.

*Quare cum
autores idem
de imaginibus
docuissent
postea varia
de reliquijs
eraderunt.*

*Fundamentū
Bon. Ricard.
Pal. Marfil.
de adoratione
imaginum.*

adorari. At vero, quia Capreol. Almai. Vvald. Gabriel, & Antonius de Corduba, ea ratione asseruerunt, imagines secundum se, sine exemplari in ipsis incluso, adorari non posse, quia sunt res inanimæ, ac proinde secundum se nec honoris nec contumeliæ capaces: ideo consequenter docuerunt, reliquijs secundum se cultum, & adorationem non deberi, sed solum cum eo, cuius sunt, cogitatione & spiritu coniunctas honorari.

CurD. Tho.
varia sensu
rit de adora
tione crucis.

Quocirca cum S. Thom. in 3. d. 9. q. 1. art. 2. q. 2. cum Bonaventura, & alijs affirmasset imagines non secundum se, sed eodem motu cum exemplari, colendas esse, postea quaestiuicula 4. asserit, Christi cruci secundum se honorem, & cultum hyperdulie esse deferendum. rationem enim imagines adorandi totam in representatione, sicut alij etiam, constituit: quam in cruce, quatenus res quædam est, & Christum tetigit, putauit non reperiri. Quia verò 3. p. q. 25. art. 3. in imaginum adoratione, eam rationem sequutus est, quod res inanimæ secundum se, non est capax adorationis & honoris: idem de cruce Christi in 4. art. quod in 3. de imaginibus dixerat, necessario docuit. Quare ut bene obseruauerunt Durand. in 3. d. 9. q. 2. num. 14. & Capreol. in 3. d. 9. q. 1. art. 3. circa finem, S. Doctor aperte retractauit in 3. p. q. 25. art. 4. sententiam, quam de cruce in tertium sequutus fuerat: dum ait, eam secundum se adorari non posse sed solum cum ipso Christo, ex latria venerandam esse.

S. Tho. retra
ctauit suam
opinionem de
ad ratione
imaginum.

At occurrunt Caiet. & recentiores aliqui Thomistæ, & contendunt beatum Thomam sententiam illam nusquam retractasse, sed illustrasse potius. Nam cum in tertium dixisset crucem Christi hyperdulia esse adorandam in 3. p. asserit latriæ adorationem ipsi esse exhibendam. Quare videtur potius ascendere (inquit Caiet.) ab hyperdulia ad latriam, quam id, quod dixerat, recantasse. Verum quis non videat absq. fundamento firmo, hoc responsum fuisse excogitatum? Si enim prius dixit crucem Christi adorari hyperdulia, postea verò inquit latriæ: contraria omnino docuit, dum vnâ adorationem in aliâ diuersâ omnino commutauit.

Alij recentiores etiâ Thomistæ, sequuti Petrum Bergomum in con-

127
Capreol.
Almai
Vvald.
Gabr.
Cord.

S. Thom.
Bonau.

Durand.
128
Capreol.

Caiet.

Bergom.

in concordantijs locorum S. Th. dubio 83. Vtramq. ipsius sententiam in hunc modum conciliant. Dicunt crucem Christi bifariam considerari, aut ut est res quædam Christi, quæ ipsum tetigit, & sic non adoratione latriæ, aut eodem motu cum ipso Christo adorari; sed hyperdulie adorationem ipsi secundum se, sine Christo deberi: & hoc modo loquutum fuisse S. Thomam in 3. Altero modo considerari crucem Christi, ut est ipsius imago, & sic simul cum Christo, & eodem adorationis latriæ motu esse venerandam: hoc autem modo loquutum fuisse in 3. p. Quare putant vtramq. adorationem simul, sub diuersa consideratione, in sententia S. Thomæ constare. Hinc fit, ut recentiores aliqui, quos 2. lib. disp. 8. cap. 2. pro. 2. opinione de imaginibus retulimus, asserentes, imagines bifariam adorari, & secundum se, & cum exemplari; putent S. Thomam suæ fauere sententiæ, dum crucem Christi utroque modo docet adorari.

S. Thom.

130

S. Thom.

Ceterum, cum S. Doctor aperte mutauerit opinionem, quam in 3. fuerat sequutus, non possumus asserere, ex eius sententia utroque modo crucem adorari. Opinionem verò mutasse, probatur. Nam si in 3. vtrumque genus adorationis cruci Christi assignauit, & hyperdulie secundum se, quatenus est res quædam Christi, & latriæ cum exemplari, quatenus imago illius est, id fecit, quia tunc non putabat, adorationem necessario esse referendam in rationalem aliquam naturam, dignitatis excellentia præditam, & honoris capacem: atque circa rem inanimam, seu irrationalē rationem cultus, & adorationis compleri posse, existimabat. Quare eo loco non ideo dixit, imagines semper cum exemplari simul adorari, quia cum illæ sint inanimæ, secundum se adorationis capaces non sunt: sed ea solum ad id ratione usus est, quia scilicet imagines exemplar representant, & ad illius cognitionem mouent. Quia verò in 3. p. q. 25. art. 3. eo potissimum docuit imagines secundum se sine exemplari non adorari, quod cum sint inanimæ, dignitatis, & honoris capaces non sunt. Deinde in art. 4. consequenter, & necessario intulit, crucem Christi, siue consideretur,

Thomam a
contradictio
ne.

R. futatur
concordan
tia Bergom.

D. Thomas
solam latriæ
cruci attri
buit, non hy
perduliam:
quam in ter
tio tribuerat

E e 3 tur,

tur vt imago, siue vt res quædam Christi, quæ ipsum tetigit: non posse secundum se, sed solum coniunctam cum Christo adorari; ac proinde eodem motu adorationis latriæ cum ipso Christo semper esse venerandam, & 2.2. q. 103. art. 4. ad 3. ita respondet. *Dicendum, quod creatura irrationali in se considerata non debetur ab homine aliqua subiectio, vel honor, quin potius omnis talis creatura est naturaliter homini subiecta. Quod autem crux Christi honoretur, hoc sit eodem honore, quo Christus honoratur, sicut purpura Regis honoratur eodem honore, quo Rex.* Quibus verbis S. Thomas planè docet, nò alio honore res inanimas adorari posse, nisi eodem, quo res rationales, quibus aliquo modo sunt coniunctæ, adoratur: quia secundum se illæ nò sunt capaces cultus, & honoris, & homini inferiores sunt. Negat ergo illà adorationem hyperduliam, quam cruci secundum se, vt est res quædam Christi, in tertium sententiarum antea assignauerat. Quare licet S. Doctor priorem sententiam in tertia parte retractauerit, ipsam tamè doctrinam de adoratione crucis, & imaginis optima ratione confirmas, mirifice illustrauit.

S. Thom.

131

Instantia et ratio simul.

Porro verum esse non potest, quod B. Thomas in tertium docuit. Nam crux, vt res quædam Christi considerata, aut cum Christo adoranda est, aut sine illo: si cum Christo, eodem motu adorationis cum illo, sicut quatenus imago est, debet adorari: quocirca si prout est imago, quia cum Christo adoratur, non motu adorationis hyperduliam, sed latriæ colitur, vt idem S. Thomas in tertium etiam docuit; idem de cruce, vt res quædam, & reliqua Christi est, dicere debebat. Aut crux sub ea consideratione secundum se, sine Christo adorari debet, & hoc pacto nec dulia, nec hyperdulia veneranda est. Hæc namque virtus, & obseruantia, de quibus S. Thomas agit Secunda Secunda, q. 102. & 103. seruitutem exhibent maioribus in dignitate constitutis, cuius creatura irrationalis secundum se, capax non est, vt 2. lib. disput. 8. cap. 8. demonstrauimus, & ideo q. illa 103. a. 4. in ea solutione 3. asseruit, crucem nò alio honore esse venerandam, quàm eodem cum ipso Christo, vt satisfaceret argumento proposito, quod cõtendebat diuersas

S. Thom.

132

fas species duliam esse assignandas, alteram circa hominem qui est imago Dei, alteram circa alias res inanimatas, quæ sunt Dei vestigium. Sentit ergo circa res inanimatas nò esse constituendam speciem aliquam duliam, quia nò, nisi eodem motu cum rationali adoratur: quare secundum se nulla alia virtute sunt veneranda, quàm rationales. Reliquiæ ergo nò secundum se, sed cum eo, cuius sunt, aliquando ex dulia, si sint Sanctorum, nonnunquam ex hyperdulia, si sint B. Virginis, interdum ex latria, si sint Christi, colendæ sunt.

Bonaue.

Falso etiã Bonau. adorationem crucis, & reliquiarum secundum se, dixit nec esse duliam, nec latriæ, sed honorem cuiusdam venerationis. Omnis enim adoratio ad vnam ex his virtutibus reduci debet (hyperdulia enim nò est virtus distincta a dulia, sed eximiũ opus illius) quia omnis adoratio debet esse opus potestatiuæ partis iustitiæ, ex affectu circa naturam rationalem, vt late exposuimus 2. lib. disp. 8. cap. 8. nulla autem alia pars potestatiua iustitiæ est, quæ adorationis honorem deferat, nisi aut latria, aut obseruatia, aut dulia. Quod vero ad modum loquendi spectat, idem omnino seruandus est, cum de adoratione reliquiarum agitur, atque de adoratione imaginum, quem secundo libro, disputatione vltima obseruandum esse diximus.

Bonauentura
re opinio reu
darguitur.

Hyperdulia
optimum op
pus dulia.

133

Solutio rationum prioris sententiæ.

C A P V T III.



X doctrina disp. 8. lib. 2. præcipue cap. 14. vbi rationes nostræ sententiæ oppositas, diluimus, colligitur etiã solutio rationum Bonauent. quæ in hac disputatione contra nostram sententiã pugnant. Ad priorem ergo dico, sicut in imagine nulla est alia sanctitas, & excellentia, quam exemplaris, cui seruitus & reuerentia in spiritu debeat, & ideo cum illo necessario est veneranda: sic etiam in cruce Christi & reliquijs, nihil manet sanctitatis & excellentiæ, sed tota ipsarum dignitas est Christus, aut Sanctus, cuius sunt, quatenus ipsis consideratione coniunguntur, sicut exemplar imagini. Solum enim est in reliquijs, respectus quidam ad eum

Sanctitas in
reliquijs: se-
cundum se,
nulla: sicut
nec in imagi-
nibus, ratio
vero adoran-
tionis in re-
liquijs con-
sistit.

Ec 4 cuius

*Cruce in qua
Christus est
mortuus, ha-
bet rationē
reliquiæ, &
imaginis
quando est
integra.*

cuius sunt, qui in eis ex contactu, vel alia ratione mansit, quemadmodum in imagine est etiā relatio representationis. Ille verò respectus secundum se, nisi Christum ipsum, aut Sanctum includat, nō est capax seruitutis, & submissionis. Quare nulla est inter imagines, & reliquias differentia, aut diuersa ratio cultus, vt argumentum contēderat. Hoc solum magis peculiare habet crux Christi, in qua ipse mortuus est; quam alię cruces, & imagines, quod hæ peculiariter solum habent respectum representationis, vt in adorationem exemplaris animum moueant; illa verò si maneat sub figura crucis, duplicem habet, representationis nimirum, & tactus, sed ratione vtriusque, eodem prorsus modo veneranda est. Excipio communem illam rationē, de qua disput. 1. huius libri dixi: qua videlicet, in qualibet re mundi Deus potest adorari, quatenus in ipsa, vt in effectu, consideratur: hæc enim in imaginibus, & reliquijs, & cruce etiam reperitur. Ob id ergo optimè S. Tho. in 2. p. q. 25. art. 4. dixit crucem Christi duplici titulo & ratione adorari, non dixit duplici modo adorationis, vt aliqui contendunt, & ipse docuerat in tertium sententiarū, sed eodem modo, cōiunctam scilicet cū Christo: id quod duplici ratione, & consideratione fieri potest.

S. Thom.

*Utrum ex
tactu reli-
quiarum ali-
quid virtuti
adherereat
rebus.*

Quocirca qui Rosarijs, & alijs rebus pretiosis, reliquias Christi, aut Martyrum tangunt, & secum ex religione, & dulia seruant, non debent existimare ex contactu illo, virtutem aliquā aut sanctitatis, aut excellentię, imò nec corporalē, in res ipsas ex reliquijs deriuari: sed inde manere respectum rationis ad ipsas, ratione cuius memoriā ipsius Christi, & Sanctorum in nobis excitant, & ad eorum venerationem affectum mouent. Atq; hac sola ratione non superstitiosum, sed pietatis & Christianę religionis, aut obseruantię, aut dulię opus censeri debet.

135

Damasc.

*De vera
Christi cru-
ce.*

Ad posteriorem rationem respondeo ex eo, quod Damascenus lignum verę crucis venerandum ratione contactus appellauit, non sensit, in cruce aliquam sanctitatis excellentiam deriuari; ob quam secūdū se, diuisa à Christo veneratione digna esset, sed venerandum ipsum lignū.

nun-

136

nuncupauit, ea communi ratione, qua non solum propter contactum, sed ob representationem venerandum quoq; vocari posset, & omnes imagines in vniuersum septima Synodus, act. 7. in definitione fidei, & Patres communiter venerandas appellant. Non quia adoratio ex affectu seruitutis circa ipsas compleatur, sed quia ex affectu submissionis circa exemplaria venerationis, & honoris signū ipsis exhibemus, quod adoratio, & veneratio dicitur, vt lib. 2. disp. 8. cap. 14. notauimus. Sic ergo lignum venerandū meritò dicitur, quonia ex affectu circa Christū, qui in eo passus est, ob solum contactū, venerationis & honoris notam ipsi tribuimus, non quia illud à Christo diuisum, secundum se ex affectu seruitutis veneremur.

Hęc Deo fauente habuimus de adorationis cultu, que in hoc opere tractaremus: quod si alicui prolixius videatur quam sperabat, boni consulat, in eo namq; non solum cum Catholicis de probabiliori doctrina accuratè disputatum est, verū etiam pro Catholica veritate cum hereticis pro viribus pugnatum. Quæ duo cum hisce nostris temporibus vno opere cōplecti necessarium esset: vix id pro dignitate breuiori compendio fieri potuisset. Deo auctori bonorum omnium, qui dedit velle, & perficere, laus, gloria, & imperium in sæcula. Amen.

*Conclusio a-
peris totius.*

F I N I S.

DISPUTA-
TIONES DVAE
CONTRA ERRORES

FOELICIS, ET ELIPANDI
de seruitute & adoptione Christi
in Concilio Frácofordiensi
damnatos.

AUTORE P. GABRIELE VAZ-
quez Theologo Societatis IESV.


IHS

CVM LICENTIA.

Ex eadem officina Ioannis Gra-
tiani, Apud Viduam.

COMPLVTI.

Anno M. D. XC. IIII.



VM anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, epist. Adriani 1. ad Episcopos Hispanie, aliaq; acta Concilij Francofordiensis contra Fœlicem, & Elipandum opera Laurentij Surij in lucem primum edita fuerint, in quibus ea sunt definita, quæ Theologis Scholasticis non indoctis in opinione posita esse, antea videbantur: effectum est, ut recentiores nonnulli, ne de opinione, quam prius imbibebant, facile mouerentur, auctoritatem huius Concilij labefactare: alij vero sinistre interpretari conati fuerint: & in dies pro viribus moliantur. Mirabile namq; putant, rem iudicio non paucorum Scholasticorum permulta secula probabilem, absq; antiqua Ecclesia traditione, vel manifesto Scripturæ testimonio, imò contra aliquorum Patrum doctrinam, tam subito damnatam apparuisse. Cūque aliqui censeant, Concilium hoc saltē errore facti deceptum, contra septimanam Synodum de adoratione imaginum aliquid egisse, ut lib. 2. de adoratione disput. 7. vidimus: ideoq; non dubitent, inter Concilia partim approbata, partim reprobata illud connumerare: in eo etiam quod definit, contra adoptionem, & seruitutem, quam Fœlix, & Elipandus Christo tribuebant, eius definitioni, & auctoritati non multum deserunt. Dabo igitur operam, ut errore Elipandi ex ipsiusmet confessione dilucide explicato, falsiq; interpretationibus reiectis, definitio Adriani, & Concilij, quæ multis retro seculis sub tenebris delituit, perspicua, & manifesta reddatur. Id quod nonnulli huius ætatis insignes viri in Hispania nostra, sicut sunt auspiciati, fœliciter perfecissent, si confessionem erroris ipsius Elipandi, quam ex Gothico exemplari ego transumpsi, habuissent, & attente consideraissent. Quæ omnia tametsi in tertiam partem S. Thomæ essem tractaturus, importunis tamen amicorum precibus permotus, libris de cultu adorationis coniungere decreui: ut hoc vno opusculo, & actis tanti Concilij ab omni erroris suspicione vindicatis, & definitione ipsius explanata, ea parte qua difficilis videbatur, auctoritas eius omnino inconcussa, & stabilis permaneat. Iam igitur disputationem aggrediamur.


An Chri-

An Christus sit Filius Dei adoptiuus. Disp. prior.

- Quid senserit Fœlix Vrgelitanus, & Elipandus Toletanus. cap. 1.
 Confessio Elipandi. cap. 2.
 Sententia Durandi, & Recentiorum de adoptione humanitatis Christi. cap. 3.
 Quid senserint Gabriel Almai. & Maior de eadem re. cap. 4.
 Sententia Scoti, quædam Patrum testimonia, & rationes, quæ adoptionem Christi suadere videntur. cap. 5.
 Nec Christo, nec eius humanitati vlllo modo conuenire adoptionem ab Ecclesia definitum est, & multorum Scholasticorū testimonia firmatum. cap. 6.
 Auctoritas Concilij Francofordiensis damnantis Elipandum defenditur. cap. 7.
 Prior interpretatio Concilij Francofordiensis, & Adriani refellitur. cap. 8.
 Posterior interpretatio, quæ cōmuni scūtur aduersarij, cōfutatur. c. 9.
 Testimonia Scripturæ, quibus Adrianus sententiam Catholicam confirmat. cap. 10.
 Testimonia Patrum pro eadem sententia. cap. 11.
 Rationes, quibus ab alijs hæc sententia confirmatur. cap. 12.
 Optima ratione probatur, humanitatē Christi nō fuisse adoptatā. c. 13.
 Corollaria superioris doctrinæ. cap. 14.
 Diluuntur rationes pro sententia Elipandi, & Scholasticorū quorundam. cap. 15.

Quid senserit Fœlix Vrgelitanus, & Elipandus Toletanus.

C A P V T I.



VO tēpore Hispania nostra duro captiuitatis iugo à Mauris opprimebatur, sub finem Regni Silonis, ante annum Domini 783. Fœlix in Illergetibus Vrgelitanus præful Christum filium Dei adoptiuum aperte pronuntiauit: nō ut multis ante annis Theodiscus Episcopus Hi-

Fœlicis Vrgelitani error.

Theodiscus Episcopus secta Ariani.

pus Hispalensis Isidori successor docuerat: hic enim planè Arrianus fuit, vt cap. 11. videbimus, & Verbum Dei secundum propriam naturam, gratia solum, & adoptione filii Dei esse fatebatur. Felix vero ratione solum humanitatis adoptionem Christo tribuebat. Hunc Felicem, vt scribit Antonius, seu Aimonius lib. 4. de gestis Francorum cap. 83. Elipandus Archiepiscopus Toletanus, què Ionas Aurelianen. Eliphandum Toletanum, Paludanus vero Eliphantum Tolossanum appellat, per literas consuluit, & quid de humanitate Christi sentiret, interrogauit. Cumq; suam illi sententiam Felix explicuisset, ipsum in eam facile pertraxit. Sed quia Scholastici, qui adhuc pro viribus defendunt, Christum esse filium adoptiuum secundum humanitatem, horum errorem varie interpretantur, confessionem ipsius Elipandi, quam Patres Concilij Francofordiensis habuisse, indubitatum est, ex verustissimo codice Gothico transumptam, cap. sequenti subiiciam: vt ex ea, atque ex definitione Adriani, & Concilij Francofordiensis secum collatis, & error Felicis atque Elipandi, & ipsamet tandem Ecclesie definitio manifesta fiat. Nunc vero quid ante Concilium Francofordiense actum fuerit, in hoc capite perstringam.

Eodem tempore, quo Elipandus apud Toletanos hanc sententiam tanquam veram, & Catholicæ Ecclesie doctrinæ minime contrariam docebat, (neque enim ad ea vsq; tempora quidquam de hac re aperte definitum, aut in Scriptura expressum habebatur) Beatus presbyter apud Astures, vir in sacris literis eruditus, Elipando se opposuit; & illius doctrinam, tanquam de errore suspectam, notare cepit: cui adhaesit Heterius Episcopus Vxunensis, qui tunc fugiens Maurorum Tyrannidem, apud Astures cum multis alijs Episcopis exulabat. At Elipandus pro ea autoritate, quam in alias Ecclesias obtinebat maximam, indignè ferens a Beato & Heterio suam doctrinam, quam ipse Catholicam putabat, erroris insimulari, ad Fidelem Abbatem, qui etiam apud Astures commorabatur, literas dat mense Octobri Anni 783. quo mortuus est Rex Silo, & Maure-

Elipandus Archiepiscopus Toletanus, Felicem consuluit, & in eius sententiam pertraxit.

Beatus, & Heterius Episcopus Vxunensis se se Elipando opponunt.

Anthonius
Ionas Aurelianen.
Paludanus.

Mauregatus regnum primum occupauit. Hæc Epistola habetur in principio libri, quem contra ipsum Elipandum Beatus & Heterius conscripserunt. In ea autem conqueritur Elipandus, quod ipse Archiepiscopus Toletanus cum esset, quem ceteri in Hispania, vtpote supremum præsulem de fide consulere deberent, a præsbytero Beato, & Heterio Episcopo erroris argueretur. Scripsit etiam, se eo animo esse, vt speraret, hæresim Beatianam (sic enim vocat sententiam Beati & Heterij) breui ab ipso extringuendam: quemadmodum ante paucos annos hæresim Migetianorum de celebratione Paschatis, Hispali conuocato Concilio, ipse damnauerat. Fidelis Abbas nihil de hac re ad Beatum & Heterium scripsit: sed cum illi mense Nouembri anni sequentis ad eum casu venissent, literas Elipandi ipsis ostendit: quibus perlectis Beatus, & Heterius suam sententiam Elipando aperte exposuerunt, & libro de ea composito, multis Scripturæ testimonijs confirmarunt. Huius antiquissimum exemplar manu Gothica scriptum, in Bibliotheca Toletana seruetur: in cuius initio prædicta epistola Elipandi continetur. Ex qua Ambrosius Morus lib. 13. historię Hispaniæ cap. 26. totam hanc historiam texuit.

Porro Elipandus, nimium sua doctrina confusus, eamque Catholicam arbitratus, vt Beatiana sententia maiori autoritate damnaretur, ad Carolum Magnum potentissimum Galliarum Regem literas scripsit, quarum exemplar non exstat, sed ex quibusdam fragmentis, quæ Carolus in sua Epistola ad Elipandum inseruit, quid Elipandus ab eo petierit, manifestum est. Ait ergo Carolus:

Deinde quarto loco meæ propria vnanimittatis, cum his Sanctissimis prædictorum Patrum (scilicet Francofordiensium) decretis, consensum subnexui, sicut vosmetipsi in vestra Epistola, quam meo specialiter assignastis nomini rogare curastis. Primo ne paucorum subdolis adseritionibus consentirem, sed plurimorum testimonijs roboratam fidem tenerem. Et paulò post. Illud quoque quod vobis

Elipandus indignè ferens doctrinam erroris insimulari.

Migetianorum hæresis ab Elipando damnata.

Ambrosius
Morus.

Elipandus de hac re Carolum Magnum per literas consuluit.

vobis nostram pietatem flagitare placuit, quatenus in presentia nostra libelli vestri legeretur textus, & perscrutate plurimorum consilio, quid in eo recte fidei sanctionibus consentiens inueniretur, facimus, sicut petistis. Ibiq; lectum fuisse libellum Elipandi, & à Patribus Francofordiensibus confutarum, asserit. Et infra, Exemplum mihi Constantini Imperatoris proposuistis, cuius initu beatu Isidorum laudasse, dicitis, & finem doluisse: quod ne mihi accidat, per quendam beatum, quem Antiphrasim cognominastis, benigne suadetis. Hæc omnia placuit referre: ex his namque cap. 8. aperte colligemus, Elipandum neq; Arrianum, neq; manifeste Nestorianum fuisse: ut nonnulli sensum erroris illius non assequuti arbitrantur. Ex his etiam perspicuum est, Elipandum alios quoque suæ sententiæ sectatores habuisse: inter quos videtur Episcopus Arcaricus, quem Elipandus in ea epistola ad Fidelē, summopere commendat. Deinde patet, Elipandum sententiam suam libello quodam expositam ad Concilium misisse: cuius etiam fit mentio in epistola Concilij ad Elipandum, & in libro sacrosyllabo eiusdem Concilij. Huius nullum extat integrum exemplar, habemus tamen confessionē Elipandi in libro illo Beati & Heterij, ex quo ad verbū trāsumptam hic inferere, operæpretium duxi: ut melius intelligamus errorem, contra quem in eo Concilio pugnatum est. Beatum enim & Heterium, in suo libro illam fideliter transcripsisse, dubitari non potest: alioquin & ipsos Elipandus, quem hæreticæ doctrinæ insimulabant, falsitatis redarguisset.

Confessio Elipandi.

CAPVT II.



Elipandus Toletana sedis Archiepiscopus, cum omnibus mihi consentientibus, credo Trinitatem Patris, & Filij, & Spiritus sancti in una deitatis essentia, & natura: hoc est, Deum principium, & Spiritum sanctum in una natura deitatis, Trinitatem personarum. Quia sicut homo derelinquendo patrem & matrem, & adhaerendo uxori suæ, cū sint due per-

due persona iam non sunt duo, sed una vocatur caro: & sicut multorum anima in dilectione Dei unum est cor & una efficitur unita: ita Pater, & Filius, & Spiritus sanctus opifex unius totius condita creatura: unius glomeratio caritatis: unius ambitus dilectionis substantia. Ipse quoque Pater per semetipsum descendit ad turrim, quam edificabant filij Ailam: & dixit Filio, & Spiritui sancto: venite descendamus, & confundamus ibi linguas eorum, per semetipsum quoque veniens, de iudicio Sodomorum Loth eripuit. Per semetipsum etiam in monte Sina descendens, Moysi legem dedit. Nam si intelligere vultis personas, quo modo sit vnus Deus Trinitas, cognoscite comparatione, Lapidem, & ignem, qui in eo est, frigore in lapide manente, vnā esse substantiam. Attendite huius lapidis comparatione, in diuisam personarum Trinitatem. Et si perualetis, considerate Dei ineffabilis diuinitatem, & videte vnus deitatis inuisibilem Trinitatem. Et sicut alia est persona frigoris manentis in lapide, atque alia ignis manentis in parente: & tamen procedens non desinit esse ex generante, ita persona filij alia est, & non desinit in vna substantia Deitatis esse cum Patre. Et sicut lapis precedit ignem illum in se manentem in visione: ita Pater precedit filium, non tempore, sed origine. Ipseque Dei filius, cum sit splendor gloria, & figura substantia eius, Deitatem inuisibilem exinaniens, aperuit subiecta creatura speciem cum Patre & Spiritu sancto Abrahæ in ipso seruore diei. Quia sicut absentia lucis tenebrae sunt, & absentia tenebræ lux esse creditur, tertium inter utrosque non subsistit: sic in vno Verbo Dei, id est, in vnico filio eius, fortitudinem, & honorem, & gloriā esse credimus. Et sicut spiritus pars animæ est, per quam imagines rerum corporalium imprimuntur, sicut mens pars eiusdem animæ est, per quam omnis ratio, intelligentiaque percipitur: sicut memoria, quæ memoratur meditari: sic in Verbo Dei pro suis officijs diuersa munerum vocabula, quæ nequaquam diuiduntur, ponimus. Quem sacra Scriptura testatur, pro salute humani generis, deitate exinata, hominem factum, circumcisum, baptizatum, flagellatum, crucifixum, mortuum, sepultum, seruum, peregrinum, leprosum, & quod deterius est, non solum ab Angelis, sed etiam ab hominibus minoratum, vermem dictum, ex persona eius Scriptura dicente, Ego sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis.

Ff Cuius

Elipandi libellus in Francofordia confutatur. Gen. legitur & confutatur

Elipandus neque Arrianus neque Nestorianus fuit.

Sacro syllabus.

6

Simile ad declarandam Trinitatem personarum in unitate essentia.

Filius Dei varia potest sortiri nomina.

Quæ Scriptura de Christo homine factatur.

Christum ve re Deum & hominem esse proficitur Elipandus. Cuius gloriam, diuinitatem stupent caelestia, & magnitudinem contremiscunt terrena: & qui dicit, gloriam meam alteri non dabo: homo interior in vna eademque Dei, & hominis persona de-glomeratus, atque carnis indumento indutus. Quia non per illam, qua natus est de Virgine, visibilia, & inuisibilia condidit, sed per illam, qua non ex adoptione, sed genere: neque gratia, sed natura: & per istam Dei, simul & hominis filius, adoptiuus humanitate, & non adoptiuus diuinitate, mundum redemit. Qui est Deus inter Deos, qui vtrum comedisset, an bibisset, ei cognitum manet. Quem nonnulla actionis suae mysteria nescire voluit. Quia si conformes sunt omnes Sancti huic filio secundum gratiam, & cum adoptiuo adoptiuus, & cum aduocato aduocatus, & cum Christo Christi, & cum paruulo paruulus, & cum seruulo seruulus. Credo etiam inter ipsa Sancti spiritus Charismata gratiarum: Spiritum sanctum esse adoptiuum, in quo clamamus Abba Pater. Haec tenus Elipandus.

Sententia Durandi, & Recentiorum de adoptione humanitatis Christi.

C A P V T III.



Vanquam non pauci Scholastici, nec infimae notae, Christo tribuunt adoptionem ratione humanitatis: quia tamen non eodem modo eam explicant, & de modo loquendi non omnino consentiunt, libet sigillatim eorum sententias annumerare: vt distincte notare possimus, quid in vnaquaq, earum approbatione, aut reprehensione dignum sit. Prima igitur opinio est Durandi in 3. dist. 4. quaest. 1. qui duo affirmat: vnum est, simpliciter, & sine additamento non posse dici Christum filium Spiritus sancti: alterum est, dici posse cum duplici additamento hoc modo: *Christus in quantum homo, est filius adoptiuus Spiritus sancti.* Quare cum illo additamento *in quantum homo*, concedit Christum, esse filium adoptiuum, & qua ratione concedit esse filium Spiritus sancti secundum humanitatem, concedere debet esse totius Trini-

10

Durand.

Trinitatis. Quia adoptio, cum sit operatio extra Deum, toti Trinitati tribuitur: tamen Spiritui sancto approprietur, sicut reliqua opera gratiae. Priorem partem probat Durandus, quia nomen filij, & filiationis dicitur secundum analogiam, & proportionem quandam de filio per generationem, per creationem, & adoptionem: prius sane & simpliciter de eo, qui est per generationem, vt patet: de alijs vero, non simpliciter, sed cum additamento. Cum ergo Christus, nec secundum vnā naturam, nec secundum aliam sit genitus proprie ab Spiritu sancto, non potest dici filius illius absolute, & simpliciter. Posteriores vero sic confirmat, Christus secundum humanam naturam, habet gratiam ab Spiritu sancto, per quam fit adoptio filiorum Dei: ergo in quantum homo dici potest filius adoptiuus Spiritus sancti. Notat tamen, absolute non posse dici Christum filium Spiritus sancti, nisi cum duplici illo additamento, altero ex parte subiecti, *in quantum homo*, vel *secundum humanitatem*; altero ex parte praedicati, *adoptiuus*, vt ita dicamus, *Christus secundum humanitatem est filius adoptiuus Spiritus sancti.* Addenda autem censet illa duo, ne verba communia cum Arrio, & Nestorio habeamus: quae de causa, inquit, negasse Augustinum, Christum esse filium adoptiuum. Quare secundum proprietatem vocum non videtur Durandus negare, dici posse Christum filium adoptiuum, cum illa determinatione *secundum humanitatem.*

11

12

Christum filium Spiritus sancti sine additamento dici non posse Dur. probat.

Christus in quantum homo filius Spiritus sancti adoptiuus.

Recentiorum sententia.

Nonnulli recentiores ex parte adherent Durando. Dicunt enim, Christum cum additamento *in quantum homo*, vel *secundum humanitatem*, dici posse adoptiuum, & absolute non posse: non solum ne verba communia, & sensum cum hereticis habere videamur, sed etiam presse proprietate sermonis seruata: quibus fauere videtur Ricard. in 3. d. 10. art. 2. q. 1. dum ait, absolute non esse dicendum Christum filium adoptiuum, sed cum additamento *in quantum homo*. An vero id neget sine additamento, ob rationem Durandi, vel recentiorum, non explicat: adoptionem vero Christi secundum humanitatem eodem modo colligit.

Cur absolute
Christus fi-
lius Dei ado-
ptivus dici
possit.

At recentiores, quos dixi, probant, non posse absolute dici Christum filium adoptivum, hac ratione: quia de ratione adoptivi est, ut alius non sit naturalis; sed Christus absolute dicitur, & est filius naturalis Dei, ergo absolute adoptivus dici nequit. Infra tamen cap. 9. nobis probandum est, Christum dicendum esse absolute filium adoptivum, si semel concedatur cum additamento *secundum humanitatem*. Nunc alias opiniones Scholasticorum recenseamus.

Quid senserint Gabr. Almainus, & Maior de eadem re.

C A P V T IIII.

Gabr. Almai. & Maior negant, vlla ratione dici posse Christum filium adoptivum: ita tamen de adoptione ipsa loquuntur, ut in sententiam quoque Fœlicis, & Elipandi aperte incidant: ut cap. 9. & 13. convincemus. Quatuor igitur docent. Primum est: dici non posse absolute, Christum esse filium adoptivum Dei. Probant ratione illa recentiorum proxime allata. Secundum est: etiam cum illo additamento *secundum quod homo*, vel *secundum humanitatem*, non posse concedi. Putant enim cum ipso Gabriele in 3. d. 11. quæst. 1. articulo 3. omnem propositionem, quæ concedi potest de Christo cum additamento *secundum quod homo*, posse quoque absolute concedi: cum ergo absolute non sit dicendus adoptivus, neque cum additamento dici poterit. Tertium est: hanc esse falsam propositionem, *Christus secundum humanitatem est filius adoptivus*. Sic docent expresse Gabriel, & Almainus, Maior vero id insinuat, cum solum concedat id, quod quarto loco referemus. Probant: quia humanitas non est filius, cum nomen filius non sit nature, sed suppositi: ergo nec Christus secundum humanitatem esse poterit filius adoptivus. Hactenus ita recte videbantur hi Autores sensisse, ut Fœlici, & Elipando omnino opponerentur. At in eo, quod quarto loco

Cur Christ^o
secundum huma-
nitatem non
possit dici fi-
lius adopti-
vus secundum
hos auctores.

13
Gabr.
Almai.
Maior.

14

loco asserunt, sententiæ illorum omnino consentiunt. Dicit ergo quarto Gab. & Mai. idq; Almain. insinuat, Christi humanitatem esse adoptivam: addit Gabr. *Latiore quadam significatione*. Quia adoptari proprium videtur filiorum, humanitas autem non est filia: idemq; putat, adoptivam esse humanitatem, atq; habere ius ad hæreditatem beatitudinis ex gratia, sicut nos habemus. Maior etiam concedit, Christo secundum humanitatem convenire adoptionem.

Humanitate
Christi adop-
tatis asseritur.

Ut hæc sententia quoad quartam partem, qua cum Fœlice, & Elipando convenit, infra commodius impugnetur, nunc solum quoad reliqua, quæ docet, breuiter refutanda est. Prætermittitur ergo prima parte, in qua verissimum docet: Secunda pars illius hac ratione refellitur. Fieri posset, ut aliqua propositio in aliquo sensu absolute non esset de Christo concedenda, quæ tamen addita determinatione *secundum quod homo*, vel *secundum humanitatem*, concedi deberet. Nam si hæc esset falsa, *Christus est creatura*, quia significat Christum secundum totum id, quod in ipso est, esse creaturam, ut nonnulli arbitrantur, certe addita illa determinatione negari non posset: sic enim iam determinaretur sensus illius ad partem illam, quæ reuera creata est: eodem modo si esse filium adoptivum, excludit titulum naturalis aliunde & ideo prædicti Doctores, non concesserunt illam propositionem, *Christus est filius Dei adoptivus*, saltem concedere deberent cum illa determinatione *secundum quod homo*: quia cum illa, vere excluditur titulus naturalis, quem Christus absolute necessario includit. Nam secundum quod homo, non est filius naturalis Dei, ut concedunt etiam prædicti Doctores: filiatio enim naturalis, in eorum sententia, alia non est, quam quæ convenit ratione æternæ generationis.

Secunda pars
prædictæ sen-
tentie impro-
batur.

15

Tertia pars huius sententiæ hoc etiam argumento improbat. Quamvis humanitas non dicatur filia adoptiva: hoc tamen nihil obstat, quo minus Christus dicatur filius adoptivus secundum illam. Neque enim, cum addimus *secundum humanitatem*, sensus est, humanitatem esse filiam, sed ratione illius Christo convenire adoptivam filiatio-

Tertia pars
sententiæ re-
fellitur. Si hu-
manitas ado-
ptiva dicitur
Christi sicut
adoptivus dicitur
secundum
se.

F f 3

nem,

nem. Quemadmodum, cum dicimus Christus est filius beatæ Virginis secundum humanitatem suam, non significamus, ipsam humanitatem esse filiam beatæ Virginis, sed ratione illius, Christum esse filium Virginis: atq; hæc ratio contra hos Doctores præsertim vim habet: qui plane fatentur, humanitatem in Christo vere esse adoptatam: sic enim & Christus ipse adoptatus erit. Nã si subsistit in natura adoptata, & in ea filius Dei est, cur non dicetur secundum illam, filius Dei adoptivus, vel adoptatus?

Respondet
Gabr. Nō est
idem filius
adoptivus &
subsistens in
natura adop-
tata.

Respondet Gabriel, non esse idem filium adoptatum, & subsistentem in natura adoptata. Nam filius adoptivus includit illam negationem iuris naturalis, aliunde etiam convenientis, at natura adoptata, vel subsistens in natura adoptata, prædictam negationem secum non affert. Tum etiam filius Virginis non includit negationem filij Dei. Licet ergo dicamus, Christus est filius Virginis, vel Christus subsistit in natura adoptata, quia in his propositionibus non continetur negatio illa, quam dicebamus: dici tamen nequit Christus filius adoptivus, etiam secundum humanitatem: quia in hoc quoque modo loquendi negatio prædicta intelligitur: sic autem est falsa propositio.

Verum, ut supra contra eundem Gabr. dicebamus, negatio illa filiationis, & iuris naturalis solum potest includi in ea propositione, qua Christus dicitur absolute filius adoptivus. At vero si adas *secundum humanitatem*, non includitur, aut si includitur negatio, cum eodem additamento intelligenda est: sic autem est vera propositio, hoc est, cum dicimus, Christus est filius adoptivus secundum humanitatem, denotamus, ita secundum humanitatem illi convenire adoptionem filij, ut secundum illam non conveniat filiatio naturalis: hoc autem quis negabit? Dicere autem, intelligendam esse negationem filij naturalis absolute, quando propositio cum additamento profertur, absque fundamento est. Nam si adoptio absolute posita filiationem naturalem absolute excludit ex quocunq; titulo, posita cum additamento, cum illo tantum excludet. Superest ut id, in quo

16

17

quo cum Elipando convenit Gabr. refutemus: commodius tamen fiet cap. 9. & 13. huius disputationis.

Sententia Scoti, quadam Patrum testimonia, & rationes, quæ adoptionem Christi suadere videntur.

C A P V T V.

18



Emum in hoc cap. sententia Scoti, quæ cū præcedentibus & sensu Elipandi convenire videtur, & quædam testimonia antiquorum Patrum, quæ recitatis opinionibus consona apparent, referenda sunt. Primum ergo Scotus in 1. d. 10. q. 1. & in reportatis ead. d. q. 1. affirmat, dici posse Christum filium Dei adoptivum: non quidem determinat, an absolute, vel cum determinatione *secundum humanitatem*, sed cum in reportatis dicat Patres ea tantum ratione negasse, Christum esse filium adoptivum, ne verba communia cum hæreticis haberemus, plane concedit secundum proprietatem, ubi scandalum non esset, absolute dici posse: quo sensu discipulus eius Bassolis ead. d. q. 1. art. 2. propositionem illam concedit. Deinde Scotus ut probabilem defendit sententiam oppositam, quæ dicit, Christum non esse nec dici posse adoptivum: cuius rationem cap. 12. examinabimus.

Scot.

Bassol.

Iren.

19

Marius Victor.

Hilarius

Sunt vero nonnulla sanctorum Patrum testimonia, quæ adorationem Christi asserere videntur. Primum est Irenæi 3. lib. adversus hæreses cap. 21. parum à principio, ubi sic loquitur. *Propter hoc enim, Verbum Dei homo, & qui filius Dei est, filius hominis factus est, commixtus Verbo Dei, ut adoptionem percipiens fiat filius Dei.* Secundum est Marij Victorini lib. 1. contra Cædium Arrian. pag. 6 in 5. tomo Biblioth. sacræ Nos (inquit) *adoptione filij, ille natura etiam, & quadam adoptione filius, & Christus, sed secundum carnem.* Vbi & naturalem Dei filium esse confitetur absolute, & adoptivum cū illo additamento *secundum carnem.* Tertium est Hilarij, quod adducit

Testimonia
Patrum pro
Christi ad-
optione

beatus Thomas 3.p.q.23.art.4. in argumento *sed contra*, ex secundo de Trinitate post medium in hæc verba. *Ira potestatis dignitas, non amittitur, dum carnis humilitas adoptatur* (scilicet in Christo) ex quibus saltem colligimus id, quod Gabr. & Almai. dixerunt, scilicet humanitatem Christi fuisse adoptatam.

Ratione pro hac opinione.
Prima ratio.

Rationes quoque, aliquæ sunt, quæ omnibus opinionibus commemoratis ad stipulari videntur. Prima ratio est, nihil obstat quo minus aut absolute dici possit Christus filius adoptiuus, aut cum determinatione illa *secundum carnem*, aut saltem humanitas Christi dicatur adoptata: ergo negari non debet Christo filiatio, aut gratia adoptionis in vniuersum. Porro plures rationes, quæ contra adoptionem Christi afferri solent, non esse magni momenti, cap. 12. videbimus.

Secunda ratio

Secunda ratio. Christus in quantum homo fuit filius Dei, non naturalis, ergo adoptiuus: neque enim mediis aliquis filius esse potest. Non esse filium naturalem secundum humanitatem, probatur: quia nec fuit naturaliter à Deo genitus, sed voluntarie, nec natura sanctificatus, sed gratia: fuit ergo filius, non natura, sed gratia: atqui filius adoptiuus videtur, qui gratia, non natura filius est: ergo Christus vere fuit filius adoptiuus: aut saltem cum additamento illo *secundum humanitatem*: quia secundum illam nullum alium titulum filiationis habuit, præter gratiam, & voluntatem Dei.

Tertia ratio

Tertio, præter gratiam vnionis habuit Christus secundum humanitatem gratiam habitualem, & per illam vere fuit sanctus: ergo per illam fuit filius Dei, sicut cæteri homines sancti. atqui non fuit filius naturalis, alioqui & cæteri etiam essent: ergo adoptiuus. Hæc argumenta pro omnibus recitatis opinionibus genus aliquod veræ adoptionis in Christo videntur probare, secundum quam filius adoptiuus absolute, aut cum determinatione, aut saltè eius humanitas adoptata dici possit.

Nec

Nec Christo, nec eius humanitati vlllo modo conuenire adoptionem, ab Ecclesia definitum est: & multorum Scholasticorum testimonio firmatum.

C A P V T VI.



Lures Theologi Scholastici, & inter reliquos magis insignes, sententiam Catholicam multis retro annis ab Ecclesia definitam nobis palam tradiderunt: tametsi talis definitio ipsis nota non fuerit. Eorum vero sententia est, nec cum determinatione *secundum quod homo*, vel *secundum humanitatem*, dicendum esse filium Dei adoptiuum: ex quo etiã fit, vt nec humanitas Christi dici possit à Deo adoptata, nec in Christo vlla sit gratia adoptionis. Vt enim contra Gabrielem cap. 4. probauimus, si humanitas Christi fuisset adoptata, Christus dici posset filius Dei adoptiuus, secundum illam. Fuerunt in hac sententia Alex. 3. part. q. 10. in 4. S. Thom. Caietanus, & recentiores nonnulli Thomistæ 3.p.q.23.art. 4. Magr. in 3. d. 10. cap. 4. Albertus ibidem art. 13. Bonau. art. 2. q. 1. Argentina art. 3. & Palud. in 3. d. 4. art. 3. cui definitio Concilij Francofordiensis ex historicis saltè scriptoribus nota fuit. Mirro Ricardum, qui vtramque partem probabilem putat, vt cap. 3. retulimus. Hæc sententia tanquam Catholica, & opposita, vt hæretica contra Fœlicem & Elipandum declarata est ab Adriano 1. in epistola ad Episcopos Hispaniæ, & in epistola Concilij Francofordiensis ad eosdem, & in libro sacrosyllabo edito in ipso Concilio, opera præsertim Paulini Episcopi Aquileiensis, & in epistola Caroli Magni missa ad Elipandum ex eodè Concilio, quæ omnia habentur in tertio tomo Conciliorum inter acta huius Concilij: quorum testimonia inferius sigillatim recitanda sunt: quinimò, vt paulò post in hoc cap. dicemus, sententia hæc ter in Ecclesia definita fuit, & hæresis Fœlicis & Elipandi damnata. Porro librum illum sacrosyl-

Alex.
S. Thom.
22
Caiet.
Mag.
Albert.
Bonau.
Argent.
Palud.
Ricard.
Adr. 1.
Sacrosyl.

Carolus

Ter damnata fuit hæresis fœlicis & Elipandi.

erofyllabum, à Patribus illius Concilij editum fuisse testantur Abbas Vspergensis, Annonius, & Regino locis in fra citandis: & ex titulo libri patet. Extat etiam in Bibliotheca Toletana liber manu Gothica scriptus contra adoptionem, quam Elipandus Christo tribuebat: in quo Beatus Episcopus Vxumentis, & Heterius presbyter, vt i. cap. memorauimus, Elipandi sententiam erroris insimulant.

23
Abbas
Vsperg.
Anno,
Regno.

Multis non
probatum au-
toritas Cōc.
Francof.
Commenda-
tur Lauren-
tius Surius.

Verumenimvero Theologi Scholastici nō indocti huius ætatis, vt eam sententiam, quam semel fuerant secuti, retinerent, nec historia bene perspecta, nec ratione Concilij recte considerata, auctoritatem illius labefactare conati sunt: atq; Laurentium Surium virum religiosum, & in eruendis Conciliorum decretis admodum sollicitum, leuitatis insimulare, non dubitarunt, quod tale Cōcilium sine fundamēto, nescio ex quo ignoto promptuario erutum, excudi curauerit. Nonnulli ergo, non obstante Cōcilij definitione, opinionem Durandi, & aliorum, qui aliquam Christo adoptionem concedunt, vt probabilē amplectantur: alij vero saltem non putant oppositam adeo certam, vt opinio Durandi, & aliorum errore notari debeat: quod huius Concilij auctoritas ita explorata non sit, vt ad certā fidei definitionē sufficiat: fatiq; sibi arbitrantur fecisse, si sententię Durandi, & aliorū temeritatis notā in urāt: quod cōmuni Patrū Scholasticorū sēsui aduersetur.

Verum antequam ad huius Concilij auctoritatem comprobendam accedamus, hoc vnum contra hos Doctores adnotare libet: scilicet sententiam Durandi, & aliorum temeritatis insimulari non posse, si neq; ab Adriano primo, neque à Concilio Francofordiensi, vt illi putāt, dānata nō est. Neque enim videtur temere asserta, quæ tot pro se Scholasticorum habet Doctores à cap. 3. commemoratos, nec Patrum testimonijs omnino destituta: siquidem Irenæus, & Marius Victorinus ita aperte eā tradiderunt; vt nulla alia ratione explicari possint. Quod si ratio, quā assert Concilium, Durandum non conuinceret erroris: certe nec temeritatis posset arguere: imo rationes pro Durando & alijs adducte cap. 5. magnam speciem probabili-

24

Irenæus
Marius
Victorinus.

tatis

tatis haberent. Ego sane in re tam graui non feram sententiam; quod nouerim viros permultos in Theologia Scholastica insignes, partes Durandi, & aliorū tueri: proferam tamen, quæ ex Historicis, ex confessione Elipadi, ex definitione Adriani, & Concilij, contra Durandum, & alios esse videntur, quibus in medium allatis, iudicium de hac re alijs doctioribus libenter relinquam.

25

Autoritas Concilij Francofordiensis damnantis
Elipandum defenditur.

C A P V T V I I.



Rætermisso libro à Beato, & Heterio conscripto contra Elipandum, & tantorum virorum contra ipsum iudicio, veniamus ad definitionē Ecclesie, cuius est rē fidei declarare: & ex antiquis Scriptoribus palam ostendamus, sententiam Felicis, & Elipandi asserentium Christū esse filium Dei adoptionem, vere damnatam fuisse, non solum in Concilio Francofordiensi, sed etiam alibi.

Annon.

Annonius ergo, siue Aimonius, qui centum circiter annos post Concilium Francofordiense historiam Francorū scripsit lib. 4. de gestis Francorum cap. 83. tres damnationes erroris Elipandi commemorat. Primam factā in Concilio apud Regnum ciuitatem Baioariæ in regio Palatio, vbi Carolus hiemauerat: (quidā tamen codices mendose habent *Regiminum*) Concilium vero conuocatū fuit contra Felicem Vrgelitanum Episcopum, diligētia Caroli Magni, cui eo tempore pars illa Hispaniæ, quæ Catalonia vocatur, vbi est Vrgelis ciuitas, subiecta erat: vt scribit Ambrosius Morus in lib. 13. historię Hispaniæ cap. 26. Huius Cōcilij nulla alia legitur approbatio, nisi quod, vt narrat idem Annonius, Felix in eo conuictus de suo errore, inde Romam ad Adrianum Pontificem iussu eiusdē Caroli missus est; vt coram eo sententiam retractaret: vbi in Ecclesia sancti Petri publice coram Pontifice illā abiurauit: & hæc est secunda illius condemnatio.

Historia Cō-
cil. apud Re-
gnum habs-
ti dānāsis
heresim Fe-
licis.

26

Ambr.
Morus.

Est au-

Disput. prior contra Elip.

Est autē Reginū ciuitas Metropolis Baioaria, id est Bauaria, nunc dicta Ratispona, quæ, vt scribunt Abrah. Ortel. in synonymia Geographica in dictione Augusta Tiberij, & Simlerius in libro notitiarum, Regiū Antonini, & castra Regina appellari etiam cōsuevit: atq; vt testatur theatrum ciuitatum, Regniopolis quoq; ob frequentes conuentus Principum dicebatur. Huius Concilij contra Fœlicem sub nomine Ratisponensis, mentionem faciunt Cēturatores centuria 8. cap. 9. & Frācisus Feuardētius lib. 3. aduersus hæreses verbo *Christus* hæresi 3. ex his quos addidit libris Alphonsi de Castro. Abiurationis verò Fœlicis factæ coram Adriano, præter Annonium, meminerunt Sigibertus in Chronico sub anno 793. & Regino sub anno 794. cumq; dicat Regino tertio damnatam fuisse hæresim Fœlicianam de adoptione Christi in Concilio Francofordiensi; fatetur planè, duas alias damnationes hætenus cōmemoratas præcessisse. Eandem damnationem referunt Ado in Chronico sub anno 79. & Antonius 2. p. historie tit. 14. cap. 1. §. 6.

Tertia deniq; damnatio huius erroris contra Elipandū facta est in Concilio Francofordiensi. Nam, vt diximus in primo cap. ipse Elipandus nimium suæ fidens opinioni, per literas à Carolo obtinuit, vt multorum consilio sua sententia, quam Beatus, & Heterius in Hispania acriter impugnaverant, examinaretur. Huius Concilij, & damnati erroris de adoptione Christi, expresso nomine Elipandi, sed tacito nomine Concilij Francofordiensis, mentionem fecit Ionas Aurelianēsis autor illius temporis in lib. 1. de cultu imaginū in principio, qui habetur 5. tomo Bibliothecæ sacræ: quem sequitur Paulus Emilius lib. 2. de gestis Francorum non longe à fine. Meminerunt etiā expresso nomine Concilij Francofordiensis ex antiquioribus Historicis Annonius, Regino, Ado locis citatis: adde Abbatem Vspersensem in chronico sub anno 793. ex recētioribus vero Blondum A Eneade 2. lib. 1. satis post medium, Sabellicum A Eneade 8. lib. 8. Platina in Adriano, Genebrardum in chronico sub anno 974. tametsi Platina & Sabel-

Ratisponense Concilium & apud Reginum habebat idem.

Francoford. Concil. damnat errorem Fœlicis & Elipandi.

*Centuria
vires
Feuardētius.
27
Sigibert.
Regino*

*Ado
Anton.*

*Ionas
Aur.*

*Paulus
Emilius
28*

*Anno.
Regino
Ado.*

*Abbas
Vspers.
Blondus
Sabell.
Platina
Geneb.*

De Adoptione Christi, cap. 7.

& Sabellicus, Fœlicianam hæresim damnatam in eo Cōcilio dicant fuisse contra imagines: quos manifeste fuisse deceptos, mostrauius lib. 2. de cultu adorationis disput. 2. cap. 3.

Cæterum omnes autores allegati plane fatentur, aut in Fœlice, aut in Elipando damnatam fuisse hæresim de adoptiua filiatione Christi; vt recentiores nostri Theologi conuincantur, & Concilium Francofordiense, quod Laurētius Surius excudi curauit anno 1567. non ex ignoto prōptuario, sed ex antiquissimo, & vero exēplari transumptum esse, credant: nec putent, prædictam damnationem ab aliquo leuiter confictam cuius tot graues, & antiquos Scriptores testes habemus. Fuisse autem in prædicto Concilio ex Gallia, Germania, & Italia 300. Episcopos, aliqui ex prædictis Scriptoribus affirmant: tametsi in titulo epistolæ ad Elipandum, Episcoporum solum Germaniæ, & Galliæ mentio fiat. Verum cum Paulinus Aquileiensis ibi fuerit, qui autor inscribitur libri Sacrosyllabi: dubitandum non est, alios quoque Episcopos ex Italia conuenisse. Fuerunt autem legati Pontificis Adriani (vt scribit Ado) Theophylactus, & Stephanus.

Quod vero quidam Adriani epistolam authenticam esse, dubitarūt, eo quod stylus illius præter morem & lenitatem Pontificiam esse videretur; non minori reprehensione dignum est: cum ijdem historici referant, eandē hæresim ab Adriano damnatam, & Concilium Francofordiense autoritate illius conuocatum fuisse: quibus omnibus mirum in modum tota epistolæ doctrina, & definitio concordat. Adde, quod anno præterito, is fuit 1592. grauisimorum Doctorem consilio Romæ ea epistola inter epistolas Pontificum decretales in 2. tomo cū alijs eiusdem Pontificis excusa fuit, quam fatentur, desumpsisse ex Concilio Francofordiensi: non ergo licet, de illius autoritate aliquo modo dubitare. Quod verò ad stylum attinet, etiamsi acrius inuechatur in Elipandum, quam ceteri Pontifices in hæreticos alios inuechi solent, parum refert. Primum, quia res ipsa, & nimia autoris arrogantia, qui se putabat.

29

30

Hæresis de adoptiua filiatione Christi in Francofordiensi damnata est.

Historia Cōci. Francoford. enarratur.

Epistola Adriani authentica.

Nota.

putabat in rebus fidei aliorum esse regulam, ita exigebat. Nam sicut non minus acriter Celestinus primus contra Casianū, & viros alioqui pios, & religiosos in prima sua Epistola loquitur, quod de gratia Dei non recte sentiret: sed Pelagiano errori ex parte fauerent, & Prospero, atque Hilario doctrinæ August. propugnatoribus molesti essent, suaque autoritate impedirent ne sana doctrina seminaretur, ut in primam partem S. Thom. disp. 91. Fufius videbimus: eodem modo Adrianus in Elipandum tam aspere loquitur, quod eū videret, nō solūm errorē defendere, sed etiam Beatum, & Heterium, qui contra ipsum sanam doctrinam prædicabant, Episcopali sua autoritate tanquam hæreticos infectari. Deinde, non omnes Pontifices, eundē seruant in scribendo stylum. Postremo, etiāsi Pontifex contra Elipandum initio aspere loquatur, ut ei prædictam opinionem suam remittere suadeat, in fine tandem paterna in ipsum viscera ostendit, si ab errore resipiscat. Quis igitur definitiones Adriani, & Concilij Francofordiēsis minus authenticas existimabit? certe vno, aut alio modo ipsas interpretari, minus est periculosum: at eas ut non authenticas reijcere quis audeat? Cum igitur non solum tot sint firmissima fundamenta, ut autoritatem Epistolæ Adriani, & Concilij Francofordiēsis astruamus: verum etiam nullus hætenus ex Scriptoribus oppositum dixerit; plane fit ut recentiores Theologi, qui contra Epistolas Concilij, & Adriani loquuntur eas, minus authenticas existimantes, absque fundamento talem de illis sententiam ferant. Sed videamus, quas alij Scholastici definitionibus Concilij, & Pontificis interpretationes adhibeant; ut filiationem adoptiuam in Christo aliquo modo asserant, aut saltē sententiam Durandi, & aliorum ab errore defendant.

Prior interpretatio Concilij Francofordiēsis,
& Adriani refellitur.

C A P V T VIII.

T Ergiuerfantur in dies non pauci, & ut sententiā memoratam de adoptione Christi, aut sequatur, aut saltem

30
Celestinus

37

Epist. Adriani
aut definitio-
nem
Con. Fran. re-
ijcere nō licet.

tem probabilē esse demonstrent, definitionē Concilij, & Adriani alio detorquere moliūtur. Quare ut id, quod cap. 5. proposuimus, aperte ostendamus, & germanum Concilij, & Adriani sensum explicemus, duabus interpretationibus, quibus aduersarij Concilij definitionē eludere conantur, occurrere necessarium duximus.

32

Quidam igitur dicunt, non damnari à Pontifice, & à Concilio Elipandum, quod dixerit, Christum esse filiū adoptiuum Dei, & naturalē simul in eadē persona: sed quod purum hominē, & purū filiū Dei adoptiuū esse, cū Nestorio asserat, diuidens in Christo personam filij naturalis, & adoptiui. Hoc pacto tribuit hanc hæresim Elipando Franciscus Feuardē. lib. illo 3. aduersus hæreses verbo *Christus* hæresi 3. quem multi recentiores hac nostra ætate sequuntur. Elipandum vero cū Nestorio sensisse non obscure videtur probari. Primo, ex Iona Aurelianen. lib. 1. de cultu imaginū, vbi ait, in eo Concilio dānatū fuisse Elipādū, aut, ut ipse ait, Eliphādū Toletanū cum autore sui erroris Nestorio, quē imitatus est. Secūdo, colligi videtur ex Damasc. lib. 3. de fide cap. 21. vbi ait. *ij autem, qui seruum eum dicūt, vnū Christum instar Nestorij in duos diuidunt*: atqui Elipādus, sicuti assererat Christum esse adoptiuum filium Dei, dicebat etiam ipsum esse seruum, ut sequenti disputatione videbimus, & ex eius cōfessione liquet: ergo si asserēdo Christum esse seruum ipsum in duos diuidebat; idem omnino sentiebat, dum ipsum adoptiuum filium Dei prædicabat.

Aduersarij
Cō. i. Franc.
explicans.

Elipand. cum
Nest. sensisse
se multi dicunt.

Feuardē.

Iona Aurel.
rel.

Damasc.

33

Cō. Frā.

Sacrotyll.

Sigibert.

Tertio, Conciliū Francofordiēse in Epist. ad Episc. Hispaniæ lōge a fine, dū refelleret Elipādi, & Felicis sententiā, qui dicebat Christū esse seruū, sic scripsit. *Nonne olim eadē hæresis vestra in Nestorio ab vniuersali Sancta Ecclesia refutata est, etiā & dānata? & in lib. Sacrotyllabo, qui in eodē Cōci. cōscriptus fuit col. 8. dicitur. Dei ergo filius, quo ratione credi potest adoptiuus, qui inseparabiliter assumpto homine, in vna persona coeunte vtraque natura, nō duo filij, alius Dei, & alius hominis, ut sicut illi errādō asserunt adoptiuus sit fili⁹ hominis, &c. vbi parēthesis illa supponere videtur secūdū sententiā Elipādi, & Felicis esse duos filios.* Demū Sigiber. in suo Chrō. loco citato superio-

periori cap. & Antō. 2. p. historię tit. 14. c. 1. §. 6. ita referūt hāresim Fœlicianam de adoptione Christi, ac si ille Christum in duas personas diuideret.

Refutatur explicatio prædicta. Elipandus cū Nestorio non sensit. Prima coniectura.

Hęc tamen interpretatio non modo optimis coniecturis ex Concilio Francofordiensi, & Adriano deductis, verum etiam verbis expressis ipsius Elipandi refellitur. Prima quidem coniectura est. Si Elipandus plane fuisset Nestorianus, & duas in Christo asseruisset personas, nõ ad eõ suę sententię & iudicio consideret, vt Carolus Magnus, quem sciebat Catholicum Principem per literas sollicitaret, vt conuocato Concilio sententiã suam de adoptione Christi approbaret. Vnde namq; persuadere sibi posset, Episcopos Latinos in errorem Nestorij cõsensuros? At, vt vidimus 1. capite, Elipandus obnixē a Carolo Concilium postulauit: non ergo manifestum errorem Nestorij defendebat, sed sententiã iudicio plurimorū nõ improbabile.

34

Secunda coniectura optima.

Secunda coniectura. Nunquam Adrianus, & Concilium afferunt testimonia contra Elipandum, ad probandã vnitatem personę in Christo, sed ea supposita, tollere nituntur omnem adoptionē, atq; ad hoc solū testimonia Scripturę, & Patrum inducūt: quod si Elipandus Nestorianus esset manifestus, eodem modo, quo Nestorius, testimonijs probantibus vnitatem personę, conuincendus esset. Quinimo tam Concilium, quam Adrianus ad hoc absurdum conantur deducere Elipandum, vt cogatur asserere duas in Christo personas: eo quod adoptiua, & naturalis filiatio in eodem supposito etiam ratione diuersarum naturarum esse non possit. Quod si Elipandus cum Nestorio personas diuideret, non ad hoc absurdum deducendus, sed, vt dixi, testimonijs contra Nestorium reuincendus esset.

Tertia coniectura.

Tertia coniectura. Cum Elipandus eodem modo asserat Christum esse seruum Dei, quo dixit esse filium eius adoptiuum, illiusq; seruiturē multis locis Scripturę probare conetur; si ipse Nestorianus esset, facile respondere posset, & deberet Adrianus, Christum quidem appellari seruum secundum alteram naturam, in eadem tamen diuina persona:

35

persona: sicut Patres semper respondent Nestorio obijcienti aliqua ex Scriptura, quę purę creaturę propria videntur. At Adrianus non ita responderet, sed plane fateatur in omnibus locis veteris Testamenti, quibus Christus dicitur seruus, per figuram & in aliena persona dictum fuisse: vt disputatione sequenti cap. 5. & 8. referemus. Nam cum Elipandus assereret, in eadem persona Verbi duas esse Christi naturas, & in altera adoptiuum, & seruum esse; non potuit Adrianus alio modo respondere. Non enim satis erat, dicere illa testimonia intelligi de Christo secundum alteram naturam, cum nihil aliud ipse Elipandus contenderet.

36

Sed quid moror? verba Elipandi in prædicta sua confessione audiamus. *Quem (scilicet filium Dei) Scriptura sacra testatur, pro salute humani generis, deitate exinanita, hominem factum, circumcisum, baptizatum, flagellatum, crucifixum, mortuum, sepultum, seruum, peregrinum, leprosum, & quod deterius est, non solum ab Angelis, sed etiam ab hominibus minoratū, vermem dictum, &c.* Quibus verbis manifeste docet, filium Dei incarnatum. Quod autem inquit *exinanita deitate*, non intellexit in sensu Euthychetis, naturam diuinam conuersam in carnem: sed loquitur in sensu Pauli ad Philipp. 5. cum ait, *semetipsum exinanuit*: atqui Nestorius nunquam diceret, filium Dei, exinanita deitate, hominē factum: hoc enim sola vnione in persona fieri potuit: Elipandus ergo non sensit cum Nestorio, duas in Christo esse personas. Sequitur in eadem confessione. *Cuius gloriam, diuinitatem stupent cœlestia, & magnitudinem contremiscunt terrena: & qui dicit, gloriam meam alteri non dabo: homo interior in vna eademque Dei, & hominis persona deglomeratus, atque carnis indumento indutus: quia nõ per illam, qua natus est de Virgine, visibilia, & inuisibilia condidit: sed per illam, quę non ex adoptione, sed genere: neque gratis, sed natura: & per illam Dei, simul & hominis filius, adoptiuus humanitate, & non adoptiuus diuinitate mundum redemit: qui est Deus inter Deos.* Desinant ergo nostri Theologi, effugia comminisci, & errorem apertum Nestorij Elipando tribuere: cum disertis verbis vnã Dei & hominis

Verba Elipandi notanda.

37

Vnam Dei,
& hominis
personam di-
serte confite-
tur Elipandus

minis persona fateatur: cum Christum verum filium Dei naturalem, in natura diuina prædicet: & duas in vna persona naturas pronuntiet: quæ omnia Nestorius nunquam concessit. Nec aliquem perturbet, quod ait, *Carnis indumento indutus*. Cum enim prædixisset, *in vna eademque Dei & hominis persona*, absque suspitione Nestoriani erroris addere potuit, *carnis indumento indutus*. Neque eo quod dicat, *Deus inter Deos*, suspiceretur aliquis de ipso Gentilium errorem turbam Deorum asserentium. Loquitur enim more Scripturæ, quæ Dominum Dominorū, & Deum Deorum, verum Deum appellat. Fit ergo, vt non solum optimis coniecturis, sed etiam euidenter nobis constet, nunquam Elipandum cum Nestorio Christum in duos diuisisse. Caterum obiectionibus, quæ oppositum videbantur probare, satisfaciamus.

Soluuntur ar-
gumenta ad-
uersariorum.
Adoptionem
manet in na-
tura vnitæ per-
sonæ diuinæ.

Respondeo igitur, Elipandum erroris Nestorij vnum Christum in duos diuidentis iure infimulari: quia cū adoptio, & seruitus manere nequeant in humana natura vnitæ in eadem persona, vt contendunt Damascenus, Concilium Francofordiense, & Adrianus, & cap. 13. perspicue ostendemus: fit, vt, qui asserit Christum adoptiuum, & seruum, cogatur ipsum in duos diuidere. Eodem igitur modo Elipandus Nestorianus dicitur, & eius hæresis cū auctore suo Nestorio damnata, sicut Durandus Nestorianus merito posset appellari, nō quod asseruerit duas in Christo personas, sed quod dum affirmat, Christum hominem Dominicum posse nuncupari, ex suo modo loquendi cōuincitur, Christum diuidere. Nam si non diuiditur persona, potius *Deus homo*, græce: *θεοῦ ἁνθρώπος* *theanthropos*, vel *ἰσοθεός* *isothēos*, id est, simul Deus, quam homo Dominicus, aut diuinus vocari debet: vt in 3. p. S. Thom. q. 16. art. 3. fusius tractabimus. Et ita respondeo ad omnia, quæ pro hac interpretatione allata sunt.

Damasc.
Concil.
Franc.
Adr.
38

Sacro syllabi
verba expo-
nuntur.

Superest solum, vt respondeamus ad illud vltimum testimonium, quod ex libro Sacrosyllabo adducebatur. Dico ergo, contextum illorum verborum facilem esse, nec quidquam prædictæ interpretationi fauere. Nam paren-
thesis

thesis illa (*sicut illi errando aestimant*) non debet referri ad illud, nō duo filij, sed ad id, quod sequitur, *adoptiuus sit*, quare cum ait, (*sicut illi errando aestimant*) *adoptiuus sit filius hominis*, sensus est: nō possunt esse duo filij in Christo: ita vt dici possit filius adoptiuus, filius hominis, sicut illi (scilicet Fœlix & Elipandus) autumant.

Posterior interpretatio, quam comminiscuntur aduersarij, confutatur.

C A P V T IX.



Lij vero, qui vel Durandi sententiam sequentes affirmant, dici posse Christum secundum proprietatem sermonis filium adoptiuū Dei, cum additamento illo *secundum humanitatem*, vel *secundum quod homo*, aut cum alijs Scholasticis, aliquam in humanitate Christi adoptionem admittunt, definitioni Adriani, & Concilij, alteram quoque adhibent interpretationem. Dicunt ergo, solum ab eis definiti, Christum non esse dicendum absolutè filium adoptiuum: at cum determinatione illa *secundum quod homo*, vel *secundum humanitatem*, nihil ab Ecclesia hætenus decretum fuisse. Hanc etiam interpretationem maximè probant nonnulli alij Theologi, qui licet vt probabilius defendant, nec absolutè, nec cum illo additamento posse dici Christum filiū Dei adoptiuum; affirmant tamen cū determinatione saltem, nihil de fide ab Ecclesia fuisse declaratum. Nullū pro hac sua interpretatione proferunt testimonium, neq; aliquid proferre possunt.

Definitio
Concilij ad-
uersarij in-
terpretatur.

Caterum antequam euidenter eis ostendamus, cum illa etiam determinatione damnatam fuisse sententiam Elipandi, paucis contra eos notare libet id, quod superius cap. 3. contra Durandum diximus: nempe si semel admittamus dici posse Christum filium Dei adoptiuum cū determinatione *secundum quod homo*, dici quoq; posse absolutè: neque enim ratio adoptionis in eo posita est, vt excludat quæli-

bet titulum filiationis naturalis secundum aliã naturam, sed secundum eandem, secundum quam adoptio conuenire debet, vt cap. 12. ostendemus. Et hac forsitan ratione adducti videntur allegari Theologi, vt assererent, propositionem prædictam absolutè esse damnatam: quia modus ille loquendi absolute excludere videtur titulum filiationis naturalis quacunq; alia ratione, quem cum determinatione prædicta non excludit. Verum si hæc ratio sufficeret, vt damnaretur propositio illa absolutè, sufficeret etiam, vt cum determinatione non solum damnata non esset, sed etiam probabilior, quam opposita censeretur.

Verumenimvero perspicue ostendamus, etiam cū determinatione, sententiam Elipandi, & aliorum Scholasticorum damnatam esse: id quod ex triplici capite monstrari potest. Primo ex Scripturis antiquis: secundo ex definitione Adriani & Concilij Francofordiensis: tertio ex ipsamet cõfessione Elipandi. Primo igitur ex Scripturis Ionas Aurelian. autor illius tēporis lib. illo 1. de cultu imaginū, de Fœlice Vrgelitano Episcopo sic loquitur. *Quoniã unctõ suo sceleratissimo errori Elipando Toletana vr̃bis Episcopo, Christum secundũ humanitatem non esse proprium filiũ Dei, sed adoptiuum, predicare ausus est.* Hanc vero sententiã dicit fuisse in Concilio damnatam, tempore Caroli Magni aui Caroli Calui, ad quem scribebat. Addebant ergo Fœlix, & Elipandus, determinationem illã *Secundum humanitatem.* Secundo Annonius lib. illo 4. de gestis Francorũ cap. 83. tradit, Elipandũ à Fœlice per literas quæsisse, in hæc verba; *Quid de humanitate Christi sentiret: (non dixit quid de Christo,) an secundum quod homo, esset adoptiuus filius, vel proprius: & respondisse Fœlicem, esse adoptiuum.* Qui ergo cum additamento illo interrogauit, & qui respondit, non solum absolutè, sed etiam cum determinatione propositionem concedebant: nihilominus damnati sunt, vt cap. 6. & 7. monstrauimus: ergo non minus hæretica eorum sententia censeretur cum additamento, quam sine illo. Tertio Ado Viēnẽ. in Chronico sub anno 793. ita ait.

In hac.

Christum dicere filiũ adoptiuum, etiã secundum humanitatem, damnatum. Primo probatur ex historicis

41

Ionas
Aur.

42
Ado.

In hac Synodo (scilicet Francofordiensi) hæresis cuiusdam Episcopi Fœlicis nomine, damnata est: qui Christum secundum quod homo est, adoptiuum Dei filium dicebat. Deniq; Genebraudus recens autor, sed non minus diligens, & doctus, quam pius, lib. 3. Chronici sub anno 794. affirmat, damnatum esse errorem de adoptione humanitatis in Christo: vt inde etiã constet, non solum filiationem adoptiuam Christo nõ esse tribuendam; sed etiam eodem modo negandum, humanitatem Christi fuisse adoptatam. Neq; enim minus damnatũ est, asserere humanitatẽ Christi esse adoptatã, quã homini Christo absolutè, aut secundum humanitatem filiationem adoptiuã tribuere. Quocirca Gabr. & alij cap. 4. commemorari, non minus videntur errasse, dum negantes filiationem in Christo adoptiuã, humanitati illius adoptionem concedunt.

Secundò loco ex Adriano, & Concilio id ipsum nõ minus aperte probare possumus. Adrianus namq; post initiũ epistolæ suæ, sic ait. *Materia autem causalis perfidig, inter cætera reiicienda de adoptione Iesu Christi filij Dei secundum carnẽ, falsis argumentationibus digesta perfidorum verborum ibi stramina incompõsito calamo legebãur. Hoc Catholica Ecclesia nunquam credidit, nunquam docuit, nunquam male credentibus assensum præbuit.* Quibus verbis refert Adrianus, errorem Elipandi de adoptione Christi secundum carnem: appellat verò perfidorum verborum stramina, ea quæ de hac adoptione secundum carnem asserbant: ergo cum prædicta determinatione non solum filiationem adoptiuam, sed etiã adoptionem, quam admittit Gabr. nunquam Ecclesia docuit, nunquã credidit, nec eam docentibus assensum præbuit. Et paulò post cum probasset quibusdam Scripturæ testimonijs, Christum esse filium Dei proprium, & naturalem, non adoptiuum, subiungit hæc verba. *Quodsi secundum eorum callidam tergiversationem cuncta, quæ protulimus ad diuinitatem tantummodo filij Dei referenda opinantur: dicant vbi vnquam communi affectu dixerit nobiscũ, Pater noster: scit enim (inquit) Pater vester, quid vobis opus sit, non ait Pater noster, quasi nobiscum adoptatus per gratiam.* Occurrit iergo eorum respõ-

Gg 3 so, qui

Geneb.

Adr.

43

Secundo ex
Conc. & Ad
Adriano.

so, qui dicere possent, Christum quidē dici filium Dei naturalem in Scriptura, sed secundum diuinam naturam, nō secundum humanam: & hanc eorum callidam solutionem ex eo damnat, quod nunquam Christus dixerit vnā nobiscum, *Pater noster*. Nam cum tradidit formam orationis Luc. 11. dicens, *Pater noster, qui es in cœlis*, nobis tradidit dicens, *cum oratis dicite, &c.* Et paucis interpositis adducit Adrian. illud ad Rom. 8. *Proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: & subdit, Scimus enim, quia non est traditus secundum diuinitatem, sed secundum id, quod homo verus erat: illum nimirum qui traditus est, id est, hominem ipsum Apostolus proprium Dei filium appellat.* Ego sane non contendo modo, ex illis verbis Pauli colligi tanquam de fide, Christum secundum quod homo est, non esse filium adoptiuum, sed naturalē verum ex verbis Adriani citatis satis aperte deduci, hanc fuisse mentem Pontificis; vt cum determinatione illa *secundum quod homo*, naturalem filiationē definiret in Christo: & adoptiuā dānaret. Et aliquantulō inferius hac vtitur ratione. *Nam sicut peccata nostra non tolleret, si ipse peccatum haberet: ita adoptionis gratiam nobis non tribueret, si ipse propter hominem, quem assumpsit sine sorde peccati, necessarium egerit, vt gratiam adoptionis acciperet.* Colligit ergo hoc modo, si secundum hominem adoptatus, & gratia adoptionis fuisset sanctificatus; non potuisset nobis gratiam adoptionis mereri: intelligit condigne. Nam, vt dicemus cap. 13. si gratia adoptionis sanctificatus esset, ipsamet deitate non esset vnctus: ac proinde, vt communis opinio fert, non posset condigne redemptionem nobis mereri. Nota igitur in prædicta ratione, particulam illam *propter hominem*, quæ reuera æquiualeat determinationi illi *secundum quod homo*. Tandem aliquantulum ante finē epistolæ, ex illo loco Matth. 3. & 17. *Hic est filius meus dilectus*, infert Adrianus, Christum non esse filium Dei adoptiuū, eo quod dictus est *filius meus dilectus*: cumq; ibi dicat, vocem illam referri ad humanitatem, plane affirmat, non esse filium adoptiuum secundum illam. Subiungit autem hæc verba; *Aduertite, quia nihil vobis restat, vt secundum di-*

44

uinitatem

uinitatem tantummodo credatis, dixisse Patrem. Hic est filius meus, sed potius secundum humanitatem, supra quam Spiritus dicitur descendisse.

Sacrostyl.

46

Deinde in libro sacrosyllabo edito, & approbato in ipso Concilio, longe à principio, cōtra asserentes Christum esse filium adoptiuum, sic dicitur. *Hæc igitur dicentes, aut in vtero Virginis eum suspicantur adoptatum, quod dici nefas est, quia de beata Virgine inenarrabiliter sumpsit, non adoptauit carnem: aut certe purum eum hominem sine Deo natum, quod cogitare impium est, necesse est, fateantur.* Vbi primum obserua, quā plane damnauit asserentes, Christum carnem suam adoptasse: vt taceant, non solum Scholastici illi, qui putant Christum posse dici filium adoptiuum secundum carnem; sed etiam Gabr. & alij, qui saltem concedunt, carnē Christi fuisse adoptatam: eodem enim plane modo in Concilio vtrūque damnatur. Deinde nota, quo pacto Concilium, ex eo, quod dicatur Christus filius adoptiuus, vel caro eius adoptata, inferat, eum esse purum hominem, quod in vnitatem personæ diuinæ adoptio carnis coalescere nequeat: id quod sapius liber ille contra Fœlicem, & Elipandum inculcat, deducens eos ad absurdum Nestorij. Quare non satis est, si aliquis addens determinationem dicat, Christū secundum humanitatem esse filium adoptiuum: hoc enim modo etiam Christum dissoluit. Clarissime vero eadē interpretatione confutatur ex eodem lib. sacrosyllabo colum. 6. vbi post confessionem illam Petri, *Tu es Christus filius Dei viui*, obiectioni eorum, qui dicere possent, Christum fuisse appellatum filium Dei naturalem secundum diuinā naturam tantū, occurritur his verbis: *Petrus confessus est Christum verum filium Dei viui, & tu hæretice dicis, Christus adoptiuus filius est? Enimvero fortassis erigeres perfidiæ aurē, si absolutè dixisset, Tu es filius Dei viui: fingeres forsità more tuo, falsa argumentatione, vt diceres, secundū diuinitatē eum filium Dei confessus est. Sed quoniam cū additamento dixerat, Tu es Christus filius Dei viui, omnium hæreticorum ora fidei suæ pugno attriuit. Christi namq; nomē ab homine, quē assumpsit, accepit: quia vnctus in homine fuit, nihil tibi restat, quid dicas.* Quid, obsecro, clarius, more etiā

Caro Christi non fuit adoptata.

Gg 4.

Scho-

Scholastico dici potuit: Siquidē cū additamento *secundum hominem*, filium Dei naturalem, nō adoptiuū esse definit.

Deniq; in epistola Concilij ad Episcopos Hispaniæ lōge ab initio refertur testimoniū Augustini, quod Elipandus, & alij pro sua sententia afferebant, in hæc verba. *Adoptatus est, sed non meritis: quære gloriam eius, à quo habes hanc gratiam homo adoptatus, cuius gloriam questuit, qui est ab illo vnigenus natus.* Subdit autem Concilium. *Quam adoptionem prauisimo sensu, qui scripsit epistolā, ad Christi voluit transferre humanitatem: in qua peruerfitate sensus vtrumq; & imperitia scribentis patet, & mala voluntas.* Damnat ergo Concilium eos, qui adoptionē humanitati Christi adscribebant; ac proinde eos quoque, qui aut Christum secundum humanitatē, vel secundum quod homo, dicebant esse filium adoptiuū, vel qui humanitatem eius adoptatam esse pronuntiabant, & infra reprehendit Elipandum, & alios, quod dicerent Christum ex Patre vnigenitum sine adoptione, primogenitum vero in tempore per carnis adoptionem. Vnde post multa concludit, in vtraque natura esse vnigenitū, & primogenitum, non adoptiuum, sed magnum Deum. Et infra, *Si Deus (inquit) generatus est, nequaquā adoptiuus, sed filius. Quia alia persona est, & propriū filij, alia adoptiui filij, vel serui: & scimus vnā esse personam in Christo.* Colligit ergo Concilium (id quod paulò antè de libro illo sacrosyllabo dicebamus) non posse scilicet in eadem persona, etiam ratione diuersarum naturarum, naturalem filiationem cum adoptione conuenire. Ij autem, qui cum additamento illo *secundum quod homo*, vel *secundum humanitatem*, Christo tribuūt filiationem adoptiuam, vel adoptionem, sine dubio in eadem persona Christi vtramq; esse asseuerant.

Tertiò demum ex confessione ipsius Elipandi cap. 2. recitata satis manifestum est, cum additamento tantum concessisse Christo adoptionem, de illo enim ait, *Homo interior in vna eademque Dei, & hominis persona deglomeratus, atq; carnis indumento indutus: quia nō per illā, qua natus est de Virgine, visibilia, & inuisibilia condidit, sed per illam, quæ non ex adoptione, sed genere: neque gratia, sed natura: & per illam Dei simul & hominis.*

Christo in vtraque natura vnigenitus

Tertio ex confessione Elipandi. Elipandum secundū hominem tantum Christum dicit filium adoptiuum.

47 Conc. Franc.

Elip. 48

hominis filius, adoptiuus humanitate, & non adoptiuus diuinitate mundum redemit. Hæc sola verba de adoptione Christi habet, quæ cum additamento illo *secundum humanitatem*, aut *in humanitate*, quod idem est, pronunciauit. Plura alia præmitto non minus manifesta testimonia: imò ex his, quæ adduxi, pauciora sufficerent, nisi prædicta interpretatio animis quorūdam ita esset infixa, vt nihil ipsis certius esse videatur.

Testimonia scriptura, quibus Adrianus sententiā Catholicam confirmat.

C A P V T X.



SENTentiā Catholicam cap. 6. à nobis expositā confirmare nitūtur Adrianus, & Conciliū Scriptura, Patribus, & ratione: quorum singula tuis capitibus referemus.

49 Adr.

Primò igitur probat Adrianus ex Scriptura, per locum (vt aiunt) à negatione: qui licet vt plurimum parum habeat momenti, in præsentī tamen controuersia non debet inutilis iudicari. Tum, quia eo vruntur Adrianus, & Damascenus: tum etiam, quia res ipsa, vt dicemus, postulare videbatur, vt in Scriptura aliquādo id expressum fuisset. Nam cum sæpenumero Christus corā hominibus loqueretur de Patre Deo, nunquam vna nobiscum Deum interpellans, dixit Patrem nostrum, sed Patrem meum, & Patrē vestrum: Ioannis 20. meum dixit, per naturā vestrum, per gratiam. In quem sensum explicat illum locum Athanasius lib. de Incarnatione Christi ante medium, & Damasc. lib. 4. de fide cap. 8. vbi cum ostendisset, quomodo Christus dicatur secundum natiuitatem æternam primogenitus, & vnigenitus inter omnes creaturas, vt declararet, quare dicatur primogenitus inter multos fratres, subdit hæc verba. *Primogenitus autem inter fratres, quoniam cum matris etiam ratione vnigenitus esset ipse natura Dei filius, inter nos, qui & adoptione, & gratia in Dei filios adoptati sumus, fratresq;*

Athan. Damasc.

G g 5 ip sit

ipſus exſtitimus, primogenitus factus eſt: eoque etiam nomine dicebat, *Ascendo ad Patrem meum, & Patrem veſtrum: non dixit Patrē noſtrum, ſed Patrem meum, natura videlicet: & Patrem veſtrum, beneficio & gratia: & Deum meum, & Deum veſtrum: non dixit Deum noſtrum, ſed Deum meū; ſi ſubtili mentis agitatione id, quod oculis cermitur, ab eo, quod mente ſola percipitur, diſtinguas: & Deum veſtrum, vt opificem, ac dominum. Vbi etiam obiter nota pro ſequenti diſputatione, nunquam Chriſtum appellalle Deum ſuum, vt dominum ex ſententia Damalceſeni. Recte igitur Auguſtinus lib. contra Secundinum Manichaum ca. 5. inquit, *lege itaque Scripturas, nunquam inuenies de Chriſto dictum, quod adoptione ſit filius Dei.**

Nota.

Argumentum a negatione quando valere poteſt

Et quamuis locus à negatione parum roboris communiter habeat: hic tamen non parui momenti eſt, vt ſupra proxime dicebam. Cum enim roties Chriſtus filius Dei dicatur, cur ſemel, aut iterum non diceretur adoptatus, ſi reuera eſſet: Multa quidem in Scriptura nō habentur, quæ poſtea Eccleſia definiuit: verum quia Scripturæ nulla incidit occaſio loquendi de illis, nullum deſumi poteſt argumentum ex loco à negatione contra definitionē Eccleſiæ. Merito ergo Concilium Francofordienſe in Epistoſa ad Episcopos Hispaniæ colū. 15. in principio, obijcit ſibi ex parte Elipandi: *Dices enim, cur times adoptiuum Chriſtum dominum nominare? Et reſpondet hoc modo, Dico tibi, quia nec Apoſtoli eum ſic nominarunt, nec ſancta Dei Catholica Eccleſia conſuetudinem habuit ſic eum nominandi, imo nec credere, eum adoptiuum eſſe, ſed proprium filium.* Et longe poſt quoddam Hilarij teſtimonium ait: *Tu vero, quiſquis es, qui Chriſtum predicat adoptiuum, vnde iſte tibi ſenſus veniſſet, voluiſſem ſcire. Patriarche neſcierunt, Tractatores hoc nomen tacuerunt, Doctores fidei noſtra non docuerunt.*

50

Auguſt.

51

Explicatur locus Pauli ad Rom. 8. ab Adrian.

Secundo probat Adrianus poſitiue ex illo ad Rom. 8. qui proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibuſ tradidit illum. Nam ſi proprium appellat, quomodo erit adoptiuus? Hæc autem verba referenda eſſe ad humanitatē Chriſti, vel ad Chriſtum, ſecundū quod homo eſt, colligit Adrian. ex eo, quod dicitur, *pro nobis omnibuſ tradidit illum* Scimus enim (inquit

Adria. Ad Rom. 8.

qui Adria.) quia non eſt traditus ſecundum diuinitatem, ſed ſecundum id, quod homo erat: illū nimirū qui traditus eſt, iſteſt, hominem ipſum Apoſtolus proprium Dei filium proteſtatur.

Matth. 16

Tertio ex confeſſione Petri Matth. 16. *Tu eſ Chriſtus filius Dei viui:* quam Chriſtus maxime probauit, cum dixit, *Beatus eſ Simon, &c. Ego dico tibi, quia tu eſ Petrus, & ſuper hæc petram, &c.* arguit hiſ verbis. *Nunquidnam dixit Petrus, tu eſ Chriſtus, qui propter nos factus eſ filius hominis, & per adoptionē factus eſ filius Dei: hoc nec Petrus confeſſus eſt, nec ſancta Eccleſia conſtitetur.* Ex hoc autem loco arguit eo modo, quo ex præcedenti referendo Petri confeſſionem ſolum ad humanitatem, ſecundum quam filium Dei viui, qualiſ proprium, non adoptiuum appellauit.

62

Ad hæc tū duo loca Scripturæ reſpōdere poſſet aliquis, etiāſi intelligatur de Chriſto homine, parū inde probari. Nā voces omnes vnus naturæ de alia in cōcreto predicantur per idiomatū cōmunicationē. Quocirca de illo homine recte dici poſſet, eſſe filiū propriū Dei, etiāſi ſecundum humanitatē eſſet adoptiuus: cōtra etiā de Verbo per eadē cōmunicationem recte dicitur, traditum fuiſſe pro nobis. Nūc autē cōtēdit Adrianus, nō ſolū ratione cōmunicationis idiomatū, hominē illū dici filiū naturalē Dei, nō adoptiuū: ſed etiā ita fuiſſe humanitatē præparatā vnione; vt illi nullo modo adoptio, ſed filiatio naturalis cōueniret.

Matth. 3. & 17.

Vltimo probat Adria. ex illa voce de celo lapſa, Matth. 3. & 17. *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui.* Vbi per filiū dilectū omnes intelligunt naturalē, nō adoptiuū. Ceterū vt hic locus aliquid probet, neceſſe eſt, verba illa referri ad totā Trinitatē dicentē, & ad humanitatē Chriſti, ad quā dirigatur. Eſſe autē totius Trinitatis colligit Adrianus ex illo verbo *cōplacui*, quo denotare videtur cōuenientia pluriū in vnā ſententiā, & beneplacitū. Nā ſi ſolus Pater, verba illa protuliſſet, nō dixiſſet, *cōplacui*, ſed, *placui*. Quod ſi tota Trinitas intelligitur, illa verba dixiſſe, neceſſario ad humanitatem diriguntur. Tota namque Trinitas non eſt Pater Chriſti ſecundum diuinitatem, ſed ſecundum humanitatem. Confirmat præterea: quia cap. 3. Matth. referuntur,

Explicatur locus Matth. 3. ab Adrian.

63

hæc

hæc verba dicta esse de illo, super quem Spiritus sanctus descendit: at Spiritus sanctus non supra diuinitatem, sed supra humanitatem descendit: ergo ad humanitatem verba illa diriguntur.

Locus ille
ad alt. aliter
a Patribus
exponitur.

Huic tamen expositioni plura obstant Patrum testimonia, Hilarij 6. de Trinit. ante medium, August. 2. de Trinitate cap. 10. post medium, Leonis in sermone de Transfiguratione, Athanas. sermone 4. contra Arrianos non longè à fine, & sermone 3. non parum ante medium, Chryso. hom. 12. & 57. in Matthæum, Euthymij, & Anselmi in illud Matth. 3. qui omnes Patri æterno verba illa tribuunt, indeq; probant æqualitatem Filij secundum diuinitatem cum Patre: consentit Hieron. in cap. 3. Matth. dum asserit, reuelatum fuisse mysterium Trinitatis voce Patris & manifestatione Filij, & Spiritus sancti super illum descendentis.

Deinde obesse videtur illud 2. Petri cap. 1. vbi hæc verba dicta in transfiguratione Patri æterno tribuere videntur. *Accipiens enim (inquit) à Deo Patre honorem, & gloriam voce delapsa ad eum huiusce modi à magnifica gloria, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Cum enim dicit à Deo, non ad totam Trinitatem, sed ad primam personam verba illa referri necesse est: eadem autè ratio videtur esse de eisdem, cum dicta fuerunt in baptismo.

Mihi sane non displicet interpretatio Adriani: ex dictis tamen infertur, eo testimonio non sufficienter probari, prædictam sententiam esse de fide. Nec mirum est, nã neq; ipse ad hæc testimonia totum fundamentum illius reducere voluit, neq; vnquam dixit, ex illis dogma illud definiendum esse de fide. Interdum autè adduci possunt Scripturæ testimonia à Pontificibus in suis decretis, quæ tamen non plane definiant rem de fide, vt in multis alijs videre licet. Nihilominus etiam si obtent testimonia Patrum, quæ retulimus: non est tamen dicendum, quidquã obesse interpretationi Adriani testimonium Petri, qui de æterno Patre videtur prædicta verba intellexisse. Nam si quidquã Adriano aduersaretur, non solum ipse non probaret, quod conten-

Illo Matth.
testimonio nõ
probatu seu
sentia hæc tã
quam de fide.

Interdum ad
ducitur a Põ
tifici. testimo
nia quæ non
definiunt de
fide.

Hilarius
Aug.
Leo
Athanas.
Chryso.
Euth.
Anselmus

Hieron.

2. Pet. 1.
54

55 contendebat: verum etiam manifeste contra Petri doctrinam sensisset. Existimo ergo, Petrum in sua canonica non de prima persona, sed de tota Trinitate posse explicari. Cũ enim ait, *Accipiens enim à Deo Patre honorem, & gloriam voce delapsa ad eum, &c.* indicat, se loqui de humanitate, vel de Christo secundum humanitatem, secundum quam accepit gloriam, & honorem voce illa delapsa. Nam secundum diuinam naturam, gloriam, & honorem æterna generatione habuit: ad Christum autem secundum humanitatem tota Trinitas refertur, vt pater: potuit ergo Petrus intelligere, vocem illam esse totius Trinitatis: potest nihilominus ad primam personam referri: quia hæc omnia, quæ diximus, ratione communicationis vocum, & idiomatum, de diuina persona prædicari possunt. Hactenus de Scripturæ testimonijs, inter quæ nullum video adeo efficax, vt ex se rem hanc de fide esse conuincat.

Testimonia Patrum pro eadem sententia.

C A P V T X I.



56

56 A Eterum testimonia Patrum, quæ pro hac sententia recitat Adrianus, magis perspicua sunt. Omissis autem duobus prioribus, quæ refert, altero Athanasij, altero Nazianz. quæ contra Nestorium diuidentem personam Christi solum pugnant primo loco afferamus Aug. tract. 2. in Ioan. cap. 1. in illud. *Quotquot autem. vbi sic ait: Nõ enim nos nati sumus de Deo quomodo ille vnigenitus, sed adoptati per gratiam ipsius. Ille enim venit vnigenitus, vt solueret peccata: quibus peccatis implicabamur, ne adoptaret nos propter impedimentum eorum.* Ex quo arguit Adrianus his verbis. *Quomodo per illius gratiam nos sumus adoptati, si ipse confors nobis in adoptionis gratia fuit? Nã sicut peccata non tollerent, si ipse peccatum haberet, ita adoptionis gratiã nõ tribueret, si ipse propter hominem, quem assumpsit, sine sorde peccati necessarium egerit, vt gratiam adoptionis acciperet.* Sic poterat Adrianus prædictum testimoniũ. Vt enim infra patebit,

Aug.

Testimoniũ
Aug.

Ex illo probat Adrianus adoptionem humanitatis non conuersam, nisi in persona creata.

Ab autore
aliter ponderantur
verba Augustini.

tebit, adoptio humanitati conuenire nequit, nisi in persona creata, ac proinde vim habere non posset, vt condigne pro nobis satisfaceret. Ad hanc enim satisfactionem, vt suo loco diceretur, necessaria fuit vnio hypostatica. Verum possemus & nos alio modo aduersarios eodem testimonio vrgeri. Liquet enim, Augustinū loqui de Christo secundum humanitatem. Dixerat namque prius, Deū misisse vnigenitum filium suum in mūdum, vt fratres haberet adoptatos, nec vnicus esset: atqui secundum diuinam generationem vnicus semper fuit, & secundum humanitatem solum habuit fratres adoptatos: inter eum igitur ex parte humanitatis, & nos, discrimen natiuitatis constituit dum docet alio modo illum natum, quā nos. Quod si ille natus esset per adoptionem, non esset alio modo natus: modus autem diuersus est, quod ille venit vnigenitus, vt per illum nos adoptaremur, nos vero nati sumus per adoptionem.

57

Secundum testimonium, quo vtitur Adrianus, est Greg. Magni lib. I. moral. cap. 6. alias 29. in illa verba. *Erat ille vir magnus inter omnes Orientales: vbi ita scribit, quod Redemptor noster oriens dicitur, Propheta testante perhibetur, qui ait, & ecce vir oriens nomen eius: omnes ergo, qui in hoc oriente fide cōsistunt, recte Orientales vocantur. Sed omnes homines tantummodo homines sunt, ipse autem oriens, Deus & homo recte dicitur: omnes, qui in fide Deo nascuntur, superat: quia non, vt ceteros, adoptio, sed natura illum diuinitatis exultat, qui & si humanitate, ceteris apparuit similis, diuinitate tamen mansit super omnia singularis.* Hactenus Gregorius. Circa quæ verba primum nota, cum Gregorius de Christo negat, fuisse adoptione exaltatum, quem tamen hominem esse dixerat; nō solum negat adoptionem secundum diuinam naturam, sed etiam secundum humanam. Nam si secundum hanc esset adoptatus, non debebat dicere, sola diuinitate fuisse exaltatum super reliquos, sed etiam adoptione. Id enim, quod de Christo negatur absolute, secundum omnem naturā illius negatur: vt in primam partem disputat. 158. cap. 5. dicemus. Deinde nota, Gregorium loqui de Christo secundum hu-

Gregor.
Magn.

58

Ponderantur
Greg. verba.

Christum secundum humanitatem diuinitate, nō adoptione exaltatum.
Nota.

manitatem, cum dicit fuisse exaltatum, nō adoptione, sed diuinitate. Loquitur enim de eo, qua parte Redemptor fuit, & de humanitate meritō inquit, exaltatum fuisse, nō adoptione, sed ipsa deitate: quia ea tanquam igne quodam accensa fuit, & sanctificata, ac proinde super omnes creaturas euecta, & in throno maiestatis Dei collocata: vt lib. primo de cultu adorationis disp. 4. cap. 5. notauimus.

Hilarius. Tertium testimonium sit Hilarij 6. de Trinitate, paulo ante finem, vbi, postquā adduxit illud ad Rom. 8. *qui proprio filio suo non peperit, &c.* inquit, *Nunquidnam etiam nunc adoptionis in eo erit nuncupatio, in quo proprietatis est nomen? quæ si dicat, minime, Quamuis autem cōtra Arrianos loquatur, expendenda tamen illius sunt verba, quibus ait, ideo nunc, scilicet facta etiam incarnatione, de qua multum loquutus fuerat, non posse dici adoptiuum: quia proprius ab Apostolo nuncupatur. Quod si saltem secundum humanitatem dici posset adoptiuus, non deberet absolute negari: etiam si absolute diceretur proprius, vt supra notauimus. Mitto testimonium eiusdem paulo inferius allegatum à Concilio Francofordiensi in Epistola ad Episcopos Hispaniæ, quod de Christo secundum diuinitatem posset explicari.*

Si proprius
nō adoptiuus.

59

Innomina
tus Auth.
August.
Isidorus.

Quartum testimonium sit, quod citat Concilium in illa Epistola ex dogmate fidei innominato autore, & est libri de Ecclesiasticis dogmatibus apud Augustinum capite 2. & Isidori libro de doctrina & fide Ecclesiasticorum dogmatum cap. 2. cuius verba sunt. *Dei filius, hominis factus est filius: natus secundum veritatem natura ex homine hominis filius, vt veritas vnigeniti, non adoptione nec appellatione, sed in vtraque natiuitate filij nomen nascendo haberet: vt esset verus Deus, & verus homo, vnus filius.* Hæc verba refert Concilium, & eadem sunt apud Augustinum, & Isidorum: nisi quod hi dixerunt *primogeniti*, Concilium autem, *vnigeniti*, quod idem est. Similia verba habet Leo 9. in Epistola tertia, quæ est ad Petrum Episcopum Antiochenum, & habetur in 3. aut 4. tomo Conciliorū: ibi enim in cōfessione fidei.

Isidorus.
60
Eco 9.

fidei de Christo ita loquitur. *Credo Deum verum, & hominem verum: propriū in utraque natura, non commiſtionem atque diuisionem paſſum, non adoptiuum, neque phantaſticum, vnicum, & vnum Deum, filium Dei in duabus naturis.* Cum ergo in vtraq; natura habeat nomen filij nascendo, non adoptione; conſequitur, in altera non eſſe adoptatum.

His poſtremo annumeratur à quibuſdam Beda in 7. cap. Ioann. in illa verba: *Nemo tamen palam de illo loquebatur, vbi ita ſcribit, Nova hæreſis in angulis occulte ſuſurrat, Chriſtus eſt adoptiuus: ſed clarius vniuerſalis ſancta Eccleſia vox reſonat, Chriſtus eſt filius Dei proprius.* Verum, cum Beda antiquior fuerit Fœlice, & Elipado, qui huius erroris primi autores extiterunt, non eſt credendum huius hæreſis mentionem feciſſe, ſed alterius erroris, quem circa ſua tempora Theodiſclus Epicoſopus Hiſpalēſis Iſidori ſucceſſor, natione Græcus in Hiſpania docuit. Dicebat enim cum Arriano, Chriſtum ſecundum propriam naturam eſſe filium adoptiuū, id quod nunquam Fœlix & Elipandus ſenſerunt. Demum pro hac ſententia referri poſſunt Beatus, & Heterius in illo ſuo opere, quod contra Elipandum ediderunt, nec typis adhuc excuſum eſt: omnes quoq; Hiſtorici cap. 7. allegati, qui ſententiam Elipandi hereticam cenſuerunt, & vt hereticam damnatam eſſe aſſimarunt.

Rationes quibus ab alijs hæc ſentētia confirmatur.

C A P V T XII.



Sque ad eò firmum fundamentum huius Catholice doctrine arbitror eſſe rationem efficacem, ex definitione & natura ipſa adoptionis ducta, vt ei ſoli innixi Adrianus, & Patres Concilij, recte prædictam ſententiam definire potuerint: & Fœlicem, atq; Elipandum oppoſitū aſſerentes damnare. Optima enim ratio Theologica ex articulo fidei, & naturali aliquo principio petita, ſufficit ad aliquod dogma fidei declarandum. Verum antequam propriam rationem

Theodiſclus
Epicoſtus in
propria natu-
ra filius dicitur
eſt adoptiuus

Quid ſuffi-
ciat ad ali-
quod fidei do-
gma declara-
dum.

Beda

61

tionem Concilij proferamus, operæpretium duximus, varias Scholaſticorum rationes referre; earumq; momentū & robur examinare.

Ricard. Prima igitur ratio Ricardi in 3. d. 10. art. 2. q. 1. eſt in hūc modum. Vt aliquis ſit filius adoptiuus, debet prius tempore, aut ſaltē natura eſſe non filius adoptantis: ſed Chriſtus, etiam in quantum homo, non fuit nō filius Dei prius tempore, aut natura, quàm ab eo adoptaretur: humanitas enim illius habuit gratiam, non tantum ab initio incarnationis, verum etiam prius natura, quàm aſſumeretur à Verbo, tanquam diſpoſitionem ad aſſumptionem: ergo Chriſtus, etiam ſecundum humanitatem, non eſt filius Dei adoptiuus. Hæc ratio videtur fuiſſe Magiſtri in illa diſt. 10. niſi quod ille ſolam antecelſionem temporis poſtulare videtur.

Scotus

Eam tamen meritò impugnat Scotus in 3. d. 10. §. reſpon-
deo, hoc argumento, Neceſſarium non eſt, vt aliquis ſit filius adoptiuus Dei, prius tempore fuiſſe non filium illius, & alienum: alioqui nec Angeli, ſi in gratia fuerunt creati, adoptari potuerunt: ſatis ergo erit, prius natura eſſe alium quem extraneum, vt à Deo poſſit adoptari: id quod Ricard. etiam conceſſit, cum dixit, vel tempore, vel natura prius debere eſſe alienum: ſed humanitas Chriſti fuit aliena, & extranea prius natura, quàm vniretur: hoc eſt, ex ſe, & ab intrinſeco tantum conſiderata, fuit extranea: ergo hoc ſufficiebat, vt poſſet adoptari. Quod enim ait Ricardus, habuiſſe gratiam habitualem prius natura, quàm vniretur, nihil obſtat, quo minus fuerit adoptata. Tum quia prius natura, ipſa humanitas fuit producta, quam habuerit gratiam habitualem, vt manifeſtum eſt: prius enim eſt, eſſe humanitatem, quàm gratiam eſſe: ergo prius fuit extranea, quàm vniretur, & vnione ipſa, aut gratia habituali adoptaretur. Tum etiam, quia, vt oſtendemus in 3. partē S. Thomæ q. 6. art. vlt. non prius habuit gratiam habitualem, vt diſpoſitionem, quàm vniretur.

63

Sed age, cōcedamus Ricardus, prius natura habuiſſe gratiam habitualem, quàm vniretur, ita vt nō fuerit extranea, nec

H. h. prius

Non eſt ne-
ceſſe vt fili-
us adoptiuus
prius tempo-
re ſit non fi-
lius adoptan-
tis.
Impugnatur
Ricard.

prius duratione, nec natura; vel ergo per illam gratiā habitualem fuit adoptata, vel habuit filiationem naturalem; non potuit habere filiationem naturalem, vt patet, quia omnes etiam haberemus: per illā ergo habuit adoptionem.

Ratio Scoti adducitur & impugnatur

Secunda ratio est Scoti, qui vt probabilē quoq; defendit nostram sententiam, arguit autem hoc modo. Vt aliquis adoptetur, necesse est, saltem prius natura extraneū esse illi, à quo adoptatur; ita vt non necessario comitetur aliquid generationē, tanquā dispositio congrua, conferēs ius ad hæreditatē, sed in Christo in eodem temporis momento gratia habitualis comitabatur generationē, & ea conferebatur ius ad hæreditatē: ergo Christus etiam secundū humanitatē, non fuit adoptatus. Verū ipse Scotus sibi obijcit hanc rationē. Illa gratia, quæ comitatur generationē, non datur in priori instāti, aut signo naturæ, sed in posteriori: nam in priori, hoc est, considerata natura humana ex se, erat extranea, & absq; aliquo iure: sufficit ergo hoc, vt deinde in sequenti instanti, dicatur adoptari: quantumuis prædita sit gratia habituali. Ad hoc ita respondet Scotus, *Quæ resolutionem*, quam ego non inueni, nec puto inueniri posse. Nam illa gratia habitualis, non necessario comitatur vnionem, nec est dispositio ad illam, vt superius notauimus: nihil ergo ob stare posset adoptioni, si alioqui natura humana vnione Verbi adoptaretur. Adde etiā, quod (sicut contra Ricardum diximus) per illam gratiam habitualem, nō confertur ius filij naturalis. quis hoc non videat? ergo si aliquid confertur, est ius tantum adoptionis. Hæc ratio probat, siue gratia habitualis detur prius natura humanitati, quā vniatur, siue post, nihil obesse adoptioni.

64.

Santi Thomæ ratio omnibus præstat difficilis tamen est.

Tertia ratio S. Thom. 3. p. q. 23. art. 4. est huiusmodi. Filiatio proprie conuenit personæ, non naturæ: neque enim natura est filia, sed persona dicitur filius: de ratione autem eius, qui adoptatur, est, vt alioqui non sit filius naturalis: atqui persona Christi ex se, est naturalis filius Dei: ergo nullo modo ei adoptatio potest cōuenire. Hæc ratio cæteris omnibus multū præstat: ea tamen nō est vsum Cōciliū, si verba illius recte expendantur, & difficultate aliqua nō caret.

65

caret. Primū, nā quamuis filius sit nomē suppositi, & non dicatur duo filij in eadē persona, tamen Christus non solū dicitur filius æternus Dei ratione personæ, & naturæ diuinæ, sed etiā filius Virginis, ratione humanæ, quod est diuersum genus filiationis, siue sit vnica vtriusq; relatio, siue nō: & ita sicut vna filiatio ex Virgine nō repugnat cū filiatione æterna ex Patre, nō videtur hac ratione repugnare adoptiua cū naturali. Quocirca etiāsi absolutè dici non posset Christus filius adoptiuus, quia hic modus loquēdi, videtur excludere filiationē naturalem personæ, nihil tñ obstarer, quo minus cū determinatione, diceretur filius adoptiuus secundū humanitatē. Tū etiā si cū additamento illo cōcederetur, absolutè cōcedi posset, iuxta doctrinā traditā cap. 3. Ad hæc, vt sequēti cap. ostēdemus, Christus secundū quod homo, dicitur filius naturalis Dei, non adoptiuus: nec solum dicitur filius Patris æterni ratione personæ, sed filius etiam naturalis totius Trinitatis secundum humanā naturam: ergo filiatio conuenit ratione naturæ humanæ: cur ergo adoptiua conuenire nequit?

86 Bonau.

Quarta ratio, qua in Scholis Doctores satis frequenter vtuntur, desumpta ex Bonauentura in 3. d. 10. art. 2. quæst. 1. talis est. Vt aliqua persona adoptetur, oportet alioqui non esse naturalem filium, sed ex se extraneum esse adoptanti: ergo, vt à Deo aliquis in filium adoptetur, debet esse extraneus, & alias non naturalis: sed Christus non fuit extraneus: ergo non potuit esse adoptiuus. Videtur autem esse ratio Adriani in epistola citata columna 2. vbi reprehendens eos, qui dicebāt, Christum fuisse adoptiuum, ait. *Quasi alienus aliquando à Patre fuerit, aut per carnis, extraneus ab eo factus esset, assumptionem, & in libro Sacrosyllabo colum. 7. ita dicitur. Adoptiuus, nō nisi affectata loquutionis, alienus dicitur filius. Ex qua definitione colum. 8. concludit. Vnde & eos valde execramur, qui eū (scilicet Christum) adoptiuum impio grunniunt ore, quia, sicut præfati sumus, adoptiuus dici nō potest, nisi is, qui prius alienus est ab eo, à quo adoptari desiderat. Ego quidē fateor, nō posse esse filiū adoptiuū in persona filij naturalis, etiā secundū aliam naturam, vt in Christo:*

Ratio Bonauentura. Filius adoptiuus extraneus debet esse adoptantibus non naturalis.

Adr.

Sacrosyl.

H h 2 idq;

idq; cum vnione hypostatica pugnare: & ita personam debere esse extraneam: ratio tamen allata id non probat. Nam si aliquid colligit, hoc tantum est, Christum absolute non esse filium adoptiuum: at vero secundum humanitatem, quæ ex se extranea est, id non probat. Adde, quod hoc argumento non probatur, carnem ipsam non fuisse adoptatam, sicut contendunt Concilium, & Adrianus. Nam humanitas extranea est, & non naturalis: potuit ergo adoptari. Neq; verò ideo dixerunt Concilium & Adrianus, carnem non adoptari, quia filiatio est suppositi, non natura: sed quia assumptio in unitatem suppositi, tollit omnino adoptionem, ut infra dicemus. Ideo dixit ille liber Sacrosyllabus citatus à nobis supra cap. 9. filium Dei non adoptasse carnem, sed assumpsisse: nempe carnis assumptionem adoptioni opponens. Neq; liber ille inde solum colligit, Christum non esse adoptiuum, quia nunquam fuit extraneus: sed quia vtraque natura in eadem manserit persona, quæ nunquam fuit extranea: quæ duo recte probant. Nisi enim persona sit extranea, illud, quod unitur in ea, non potest dici adoptatum: non quia ex se extraneum non fuerit: sed alia ratione, ut infra explicabitur. Quamuis ergo recte sequatur ex eo, quod persona, in qua unitur natura, non sit extranea, naturam ab ea sumptam non fuisse adoptatam: nihilominus id hætenus satis explicatum non est.

Optima ratione probatur, humanitatem Christi non fuisse adoptatam.

C A P V T XIII.



Notissima ratio, qua meo iudicio vsi fuerunt Adrianus, & Patres Concilij, non modo demonstrat, non esse dicendum absolute Christum filium adoptiuum: verumetiam nec cum determinatione secundum quod homo. Imo vero, humanitatem eius non fuisse villo modo adoptatam. Hæc enim omnia definita esse à Concilio, superius cap. 9. probauimus. Est autem ratio huiusmodi. Ille, qui adoptatur in filium, non secundum naturam sed so-

67

Sacrosyll:

68

sed solo affectu coniungitur adoptanti: id namq; ipsa vox adoptio significare videtur, est enim desiderantis: quare adoptare aliquem in filium, nihil aliud est, quam desiderio & voluntate loco filij naturalis aliquem sibi subrogare: & perinde est, sibi adoptare filium, atq; desiderare sibi habere pro filio eum, qui alioqui secundum naturam sibi coniunctus non est: sed humanitas Christi, non fuit coniuncta Deo solo affectu, verum re ipsa: ergo per assumptionem non potuit adoptari: ac proinde Christus nec absolute, nec secundum humanitatem esse potest filius Dei adoptiuus. Ex eodem principio, alio pacto argumentari possumus. Ille, qui adoptatur, ita est natura sua extraneus adoptanti, ut post adoptionem etiam re ipsa maneat extraneus, nec vlla naturali coniunctione propinquus: sed humanitas Christi, etiam si sua natura extranea sit, post assumptionem naturaliter mansit unita, hoc est re ipsa, & secundum veritatem naturæ: id enim significat particula naturaliter, apud Cyrillum in libro ad Euoptium in defensione 3. anathematismi, & apud Maximum in libello contra Acephalos nondum typis mandato, per Franciscum nostrum Turrianum è Græco traducto cap. 11. ergo non fuit adoptata. Nam sicut pars alicui substantialiter unita, dici non potest ab illo adoptata, cuius est pars, eodem pacto nec humanitas à Deo. Cum enim illi substantialiter sit unita, ita est sua natura, ut non affectu, & adoptione, sed re ipsa sit sua.

Filius adoptiuus est qui non secundum naturam, sed solo affectu coniungitur adoptanti. Adoptare quid.

Qui adoptatur post adoptionem re ipsa manet extraneus, & non naturaliter unitus adoptanti.

69

Cyrrill.

Maxim. Francisc. Turr.

Albert. Adrian.

70

Concil. Franc.

Hanc rationem ex Scholasticis attigit Albertus in 3. d. 10. art. 13. eamq; ex Adriano & Concilio magis aperte colligo. Primum ex epistola Adriani columna 4. in fine, ubi sic ait. Scriptum est enim, Pater diligit filium: & omnia dedit in manu eius: adoptiuus vero filijs non dedit omnia, sed quædam dona charismatum. Quid est Patrem omnia dedit filio, nisi dedisse illi suam deitatem substantialiter in eadem persona coniunctam? Alijs vero dedisse quædam charismatum dona, quid est, nisi affectu tantum, eos sibi coniunxisse? Secundo ex epistola Concilij ad Episcopos Hispaniæ colum. 7. ubi inter Christum Dominum, & alios Iustos, quos Christos

Predicta ratio ex Adriano & Concilio deducitur

stos etiam appellat, hoc inquit interesse, quod Christus Dominus natura vnctus sit, illi vero per gratiam: quo pacto multi alij Patres loquuntur. Reddit rationem: *Quia in illo pleniter fuit diuinitas, hoc est, re ipsa: in alijs vero, participatio quaedam illius: quia affectu solo, & amore vniti sunt Deo.* Eodem pacto Augustinus lib. de Trinitate & vnitate Dei cap. 11. inter adoptatos filios Dei, & Christum discrimen constituit, his verbis. *Sunt isti, filij gratia: ille, natura: quia in istis, participatio diuinitatis: in illo plenitudo.* Refert autem hæc verba ad humanitatem, de qua dixerat Paulus eisdem fere verbis ad Colossens. 2. *In quo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, id est, vere, non participatione.* Deinde columna 12. dicitur: *Vnitas personæ, quæ est in Dei filio, & filio Virginis, adoptionis tollit iniuriam.* Cum autem Nestorius vteretur nomine *συναφια* *synaphia*, quæ latine propinquitatē solum denotat & nomine *ἐνωσις* *enosis*, nollet vti, quod latine vnitatem, & vnionē vere significat, vt notabimus in primam partem sancti Thomæ disput. 131. cap. 2. quem modum loquendi reprehendunt Patres Concilij Alexandrini epistola 10. apud Cyrillum; ideo columna 16. epistolę Concilij Francof. in principio sic dicitur: *Videtur enim, Nestorium dicere copulationem, quod vos dicitis adoptionem. Quid est adoptio, nisi caritatis copulatio, qua Pater adoptione sibi copulat filium, quem proprium non habet? Vbi aperte Conciliū dicit, adoptionem esse coniunctionem, nō naturalem, sed medio solum affectu, cui non tam nomen ἐνωσις *enosis*, id est, vnio, quam nomen *συναφια* *synaphia*, id est copulatio, conuenire videretur. Atqui humanitati Christi, non copulationem affectus, seu *συναφια* *synaphian*, sed naturalem vnionem græce *ἐνωσις* *enosis*, tribuimus.*

Clarius tamen ex libro Sacrosyllabo sapius allegato, qui in eodem Concilio Francofordiensi editus fuit, hæc nostra ratio colligitur. Columna enim 3. circa finem contra eos, qui asserbant Christum fuisse adoptatum infert: *Aut in utero Virginis sumpsit carnem, vbi adoptioni assumptionem opponit, Aut ipsum esse purum hominem, ac per hoc* (inquit)

Aug.

Ad Col.
2.

71

Cyrril.
Sacrosyl.

Sacrosyl.

72

(inquit) postea, quasi eguerit adoptione, à Patre in Filium sit adoptatus: cum nihil Deus eguerit, qui erat in eo, non per gratiam quemadmodum in cæteris, purisque hominibus, sed essentialiter per naturam. Vbi esse in aliquo per gratiam, & esse essentialiter per naturam opponit. Quia per gratiam idem est, quod per amorem, & affectum: per naturam autem, est re ipsa. Qua sane ratione Dionysius Alexandrinus in epistola contra Paulum Samosatenum, quam è græco conuertit noster Fraciscus Turrianus in sua Hoplothea nō dum typis excusa, inter alios iustos, quos etiam Christos appellat, & Iesum Christum Deum, & hominem his verbis differentiam assignat. *Et ob hanc causam plane apparebit, quod Christus magna puritate, & iustitia, quæ conferri non posset, Ioanni antecelleret: quia in Ioanne quidem erat opus, & labor iustitiæ, in IESU vero natura. & paulo inferius: Non solo nomine, sed veritate est Christus Iesus, qui est ante secula Verbum, ipse factus est homo, ex Maria incarnatus: non enim sortitus est vnctionem externam, sicut nos sortiti sumus, qui ante non vocamur Christi, ipse vero semper prædicatur Christus Dominus, vt qui est.* Appellat etiam ibi Dionysius Christum ipsam per se re, id est, ipsam vnctionem: quia in se, re ipsa Deitatem habet qua deificatur, vngitur, & sanctificatur: & ideo non solo affectu, sicut cæteri, participatione scilicet quadam sanctitatis, sed ipsa natura Deitatis sanctificatur.

73
Sacrosyl.

Clarissime tamen columna 7. eiusdem libri, prædicta ratio exprimitur his verbis: *Adoptiuus enim non nisi affectate loquutionis alienus dicitur filius. Omnis enim adoptio ex affectione ducit vocabuli sui originem: quanquam etymologia suæ non videatur trahere similitudinis sonum. Habet namque ex vtraque parte, V T I N A M aduerbiū eleganter insitum: vt si dicas, vtinā sis mihi in filium adoptiuum: & e contra, vtinam merear à te in filium adoptari: ex affectu quidem dilectionis pars subrepiit parti, vt in vtraque conueniat dilectionis affectus. Cum enim adoptio filiorū fieri soleat defectu filiorū naturalium ex desiderio, quo quis filios habere desiderat, recte adoptio exprimitur aduerbio illo vtinā. Perinde enim se habet ille, qui adoptat, ac si diceret, desidero, vt sis mihi loco filij, & mihi*

Hh 4 affectu

Esse in aliquo per gratiam, & per naturam, opponitur.

Adoptio omnis ex affectione ducit originem.

A simili.

affectu vnitus, qui natura coniunctus non es: e contra qui adoptatur, eundem affectum habet. Sicut ergo nullus recte diceret parti sibi substantialiter coniunctæ, vtinam sis mea pars; ac proinde eam adoptare non posset: sic etiã natura alicui substantialiter, & re ipsa vnita, ab eo nequit adoptari: cumque Verbum sibi substantialiter, & naturaliter vnierit humanitatem, fieri non potuit, vt eã sibi adoptaret, nec aduerbio *vtinam*, affectum adoptionis circa illam exprimeret. Ex qua doctrina recte colligit idem Sacrosyllabus colum. 8. in hæc verba: *Dei ergo filius, qua ratione credi potest adoptiuus, qui inseparabiliter assumpto homine, in vna persona coeunte vtraque natura, non duo filij, alius Dei, alius hominis, vt (sicut illi errando aestimant) adoptiuus sit hominis filius, & sine adoptione Dei filius.* Recte quoque Concilium opposuit vnionem hypostaticam adoptioni, ac proinde, vt supra dicebamus, cum persona Verbi non fuerit Deo aliena: humanitas illi substantialiter vnita, adoptari ab eo non potuit: non quia adoptio supponit, eum, qui adoptatur, alienum esse, vel nullo alio modo esse naturalem, vt cap. precedenti probauimus; ad hoc enim satis erat, humanitatem secundum se alienam esse: sed quia cum vnio sit substantialis, & persona sit propria, nullo modo locum habet coniunctio secundum affectum, haberet autem si persona esset aliena ipsi adoptanti.

74

Concil. Fran.

Vnio hypostatica adoptioni opponitur.

Corollaria superioris doctrinae.

C A P V T X I I I I.

Christus secundum quod homo, est filius Dei naturalis. Filiationis duplex genus.



X prædicta doctrina nonnulla licet colligere, quæ ad eiusdem explanationem non parũ conducent. Primum est, Christum secundum humanitatem, vel secundũ quod est homo, esse filiũ Dei naturalem. Vt enim notauit Albertus in 3. d. 10. art. 13. citato, bifariam aliquis potest esse filius alterius. Primum per donum aliquod: intelligit ipse per gratiam amoris, & caritatis: quem modum dicit esse adoptionis, & similitudinis.

Albert.

75

dinis tantum. Deinde per esse naturale Patris sibi comunicatum, quod licet dono, & beneficio comunicetur, ratione cuius dicitur, parentibus æqualem gratiam referri non posse pro beneficio generationis: nihilominus nõ constituit filiũ similitudine, & gratia, seu amore: sed naturalem. Hoc autem, inquit Albertus, adhuc dupliciter contingit: tum per naturalem generationis productionẽ, per quam filius de substantia Patris accipit naturam ab eo: tum etiam per substantialem vnionem cum illo in eadem persona. Priori modo Verbum secundum diuinam naturam est naturalis filius Patris, & vnus homo est naturalis filius alterius hominis. Posteriori modo Christus secundum humanitatem est filius naturalis Dei: sic enim nõ similitudine tantum, & affectu est filius, sed vnione substantiali. Nam qui est alterius filius ratione vnionis personalis, & ei substantialiter, & naturaliter vnitur, non adoptiuus, sed naturalis illius filius est. Sicut ergo Christus natura ipsa Deitatis, & sanctitatis, sanctus est: ita etiam naturalis filius Dei sanctificantis dici debet, eo quod sanctificatio per naturam eum filium facit.

76

Secundò infero, gratiam habitualement in Christo, quæ alios homines facit filios Dei adoptiuos, non dedisse Christo filiationem adoptiuam. Quia ea solum ratione adoptiuos facit, qua solo affectu, & caritate eos Deo coniungit. Cum igitur humanitas non solo affectu media gratia habituali, sed re ipsa media vnione hypostatica cõiuncta fuerit, adoptio in ea locum non habuit. Ad hoc ergo, vt gratia habitualis faciat filium adoptiuum, tanquam necessaria cõditio requiritur negatio vnionis realis, & substantialis: vt ita sola maneat coniunctio caritatis, & affectus, quæ est adoptatio. Nonnulli recentiores Theologi censent, Christum secundum humanitatẽ esse filium naturalem ratione gratiæ habitualis: eorum tamen sententia mihi non probatur. Quia gratia habitualis ratione sui solum potest tribuere adoptionem; cum solo affectu, & amore cum Deo coniungat. Ideo autem humanitas habens caritatem habitualement, ratione illius in Christo non

Gratia habitualis non dicitur Christo filiationẽ ad adoptiuam.

Ratione gratiæ habitualis Christus nec est filius adoptiuus nec naturalis.

H h 5 est ado-

est adoptata: quia adoptio vnione substantiali impeditur: quare ratione gratiæ habitualis, nec erit filius adoptiuus, nec naturalis ob rationem dictam. hæc enim constituit filium Dei adoptiuum, quando alioquin non est aliud impedimentum. Sed vrgent hoc modo. Ratione gratiæ habitualis, & operum ex illa procedentium, humanitas Christi habet ius ad hæreditatem Dei: ergo Christus secundum humanitatem, est Dei filius ratione gratiæ habitualis, & bonorum operum. Respondeo ratione solius gratiæ habitualis, & bonorum operum, prout ab ea solum procedunt, habere ius ad hæreditatem: quia hæc alioquin ius etiam tribuerent, & sufficerent: sed quia tam gratia habitualis, quàm opera omnia virtutem simul habent ex sanctificatione ab vnione hypostatica proueniēte, tollitur omnis adoptio, & communicatur genus quoddam filiationis naturalis: hæc enim nomina *filiatio adoptiua*, & *ius filij adoptiui*, relatiua sunt: & non solum significant effectum formalem absolutum gratiæ habitualis, sed sub tali respectu, qui ex negatione alterius confurgit, & sine illa non denotatur. negatio autem debet esse vnionis, & substantialis coniunctionis, & ideo cum in Christo non sit hæc negatio, in eo non confurgit relatio adoptionis.

Obiectio.

Solutio.

Christus secundum humanitatem, non est filius Dei naturalis ratione filiationis æternæ.

Tertio colligitur, Christum secundum humanitatem non dici filium naturalem Dei ratione filiationis æternæ, quæ est proprietas secundæ personæ. Licet enim assumeret humanitatem Spiritus sanctus, diceretur eodem modo filius naturalis Dei secundum humanitatem, non adoptiuus: naturalis, inquam, posteriori modo, quem initio capitis diximus. Quare relatio filiationis naturalis in humanitate, distincta est à relatione, qua refertur persona ad Patrem æternum: & ab ea, qua refertur ad matrem. Est autem nihil aliud, quam vnio ipsa substantialis humanitatis cum persona, ratione cuius deitate ipsa sanctificatur, & hæres constituitur, non affectu, sed naturali & vera coniunctione: id quod Adrianus in fine suæ Epistolæ manifeste declarauit, cum dixit, vocem illam Matthei 3. & 17. *Hic est filius meus dilectus*, &c. non ad Patrem æternum, sed ad totam Tri-

77

78

Adrianus.
Matth. 3
& 17.

tam Trinitatem referri: quare & ad ipsum Christum secundum diuinitatem referenda est. Cautè tamen loquendum est, ne ex verbis inordinate prolatis, error incurratur, si absolute dicamus, Christum esse Patrem, aut filium sui ipsius, aut Verbum esse Patrem Christi. Nam, vt disputatione sequenti capite primo notabimus, sicut dici non potest absolute, *Verbum est Deus Christi*, aut *Christus est Deus sui ipsius*, vt definitur in Epistola Concilij Alexandrini, quæ est 10. apud Cyillum: hoc enim inepte dicitur, quia nihil est Deus sui ipsius: illud autem manifeste diuidit Christum: cum ille modus loquendi, denotet alterum esse Deum, alterum Christum: eodem modo dicere non possumus, *Christus est filius sui ipsius*: hoc enim inepte etiam dicitur: aut, *Verbum est Pater Christi*: hoc enim diuisionem significat. Contra vero, sicut rectè dicitur, *Christus secundum diuinitatem, est Deus sui ipsius, secundum humanitatem*: & *Verbum est Deus Christi, secundum humanitatem*: ita etiam dicendum est: *Christus secundum humanitatem, est filius naturalis sui, secundum diuinitatem, & Christus secundum humanitatem, est filius naturalis Verbi*. Præterea vt ibidem ostendemus; quemadmodum concedi debet hæc propositio absolute, *Christus habet Deum*, sufficit enim distinctio, quæ vage includitur in illo nomine concreto *Deus*, vt ita possit dici Christus habere Deum, non se ipsum, sed Deum absolute: sic dici potest, *Christus est filius Dei*, non solum ratione proprietatis personalis secundæ personæ, sed etiam ratione vnionis, vt explicauimus. Idcirco, etiam si alias non esset filius æterna generatione, sed esset Spiritus sanctus, dici posset Christus absolute filius naturalis Dei.

Christus non dicitur filius sui ipsius.

Christus secundum humanitatem est filius naturalis sui secundum diuinitatem.

79
Concilij
Alexa.

80
Ioan. 10.

Cō. Alex.

Ex hac doctrina nonnulli putant, Ioann. 10. Christum vocasse Patrem suum, totam Trinitatem, cum dixit: *ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum*: quia eundem dicit suum, & nostrum: & quamuis Concilium Alexandrinum in ea Epistola intelligat de prima persona Trinitatis, quam Christus Patrem suum esse dixerit: Adrianus tamen referre videtur ad totam Trinitatem, vt capite 10. vidimus: ita vt verbum illud

Varie exponitur locus Ioannis.

lud meum, ad humanitatem pertineat, quæ nunquam nobiscum Deum communi affectum Patrem interpellavit dicens, *Pater noster*: ut inde colligat Adrian. peculiari ratione etiam Christo secundum humanitatem rationem filij naturalis, non adoptivi conuenire. Cum autem dicimus, nomine Dei totam Trinitatem intelligi; non est ita accipiendum, ut Trinitas sub particularibus nominibus personarum exprimi possit: sic enim non esset verum dicere absolutè, Christum esse filium naturalem Patris, Filij, & Spiritus sancti: imò nec Trinitatis: diceretur enim filius Verbi quod, ut notavi, absolutè prolatū diuisionē significat: sed nomine Dei, intelligendū est concretum deitatis, quod tribus personis commune est: nec hanc aut illam peculiariter denotat, sed vage hanc vel illam: ut in primam partem sancti Thomæ disput. 157. fusius tractabo.

Contra ea tamen, quæ diximus, videtur esse definitio Concilij Toletani II. in confessione fidei, desumpta ex Augustino in Enchiridio cap. 38. & 39. & 2. de Trinitate, cap. 10. post medium, ubi inquit, vocem illam, *Hic est filius meus dilectus*, Matth. 3. & 17. de Patre eterno esse intelligendam: reddit rationem his verbis, *Neque enim Iesus, etiam Spiritus sancti filius, aut suus etiam filius credi aut intelligi potest.* Augustinus verò capite illo 38. dixerat, *quis dicere audebit?* scilicet Christum esse filium Spiritus sancti? Respondeo, Concilium loqui de filiatione secundæ personæ Trinitatis ratione æternæ generationis, non ratione sanctificationis; & ita intellexisse locum illū Matth. quæ tamen Adrianus ad filiationem Christi secundum humanitatem retulit. sed utroque modo apte potest intelligi. Præterea absolutè dicere non licet, Christum esse filium naturalem Spiritus sancti, etiam si id verum sit, ne occasionē præbeamus, existimandi duos esse Patres in Trinitate ab æterno generantes eundem filium. Augustinus vero loquens de generatione Christi secundum humanitatem, non spiritualis sanctificationis, huius enim non meminit, sed processions secundum substantiam, docet Christum non esse filiū Spiritus sancti, etiam si de Spiritu sancto natus dicatur.

Reddit

Reddit rationem cap. illo 39. quia non omne, quod de aliquo nascitur, illius filius dicitur: multaque ad hoc comprobandum affert exempla, id quod verissimum est, & nostræ sententiæ non aduersatur.

Diluuntur rationes pro sententia Elipadi, & Scholasticorum quorundam.

C A P V T X V.

HX his, quæ hæcenus dicta sunt, fundamenta aduersariorū cap. 5. allata nullo negotio cōuelere possumus. Primum sumptū erat ex in Ireneo, qui in ea sētētia plane fuisse videtur. Respondēt tamē nonnulli, verba illa, *Vt adoptionem percipiēs fiat filius Dei*, non ad ipsum Christum, sed ad hominem quicumque referenda esse, propter quem venit Christus, ut recipiens adoptionem, filius Dei fieret. Sed Feuarentio Irenei Scholiastæ melius visum est, verba ad Christū referri. Facile namque constabit legenti, alium sensum extortum esse: ideo hanc sententiam de adoptione humanitatis Christi ingenuè fatetur Scholastes, Ireneo probatā fuisse: quam etiam meo iudicio Marius Victorinus amplexus est: quem ibidem allegauimus: improprie tamē videntur loquuti, dum ipsam substantialem vniōnē humanitatis, adoptionē appellant: ob id tamē a sētētia Adriani, & Concilij recedendum non est.

Ad Hilarij testimonium respondet S. Thom. 3. p. q. 23. art. 4. ad 1. Bonauent. & antiqui Scholastici superius pro Catholica sententia allegati, improprie fuisse loquutum: & sane, si litera mendosa non est, alio modo responderi non potest. Ego tamen arbitror mendosam esse, nā quāuis in aliquibus codicibus recēter excusis sit verbum illud *adoptatur*, in alijs tamen legitur, *adoratur*: in quo facile potuit incuria scriptorum error aliquis irreperere. Hanc vero esse lectionem germanam, ex optimo sensu, quæ reddit verbum *adoratur*, mihi habeo persuasum: cum tamen

Christū esse filium a' optōum Ireneus & Marius Victorinus sensere.

Nota circa Hilarij verba.

Obiectio.

Satisfit obiectio.

Christus absolute non est dicendus filius Spiritus sancti rationalis

Adr.

81

Conc. Tol. 11. Aug.

Matth 3. 17.

83
Fauerd.

Marius Victor.

S. Thom. Bonau.

82

verbum *adoptatur*, vix aliquem bonum sensum exprimere valeat, verba Hilarij de Christi natiuitate secundum carnem, sunt hæc. *Aliud intelligitur, aliud videtur: aliud oculis, aliud animo conspicitur: parit virgo, partus a Deo est: infans vagit, laudantes angeli audiunt: panni sordent, Deus adoratur: ita potestatis dignitas non amittitur, dum carnis humilitas adoratur.* Illa particula *dum*, vim habet causalis, perinde atque particula *siquidem*; reddit ergo optime causam, cur dignitas potestatis non amittatur inter partum, vagitus, & fordidos pannos dicens, *dum carnis humilitas adoratur.* Cum enim adoratur, relucet in ea maiestas suæ deitatis, ob quam cum illa adoratur. Si vero legas *adoptatur*, vix sensus præcedentibus coherere potest.

Afferbant præterea Elipandus, eiusque sectatores auctoritatem Beatorum Ildephonsi, & Iuliani Archiepiscoporum etiam Toletanorum: qui in missa de Cena Domini ita dicebāt. *Qui per adoptiui hominis passionem, dum suo indulget corpori &c. & in missa de Ascensione, hodie saluator noster post adoptionem carnis sedem repetiuit deitatis.* Hæc testimonia refert Concilium Francofordiense in Epistola ad Episcopos Hispaniæ aliquantulum à princio. Respondet autem, similes orationes in vniuersali Ecclesia non esse. *Nec vos* (inquit) *in illis exaudiri putamus.* Obijcit vero illis orationes Gregorij Magni, quibus ad hoc vsque tempus Romana, & vniuersalis Ecclesia vtitur, in secunda & quarta Feria post Dominicam in Ramis Palmarum, & in Ascensione Domini: vbi Christus non adoptiuus, sed vnigenitus Patris dicitur, nunc autem in missis Gothicis, tam excusis quam manu scriptis, quæ hætenus sunt & in Ecclesia Toletana seruantur, nihil tale reperitur. Vnde vel falso allegabantur, vel similes orationes expunctæ sunt. Crediderim autem, vel nunquam eas extitisse, vel Ildephonsum, & Iulianum illarum autores non fuisse, sed ab aliquo falso suppositas: nam autor missarum Gothicarum fuit Isidorus, qui, vt vidimus capite II. disertis verbis affirmat, Christum non adoptiuum, sed naturalem filium esse in vtraque natura.

Ambro-

84

Ildephons.
Iulianus.

85
Con. Fr. 5.

Isidorus.

Ambr. Morus. Ambrosius Morus lib. 13. historiæ Hispaniæ cap. 26. testatur ex Hispania Beatum, qui contra Elipandum scripserat, interfuisse huic Concilio: eius enim mentio fieri videtur in Epistola Caroli Magni ad Elipandum, quæ est in eo Concilio, vbi sic scribit. *Exemplum mihi Constantini Imperatoris proposuistis, cuius initium Beatum Isidorum laudasse dicitis, & finem doluisse: quod ne mihi accidat, per quendam Beatum, quem Antiphrasim cognominastis, benigne suadetis.* Colligit ergo Ambrosius, fuisse illum Beatum, qui contra Elipandum docuit, qui ipsum Antiphrasim Græco nomine cognominauit. Ego tamen potius crediderim, alium fuisse illum Beatum, qui ab Elipando missus est. Quis enim sibi persuadeat, per aduersarium suum, Elipandum ad Concilium scripsisse, suamque sententiam Catholico Regi per eum, quem sciebat contrarium prorsus sentire, persuadere voluisse? Quare existimo Antiphrasim dictum, non quod Elipando contrarius esset, sed quod ita cognominaretur, sicut Carolus in sua Epistola indicauit. Nonnulli affirmant Beatum, & Heterium, qui contra Elipandum scripserunt, huic Concilio interfuisse: ego tamen hætenus non legi, vbi id scriptum inuenerint. Quod si Beatus & Heterius Concilio præsentibus fuissent, facile excusassent Ildephonsum, & Iulianum: atque in eorum scriptis id non extare, quod Elipandus allegabat, asseruissent: quare Patres Concilij Ildephonsum, & Iulianum, quos vt ignotos, & priuatos homines in sua Epistola tractant: eorumque sententias melius agnouissent: atque Elipandum, manifesta falsitatis redarguissent: quod factissimos maiores suos in suâ sceleratâ falso allegasser. Ego igitur existimare nullum ex Hispania pro Catholicis contra Elipandum, Concilio interfuisse: alioquin & antiqui scriptores mentionem illius fecissent.

Iam vero rationes diluamus. Ad primam respondeo vniuersalem substantialem manifeste obstare, quo minus dicatur Christus absolute, aut cum additamento, vel eius humanitas adoptata: vt cap. 13. monstratum est. Ad secundam dico Christum secundum humanitatem esse filium naturalem Dei, vt cap. 14. explicauimus, & quamuis hoc ex-

Beatus, &
Heterius, non
interfuerunt
Conc. Fræco.

86

87

vni-

Solutio.

Nota.

Autoris sententia.

An Beatus Elipandus contrarius interfuerit Conc. Francofordiensi.

vnione habet, & vnio humanitati sit gratia, & ita sit filius ex dono, & gratia nihilominus dicendum esse naturalem. Quia non quauis gratia facit adoptiuum, sed illa, quæ vnit affectu tantum, non re ipsa. Quare non sequitur, est filius per gratiam, ergo est adoptiuus: si gratia sit naturalis, & substantialis vnionis. Nam etiam in naturalibus, filius generatione productus, dono accipit à patre esse filiū naturalem: quæ omnia ibidem fufius dicta sunt. Tertia ratio facile soluitur ex his, quæ ibi notauimus; quare scilicet gratia habitualis in Christo non faciat filium Dei adoptiuum, quæ faceret quamlibet aliam purā creaturam. Quia scilicet, cum adoptio non significet solum effectum absolutum gratiæ habitualis, sed cum negatione vnionis substantialis, in Christo locum habere non potest; etiam si in eo gratia habitualis præstet effectum absolutum. Fateor quidem Elipandum in re non errasse, sed solum in verbis, tribuens hanc appellationem Christo secundum humanitatem, quam vere vnitam esse substantialiter Verbo fatebatur; à verbis tamen inordinate prolatis cauendum est, quæ Concilium Francofordiense ob rationes, quas diximus, meritò damnauit.

Filius per gratiam, & adoptiuus non idem.

Elipāduſ nō in re sed in verbis solum errauit.

An Christus sit verè seruus. Disputatio posterior.

Status Quæstionis. cap. 1.

Christum proprie esse, & dici seruū Dei Elipandus, & aliqui Scholastici affirmant. cap. 2.

Christum non esse dicendum seruum, autoritate Concilij Alexandrini, Francofordiensis, & Adriani probatur. cap. 3.

Prior interpretatio, quæ adhibet prædictæ definitioni, refellitur. c. 4.

Posterior interpretatio confutatur. cap. 5.

Christū nō esse seruū, autoritate Scripturæ, & Patrū mostratur. c. 6.

Christum non esse dicendum seruum cum additamento secundum humanitatem, alijs testimonijs ostenditur. cap. 7.

Rationes eiusdem sententiæ. cap. 8.

Explicatur testimonia Scripturæ, quæ Elipādo fauere videtur. c. 9.

Testimonijs Patrū, quæ Elipādo videtur cōsentire, respōdetur. c. 10.

Diluuntur rationes eiusdem sententiæ. cap. 11.

De pertinacia Fœlicis & resipiscencia Elipandi. cap. 12.

Status

Status Quæstionis.

C A P V T I.

89



Vāuis omnis seruus minor sit Domino suo, & ei parere, & obedire iure debeat: alia tamen ratio est minoris, & subditi, quam serui: quare cum duo priora Christo sine vlla controuersia tribuantur; de tertio magna cum Elipando dissensio est. Nemo enim dubitat, Christum minorem esse Patre, & ei subiectum secundum humanitatem; an vero conditio seruitutis ipsi conueniat, non omnibus eodē modo est manifestum: tamen non minus certum videatur, si definitio Adriani, & Concilij Francofordiensis recte expendatur. In hoc igitur capite supponam breuiter id, quod citra controuersiam est, & duo notanda circa modū loquendi præmittam: deinde, id in quo præsens quæstio posita est, paucis aperiam.

Ioann. 4.

Circa primum sunt nonnulli Patres Græci, atque Latini, qui testimonium illud Ioannis 14. *Pater maior me est*, ad ipsam naturam diuinam referunt: quos in 1. part. S. Thom. disputatione 168. cap. 2. commemorabimus: iuxta horum vero interpretationem filius dicitur minor, & Pater maior origine solum, hoc est Pater prior, & filius posterior origine: quod qua ratione verum sit, ibidem explicabitur. Ceteri vero referunt testimoniū illud ad Christi humanitatem, & hac ratione Christus dicitur minor, id est, inferioris naturæ. Quare nemo dubitat cum additamento secundum naturam humanam, dici posse Christum minorē Patre: an vero absolutè dici possit Christus minor Patre, vel necessarium sit addere determinationem, inter Scholasticos quæstionem habet: de qua latius differemus in 3. p. S. Tho. q. 20. art. 2. Ego vero existimo, absolutè dici posse, sicut ipse Christus de se ipso absolutè pronunciauit. Ioann. 14. cenſeo etiam esse sententiam S. Thomæ in ea q. 20. art. 1. ad 1. vbi dicit, conuenientius esse addere determinationem ad euitandum errorem: his enim verbis indi-

Explicatur locus Ioannis

Christus absolute potest dici minor Patre.

S. Thom.

I i cat, non

cat, non esse necessarium. Quod si verum est absolutè, Christum fuisse sub lege, cur etiam non licebit dicere, esse minorem Patre? Et certe ego non video discrimen inter hanc vocem, & ceteras humanæ naturæ, quæ de Christo, aut de Verbo absolutè prædicantur.

Christus subiectus est patri secundum humanam naturam.

Præterea certum est, Christum subiectum esse Patri secundum humanam naturam: eiusque præceptis posse obligari, in quo etiam attenditur ratio minoris, & inferioris. Ita definitum est in epistola Concilij Alexandrini, quæ 10. est inter epistolas Cyrilli: idem etiam docent ex Patribus Basilus 4. lib. contra Eunomium explicans illud 1. ad Corinth. 15. *Tunc ipse filius subiectus*, &c. & Cyrillus lib. 10. Thesauri cap. 4. ante medium, ubi cum dixisset, Christum subditum fuisse Mariæ, & Iosepho, obijcit hoc modo. *Nūquid ergo minor?* Respondet autè his verbis. *Aliud pietatis, aliud potestatis est: sed non præiudicat pietas potestati: in eo legis subditum Patri, in corpore scilicet, in quo erat matri.* Quali dicat, subiectus fuit matri ex pietate erga illam, sed Patri, secundum potestatem. Ex priori modo subiectionis non sequitur esse minorem, & inferiorem: ex posteriori vero modo sequitur, inferiorem, & minorem esse. Idem habet lib. 5. cap. 6. & plures alij Patres. Ratio quoque naturalis id manifeste confirmat. Nam cum omnis creatura, suapte natura sit subiecta Deo auctori omnium, ita ut præceptis eius obedire debeat, si rationalis sit: atq; humanitas Christi sit rationalis creatura, & Deum sui auctore habeat, neq; per assumptionem substantialiter mutata sit, sed eodè modo Deum autorem respiciat, fit, ut eodè pacto post assumptionem ei subijciatur, & præceptis eius parere debeat.

Christus absolute potest dici subiectus patri, non sibi.

Dificultas vero esse potest, an absolutè, & sine additamento secundum quod homo, dicendus sit Christus Deo subiectus: quemadmodum etiam de minori dicebamus. Ego autem existimo, absolutè dicendum esse subiectum, sicut etiam dicendus est minor. Nam & sanctus Thomas loco iam citato solum dixit convenientius esse, addere determinationem: at necessarium non putavit. Obserua tamè, non posse concedi absolutè, sine prædicta determinatione pro-

Conc. Alex. Basilus Cyrill.

91

Nota.

92 S. Thom.

Concil. Alex.

ne, propositionem hanc, *Christus est subiectus sibi ipsi*: ut optimè notavit Conciliū Alexandrinum in prædicta epistola, ubi eodè modo docet, dicendū non esse Christū Dominū sui ipsius: ac proinde, nec servū sui. Eadè de causa propositionè illam, *Christus est filius sui*, negandā esse sine determinatione, præcedenti disp. cap. 13. admonuimus. Quoniā eo modo loquendi, aut inducitur diuisio, aut inepte dicitur sibi subiectus, ut ex eodem Concilio referabamus. Ceterū sicut cum determinatione dici potest Christus filius sui, hoc est, Christus secundū humanitatē, est filius sui secundū diuinitatē: sic etiam appellari potest subiectus. Et quæadmodū dici potest absolutè Christus secundū humanitatē filius naturalis Dei, ut ibidè explicabimus; sic etiam dici potest subiectus Deo. In illo namq; concreto Dei, rectè intelligi potest distinctio, quam pronomē *sui*, omnino tollebat. De his tamen latius in 3. p. q. 20. art. 2.

Damasc.

At obijciat aliquis nobis Damasc. 4. de fide cap. 19. post medium, ubi de Christo ita loquitur. *Nec ut Deus, nec ut homo. a Patre vnquam desertus est: nec peccatum, nec maledictū factus est, nec Patri subijci necesse habuit.*

93 Greg. Nazian. Luca 1.

Respondetur ex doctrina Nazianz. orat. 36. quæ est. 4. de Theologia post num. 14. ubi explicās illud Luca. 1. *Et regni eius nō erit finis*, inquit, Christum regnare dupliciter; primū per modum omnipotentis Regis, tam volentium, quā nolentium, & hoc modo futurum asserit regnum Christi perpetuū: semper enim erit Rex damnatorum: deinde gignēdo in nobis subiectionem, & hoc modo non fore regnum illius perpetuum: quia tandem cum iam subiecti fuerint omnes, qui futuri sunt, non opus erit, regno subiectionē moliri. Hoc pacto inquit Nazianzenus, Christum nōdum subiectum esse Patri, sed adhuc futurum esse, ut plane ei subijciatur, iuxta illud 1. ad Corinth. 15. *Cum autem subiecta fuerint illi omnia, tunc ipse filius subiectus erit ei, qui subiecit sibi omnia*: nepe cū impletus fuerit numerus prædestinatorū. Hoc tamè, inquit, intelligēdū esse, nō de Christo secundū propriā personā, sed secundū corpus mysticū, cuius proprietates ipsi etiā tribuuntur. Sic ergo dixit Damasc. Christo

Obijciat auctoritas Damasceni.

Satis sit obijciō. Christum dupliciter regnare.

1. ad Cor. 15.

Palero expli-
catur locus
Damaseni.

Explicatur
locus Pauli.
2. Cor. 13.

Alia eius-
dem loci expo-
sicio.

non fuisse necessariū subijci Patri, non quia non fuerit ve-
re subiectus, & obediēs, sed quia semper ita subiectus fuit;
vt non fuerit necesse, regno, & imperio subiectionē illius
denuo moliri: quemadmodū de toto corpore dixit Na-
zianzenus, loquēs de priori illo modo subiectionis. Sub-
dit Damascenus rationē his verbis, *Quia nunquā contumax
fuit*: ac si dicat, ita semper subiectus fuit, vt nō fuerit ne-
cesse, Patrem imperio, & maiestate regia subiectionem il-
lius extorquere. Addit præterea cum Nazianzeno, in suis
mēbris necesse habuisse futura subiectione; & ita dictū pu-
tat illud 1. ad Corint. 15. de qua subiectione mēbrorū, &
corporis mystici, explicat prædictum testimonium Orig.
hom. 2. in Psal. 36. Athan. lib. de incarnatione Christi circa
finem Nyssenus in oratione quadam peculiari in prædi-
ctum testimonium, Aug. lib. 83. quæstionū, q. 63. prope finē
Theodoretus, & Theophylactus in illum locum, & Cyril-
lus lib. 10. Thesauri cap. 8. Sic enim intelligunt, futurā illā
Christi subiectionem in corpore suo mystico, siue tempo-
re resurrectionis, quod magis quadrat literę; ibi enim Pau-
lus loquebatur de mortuorū resurrectione: siue tempore,
quo omnes ad fidem conuertendi sunt, vt intelligūt Nyf-
senus, & Theophylactus. Augustinus verò loco citato, aliam
adhibet interpretationem, nempe Christum tempore re-
surrectionis mortuorum, de quo Paulus loquebatur, fore
plene subiectum Patri: non quia incipiet tunc esse subie-
ctus Patri, sed quia tūc manifeste apparebit subiectus Pa-
tri, cum regnum aduersus sanguine suo, morte depul-
sa, & deuicto Dæmonis principatu, coram omnibus Patri-
bus reddet. Quē sensum indicauit Hilarius 11. de Trinitate lō-
ge à medio; sequiturq; Oecumenius in eum locum, & mi-
hi summopere probatur. Mitto expositionem Chryso-
stomi, quā etiam amplectitur Theodoretus, qui prædicta
verba referunt ad Christi diuinitatem hoc sensu: vt sub-
iectio non sit seruitutis, vel inferioris, sed qua filius à
Patre esse dicitur, tanquā ab origine: quo pacto Græci Pa-
tres superius commemorati, filium secundum diuinitatē
vocat minorem, hoc est, posteriorem origine: mitto ergo
hanc

94

Orig.
Athan.
Nyssenus
Aug.
Theodor.
Theoph.
Cyrill.

95
Hilar.
Aecum.
Chryf.
Theodor.

hanc expositionem. Tum, quia vnam personam esse ab alia
non recte denotatur nomine subiectionis: tum etiam, quia
non est secundum mentem Pauli. Non enim cōparat per-
sonas inter se, sed Christum secundum humanitatem cum
Deo, cui dicit fore subiectum ea ratione, quam dixi-
mus.

Ex dictis facile licet colligere id, in quo tota præsentis
quæstionis difficultas consistit. Non enim quarimus, an
Christus sit minor, inferior, aut subiectus. sed an in huma-
na natura condicionē serui ita retineat, vt dici possit ser-
uus, seu mancipium: nec tantum iure subditi, & inferioris,
sed etiam seruilis cōdicionis, & mancipij sub Dei pote-
state sit constitutus. Multi enim subditi sunt, vt vxores, fi-
lij, & vasalli, qui tamen serui, aut mancipia non sunt. Et
quamuis seruus communi quadam significatione interdū
vsurpari soleat pro subdito, qui obedire quacumq; ratio-
ne debet; nunc tamen in propria, & pressa ipsius significa-
tione capitur, qua idem significat, quod mancipium: nisi
quod mancipium est solus seruus in bello captus; at ser-
uus est omnis, qui sui iuris nō est, siue emptione, siue bel-
lo, siue alia via sub alterius iure fuerit constitutus: cui op-
ponitur liber, & ingenuus, ac proinde libertate donatus,
seu libertus. Est itaq; cum Elipando controuersia, an cō-
dicionem mācipij, & serui humanitas Christi post vnionē
retinuerit: quam iure creationis, sicut reliquæ rationales
creatura, ex se haberet.

96

Status quæ-
stionis.

Nota.

Seruus pro
mācipio sum-
mitur presen-
ti disputatiō-
ne.

Christum proprie esse, & dici seruum Dei Elipan-
dus, & aliqui Scholastici affirmant.

CAPVT II.



Quamuis nullus ex antiquis Scriptoribus, qui
Fœlicis, & Elipandi mentionem fecerunt, sen-
tentiam de seruitute humanitatis Christi ipsis
ascribat. ex Elipandi tamē confessione, & epi-
stola Adriani, atq; Cōcilij Francofordiensis manifeste li-
quet,

Vnde constet
Elipadum af-
firmasse Chrō-
stum esse ser-
uum.

97

li 3 quet,

quet, Elipandum palam pronunciaſſe, Chriſtum eſſe ſeruum, & ſeruilem condicionem retinuiſſe: tametſi de ſenſu, in quo ipſe loquutus fuit, inter Scholaſticos noſtri tēporis nō parua diſſenſio ſit. De Fælice vero, nec in Adriano, nec in Concilio, nec in aliquo Scriptore quidquam inuenio: ea forſan de cauſa, quod cum Elipando ſolum in errore de adoptione Chriſti conuenerit: vel certe, quod hic præcipuus vtriuſque fuerit error. Cæterū cum ex cōfeſſione Elipandi, & ex Adriano, atque Concilio nobis conſtet, ipſum Elipandum in ea fuiſſe ſententia, nullus dubitādi locus relinquitur. Ex recentioribus quidem Scholaſticis nonnulli cenſent, Chriſtum vere, & proprie ſeruū eſſe dicendum: ex antiquis autem Paludanus in 1. diſt. 12. q. 2. in primo dicto tertiæ opinionis, quam ſequitur affirmat, ſaltem cum additamento illo *ſecundum humanitatem*, dicendum eſſe ſeruū. Idem docuit S. Thom. in 3. parte quæſt. 20. art. 2. ad ſecundum, tametſi nihil dicant de conditione ſeruili. Quare eorum ſententia longe à mēte Elipandi abeſſe, inferius cap. 10. interpretabimur.

Recentiores
multi hri-
ſtum eſſe ſer-
uū affirmant

Rationes qui-
bus Chriſtū
eſſe ſeruū
oſtenditur.

Omnia bona
creatura ma-
gi ſunt Dei,
quā ipſe me:

Pro hac ſententia aliqua ſunt Scripturæ, & Patrū teſtimonia, quæ cap. 8. referemus, & ſimul explicabimus: hic autē ſufficiat rationes afferre. Prima eſt Chriſtus in quantum homo eſt creatura, ergo eſt ſeruus. Hac forma arguēdi vſus eſt Cyrillus lib. 4. dialogorum de Trinitate lōge ante medium, contra eos, qui contendebant, filiū Dei eſſe creaturam, his verbis. *Quod enim omnino locatur cū creatura ſubſtantialiter, & eſt inter facta, neque ſecundum naturam, eſſet Deus: neque etiam filius & Dominus vere, ſed vt Dominus inter miſtros.* Vbi ex ratione creaturæ inferit rationē miſtri, ſeu ſeruī, quod idem eſt. Id quod ratio ipſa creationis perſpicue oſtendit. Iure namque creationis, nō ſolum creatura ſubiecta eſt Deo; ſed etiam omnia bona ipſius magis ſunt Dei, ſub cuius eſt poteſtate, & ipſam in nihilum redigere poteſt, quam ipſius. Qua ratione Paulus 1. ad Corinth. 3. inquit. *Omnia veſtra ſunt: vos autem Chriſti: Chriſtus autem Dei.* Qui autem dicitur eſſe alicuius, ſeruus illius eſt: ſeruus enim eſt, qui alterius eſt: ſicut ergo omnia que ſunt.

Palud.

S. Thom.

98
Cyrill.

Paul.
1. ad Cor.
inth.

quæ ſunt in mundo, iure ſeruitutis ſunt hominis; ſic homo eodem iure eſt Chriſti, & Chriſtus Dei: quare vel illa relatio creature ad Deum, quæ vere eſt in Chriſti humanitate, vel alia conſequens illam, erit relatio ſeruitutis. Secūda ratio. Chriſtus vere erat ſubiectus, & obedire debebat Deo: ergo vere erat ſeruus illius. Tertia. Chriſtus ita erat Dominus ſuarum actionum ſecundum humanitatem, vt non eſſet ſupremus: erat ergo ſub alio ſupremo Domino. 99 Quarto. Chriſtus ſecundum humanitatem poterat, & debebat adorare diuinitatem adoratione patriæ: ergo illi poterat, & debebat tribuere honorem ſeruitutis. Patria enim ſeruitus eſt, vt libro 1. de cultu adorationis diſput. 1. cap. 1. dictum eſt. Hæ rationes ſaltem probant, cum illo additamento *ſecundum humanitatem*, Chriſtum eſſe dicendum ſeruū. Quod ſi cum additamento dici deberet, abſolute quoque vocandus eſſet: vt præcedenti diſputatione cap. 3. & 9. de adoptione notabamus: & inferius etiam cap. 7. oſtendemus.

Chriſtum non eſſe dicendum ſeruū, autoritate Concilij Alexandrini, Francofordienſis, & Adriani probatur.

C A P V T III.



I definitionem Adriani, & Cōcilij Francofordienſis, attente aliquis percurrat inueniet definitum humanitati Chriſti poſt aſſumptionē, ſeruilem ſtatum, & conditionem non potuiſſe conuenire: ſed ipſa aſſumptione ita fuiſſe iniuriā ſeruitutis, ſicut etiam adoptionis conſumptam, vt ex ipſa ſtatū ingenuitatis neceſſario cōſecuta fuerit. Referam quidem in hoc cap. verba Adriani, & Concilij, & in ſequenti, varias recentiorum interpretationes, quibus definitionem prædictam eludere conantur, refellam. An vero res hæc ad dogma fidei pertineat, aliorū iudicio integrū relinquā. Neq; enim rem tā grauē arroganter præiudicare auiſim.

Quarta rā-
tio.

100

ii 4 Cæterū

Autoritas Concilij Franco. inconcussa.

Elipandus Christum fatetur esse seruum.

Conc. Franco. Christum non esse seruum, ex professo defini.

Adrianus, & Concilium erroris damnare voluerunt sententiam Elipandi

Cæterum quid ab Adriano, & à Concilio definitum sit, ipsa argumentorum vi ostendere conabor: sed antequam verba aliqua prædictæ definitionis referam, reuocandum primo in memoriam est, autoritatem huius Concilij, & Adriani inconcussam nobis esse debere, vt multis cõprobauimus disputatione præcedenti cap. 7. quare si quid ab eis definitum de fide constiterit, tanquam verum fidei dogma sine cunctatione amplecti debemus. Secundò ex ipsa confessione Elipandi disputatione præcedenti cap. 2. recitata perspicuum est, inter cætera ipsius pronunciata, vnum esse, Verbum diuinum ipsa assumptione carnis factum esse seruum, & peregrinum. Tertio contra huc modum loquendi Concilium ipsum Francofordiense, & Adrianum manifeste docuisse, Christum non esse seruum, nõnulli tamen recetiores, vt clarissimæ veritati tenebras offunderent; dixerunt, nihil de seruitute, à Concilio fuisse definitum, sed obiter tantum, & per trāsennam de seruitute humanitatis aliquid ab eo dictum fuisse.

Verum oppositum manifeste apparet. Primum quidem, non obiter, & per trāsennam de hac re Patres Concilij, & Adrianum loquutos fuisse, quis non videat? Cũ Adrianus plusquã mediam partẽ epistolæ in hac sola re ita ex professo infumat, vt non solum Scriptura, & ratione eam confirmet, verumetiam testimonia Scripturæ, & Patrum, quæ Elipando fauere videbantur, interpretetur. Præterea Concilium magnam partem epistolæ in eadem sententia Elipandi de seruitute Christi cõfutanda occupatur. Quis ergo dicere audeat, non ex professo, sed obiter rem hanc attigisse? Porro voluisse Pontificem, & Concilium sententiam de fide pronuntiare, & Elipandi opinionem erroris non nine censere, legenti epistolas patebit. Inquit enim A-

At quis.

101

Adrian.

102

Concil. Franco.

103

Concil. Alex. & Ephesinum.

At quis non videat, non modo, vt probabiliorem suã opinionem obiter exprimeret, sed etiam vt certum dogma fidei traderet, oppositamque sententiam Elipandi acriter damnaret, his verbis vsus fuisse? Imò vero si recte quis verba Adriani expendat, multo acrius inuehitur in Elipandum, & sectatores illius, quod dixerint Christum seruum, quã, quod adoptiuum appellauerint: cum ait, & quod pudet dicere: Eosquẽ impios, & ingratos, Deo odibiles, & querulos obrectatores vocat: atq; venenosa fauce eos susurrare asserit. Et Concilium Francofordiense in epistola ad Episcopos Hispaniæ non longius à fine, postquã ostendit, Christum non esse dicendum seruum, neque adoptiuum, concludit his verbis. *Intelligite, in hac professione vestra duplices diabolicae fraudis latuisse dolos: hoc est, vt vos, qui gratia baptismi redempti estis, ab vnitae Catholice disungeret Ecclesiæ, & schismatici erroris laqueo a via salutis eterna retraheret, & Gẽtibus, inter quas habitatis (intelligit Mahumetanos) Christiana fidei intra intercluderet, dum & Dominum nostrum Iesum Christum, quem Deum colimus, & adoramus, seruum predicatis, & adoptiuum.* In vtroque ergo articulo, & de seruitute, & de adoptione dicit, eos schismatico errore à diabolo fuisse deceptos. Quis ergo dicat, obiter articulũ de seruitute solum attigisse: & nihil certa fide credendũ tradidisse? Desinant ergo hi Theologi tergiuersari, & manifesta Ecclesiæ definitioni debita humilitate acquiescant. Cæterum alij non pauci, qui plane farentur, contra Elipandum articulum de seruitute aperte fuisse ab Adriano, & Concilio definitum, vt defendant, humanitatem Christi condicionẽ seruilẽ respectu Dei post assumptionem retinuisse, varie prædictam definitionem interpretantur: contra quos sequenti cap. nobis differendum est: nunc autem postremo hæc eadem definitio autoritate epistolæ Concilij Alexandrini, quæ est apud Cyrillum 10. & recepta in Concilio Ephesino, confirmanda est.

In illa ergo Epistola in confessione fidei sic dicitur. *Sed nec Deum, aut Dominum Christi, Verbum Dei Patris asserimus: ne iterum manifestus in duo diuidamus vnum Christum, & crimen*

11. 5 sacrilegij

sacrilegij recidamus, Deū illi se ipsum facientes, & dominū, & paulo post. *Veruntamen nec seruus est sibi ipse, nec dominus. Quomā ineptum est, vel potius impium hoc sentire, vel docere* Idem definitur in Anathematismo 6. & Cyrillus in libro ad Euo-
 ptium in defensione huius 6. Anathematismi, acriter reprehendit hunc modum loquendi, quo utebatur Nestorius. *erat ipse (scilicet Christus) infans, & infantis dominus.* Bene video, hic nihil de seruitute definiri; sed de illo modo loquendi, quo videbatur induci diuisio, vt in 1. cap. notauimus & sicut negatur a Concilio, Christum esse Deum sui ipsius: sic etiam negatur esse Dominum; id tamen non obest, quominus dicamus, *Christus secundum diuinitatem est Deus sui secundum humanitatem: vel, Christus habet Deum:* intelligendo Patrem, vel concretum deitatis: sic enim Christus dicere posset, *Deum meum, & Deum vestrum:* quare si aliud non obstaret, dicere etiam posset Dominum meum, & Dominum vestrum. Verum testimonium Concilij Alexandrini, & Cyrilli ideo a nobis adducitur; quia cum post ea Cōcilium dicat, Christum vere appellasse Deum suum, Patrem aternū, & affirmet, subiectum vere Deo fuisse: nunquā inquit, Christum esse seruū Patris, aut Patrem esse Dominum Christi, qui tñ recte dicitur Deus Christi. Quod vero Cyrillus id videatur concedere, facilem habet solutionem, quam cap. 9. afferemus.

Cyriil

104

Cur Concilij
Alex. testi-
monium ad-
ductum sit.

Prior interpretatio, quæ adhibetur prædictæ definitioni, refellitur.

CAPVT IIII.



VI vero non audent, definitionem Adriani, & Concilij Francofordiensis inficiari, aut minus authenticam censere, varijs interpretationibus eā conantur eludere, vt cū ea nihilominus defendant, humanitatem Christi sub vera conditione seruitutis mansisse.

Omissa vero interpretatione, & eorum, qui affirmant, Elipandum vere Nestorianum fuisse, & duas in Christo per
 sonas

105

sonas, & ipsum purum hominem, & purum seruum Dei pronunciaſſe (hunc enim errorem falso impositum fuisse Elipando, disp. præcedenti cap. 8. multis coniecturis, & ipsiusmet Elipandi testimonio monstrauiſus) duas alias refellere necesse est.

Prior itaq; interpretatio est aliorum, qui asserunt, duplex esse genus seruitutis, alterum erga Deū, quo dicitur creatura suapte natura esse sub potestate Dei: & hanc seruitutē esse homini naturalem, nullo modo per legem, aut per pactum introductam. Quæuis namque creatura ita sub potestate Dei est, eique per omnia obedire debet: vt quidquid sit, siue in sua substantia, siue in sua operatione, Dei sit; & ideo non sit sui iuris, nec ad hæreditatem Dei, ex se vllum ius habeat. Alterum genus, ex eorum sententia, est seruitutis, quæ non est homini naturalis, sed post peccatum facta rerum diuisione, iure belli, aut emptionis introducta est. Hoc genere seruitutis, ita vnus homo sub potestate alterius constituitur: vt nō sit sui iuris, sed quid quid in se habet emolumentū, illius sit, sub cuius dominio est: nec cum illo in bonis communicet, aut ad hæreditatē eius, ius aliquod habeat. Hæc seruitus est vilis, & abiecta cuiusdam condicionis; illa vero, non cum sit homini naturalis, & ex peccato non proueniat, sed ex iure ipso creationis per peccatum tamen vilem quandam condicionē, & statum adepta est. Nam quamuis homo sua creatione, ita sit seruus Dei, vt ad illius hæreditatem nullum ius habeat, nec in bonis cum illo communicet: tale tamen ius, natura sua nō excludit: per peccatū autem huiusmodi ius sibi tollit: dum indignum eo se reddit: & ita status huius seruitutis, per peccatū vilior, & multo deterior efficitur. Imo peculiari ratione, homo sub Dei potestate hoc modo constituitur: q̄ ipsū priuet hæreditate, & in perpetuā captiuitatē diaboli, cuius ipse spōte seruus factus est, redigat.

106

Hæc doctrina præmissa, asserunt prædicti autores, Christum esse seruum vera cōdicionē seruitutis naturalis, sicut quicumque homo esset ante peccatum: & hoc non dāſſe Concilium: nec Elipandū hoc solū genus seruitutis

Seruitutis duplex genus, & de quo Conci. Francof. loquitur.

Christus est seruus seruus naturalis, non vilis & abiecta.

Chri-

Christo tribuisse: sed seruitutem etiam vilem, & abiectam, quæ ex peccato contrahitur, quam iure optimo Conciliū, & Adrianus damnarunt. Quem sensum videntur, sibi colligere ex verbis Concilij. In illa enim epistola ad Episcopos Hispaniæ, satis post medium, dicitur in hæc verba. *Sed hoc volumus à vobis audire, an Adam primus humani generis parens, qui de terra virgine creatus est, liber esset cõditus, siue seruus: si seruus, quomodo tunc imago Dei: si liber, quare & Christus quoque non ingenuus de Virgine?* &c. Er Adrianus circa finem epistolæ, hoc idem videtur significasse, cum dixit: *Opus nãque eius (scilicet Christi) est, vt sit vnicus, proprius, & dilectus filius Dei: nostrum opus est, vt simus serui per conditionem, & filij per gratiam adoptionis.* Quasi dicat, serui ex peccato, gratia vero Dei in libertatem adoptati.

107
Concil.
Franc.

Adr.

Excluditur
predicta in-
terpretatio.
Vrma, refu-
tatio.

Optima con-
iectura.

Non agit Cõ-
ciliū Præcof.
de seruitute
vili & abie-
cta.

Secunda refu-
tatio.

Verum hæc interpretatio facile potest refutari. Primum namq; constat ex epistola Concilij Francofordiensis, ex libro quoque Sacrosyllabo, & ex epistola Caroli, Patres in Concilio congregatos literas ab Elipãdo ex Hispania per quendam illius familiarem, vt vidimus cap. vltimo præcedentis disputationis, accepisse: in quibus ipse suam sententiam palam exposuit: quare non potuerunt Patres illius Concilij errore facti decepti, sententiam Elipandi falso intellectam impugnare. Atqui Elipandus non fuit tam hebes ingenij, nec tam impudens, & blasphemus in Christū, vt doceret, ex peccato conditionem seruitutis vilissimam sub potestate diaboli contraxisse: id quod nullus hactenus hæreticus excogitauit. Quis autem audeat, Elipandū inter impudentissimos hæreticos commemorare: cum errores illius, maius præ se ferant specimen probabilitatis, quam vlli vnquam habuerunt?

108

Elip.

Deinde ex confessione ipsius Elipandi, manifeste prædicta interpretatio refellitur: in fine enim illius sic dicitur. *Quia si conformes sunt omnes Sancti huic filio secundū gratiã, & cū adoptiuo adoptiu, & cū aduocato aduocati, & cum Christo Christi, & cum paruulo paruuli, & cum seruulo seruuli, &c. ex eo igitur, quod sancti sint Christo conformes secundum gratiam, colligit futuros seruos Dei cū seruo Christo, & adoptiuos*

priuos cum Christo adoptiuo, &c. Seruitus autem, quæ ex peccato prouenit, non est cum sanctitate, qua sumus conformes, & adoptati: falso igitur talis error imponitur Elipando. Quare cum Concilium Elipandi sensum condemnet, seruitutem etiam filiorum Dei, quam ille Christo tribuebat, aperte refellit, & damnat.

Tertia refu-
tatio

109

Conc.
Franc.

Deinde ex verbis Concilij allegatis prædictam interpretationem autores colligere nõ potuerunt. Ibi enim Conciliū enumerans varios modos seruitutis, omne genus illius denegat Christo. Primò probat, seruitutem ex peccato ipsi non conuenire, verbis iam recitatis. Secundò probat non fuisse seruum hominum. Tertiò non fuisse Angelorum. Quartò deniq; concludit in hæc verba. *Quid dicitis de Deo Patre, qui cum in baptismo etiam, & in transfiguratione qua facta est in monte, filium nominauit, nõ seruum?* Quibus vltimo probat, nec Patris esse seruum, vt Elipandus volebat: neque enim alterius vnquam seruum ipsum constituit, quã Dei. Nec verò mirum est, si Conciliū referat alios modos seruitutis, etiãsi nullū illorū Elipãdus concederet: frequenter enim accidit disputati cõtra aliquem, plura membra recensere, de quibus cum eo non est controuersia; vt sufficienti enumeratione, opposita sententia improbata maneat.

Verba Cen-
cilij pro pri-
ma senten-
tia allata op-
time explicã-
tur.

Omne genus
seruitutis cõ-
ciliū Franc.
denegat Chrõ-
sto Domino.

Nota.

Postremo ex verbis allegatis epistolæ Adriani prædicta interpretatio deduci nequit. Siquidem de Christo nunquam dixit opus illius esse, vt esset seruus, sed solum, vt esset vnicus, & proprius filius, nostrum autem esse dixit, seruos esse conditione: hoc est, sorte natura nostra: gratia vero adoptionis, esse filios. Hæc etiam interpretatio Concilij, ratione 6. quam cap. sequenti afferemus, satis aperte confutabitur.

Quarta refu-
tatio.
Verba Adria-
ni explicãtur

110

Posterior interpretatio confutatur.

C A P V T V.



Posteriorem interpretationem, quam alij recentiores prædictæ adhibent definitioni, vt in sua antiqua opinione permaneant, excogitatam etiam existimo.

Elipandus spiritum seruitutis & coactionis tantum in Christo potuisse aliquos affirmant.

Sex rationibus refellitur predicta interpretatio. Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio ex verbis Elipandi desumpta.

Quarta ratio ex eod. Elipando collecta

existimo. Afferunt in Elipando solum damnari, quod dixerit, Christum ita esse seruum Dei, ut spiritu seruitutis quasi coactus, Deo obediret: non quod Christo seruitutem naturalem iure creationis cum spiritu filij concesserit. Verum cum nec minimum testimonium, aut ipsius Elipandi, aut Concilij, aut Adriani possint proferre, videntur sane mihi nodum in scirpo quærere, dum talem explicationem de suo sensu comminiscuntur: quos his sex rationibus reuinci non dubito.

Prima ratio. Si hic fuisset sensus Elipandi, probassent Adrianus & Concil. aliquo testimonio, vel ratione, Christum non metu, aut timore pœnæ, sed amoris potius affectu, nostram salutem fuisse operatum: at nihil tale in Concilio aut Adriano reperies: signum ergo est, contra hunc sensum non pugnasse.

Secunda. Ut cap. 7. videbimus, ea ratione probant, Christum non esse seruum secundum humanitatem, quia eadem persona non potest esse serui, & domini; & quia ille, qui adoratur ut Dominus, seruus esse non potest: hac autem ratio probat, Christum non esse seruum alio etiam modo, quam timore pœnæ, ut ibidem monstrabitur.

Tertia ratio. Ex confessione Elipandi manifestum est, Christum propter condicionem solum naturæ assumptæ, seruum ab eo fuisse appellatum: ergo non propter affectum timoris. Dicit enim hoc modo, *Quem* (scilicet filium Dei) *sacra Scriptura testatur, pro salute humani generis deitate exinanita hominem factum, circumcisum, baptizatum, flagellatum, crucifixum, mortuum, sepultum, seruū, peregrinum, leprosum, & quod deterius est, non solum ab Angelis, sed etiam ab hominibus minoratum, vermem dictum, &c.* at de timore seruili pœnæ, nec minimum indicium in tota confessione reperies. Unde ergo predicti Doctores hanc interpretationem eruere poterunt?

Quarta ratio. Idem Elipandus in fine suæ confessionis, exhortans omnes fideles ad Christi imitationem, ita loquitur. *Quasi conformes sunt omnes Sancti huic filio secundum gratiam, & cum adoptiuo adoptiuo, & cum aduocato aduocati, & cum Christi*

III

Elipandus

Elipandus

cum Christo Christi, & cum paruulo paruuli, & cum seruolo seruuli. Elipandus autem non putauit, omnes Sanctos, & filios Dei adoptiuos duci timore pœnæ. Subiungit enim statim in ipsa confessione. *Credo etiam ipsa Spiritus sancti charismata gratiarum, Spiritum sanctum esse adoptiuum* (id est aduocatum) *in quo clamamus Abba Pater*: Fatetur ergo cum Paulo ad Rom. 8. filios Dei non accepisse spiritum seruitutis iterum in timore, sed spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo affectu, non timoris, sed amoris inuocant Abba, id est Patrem suum. Quis autem credat hunc spiritum amoris, concessisse Elipandum hominibus iustis; & Christo, quem sciebat esse caput omnium, & autorem salutis, denegasse? aut unde quis credere potest, Elipandum Christo vtrumque affectum tribuisse, qui optime ex Ioanne sciebat, in viris perfectis spiritum timoris, aut nihil, aut patum operari?

Paulus. Rom. 8.

Co. Frac.

II

Adria.

Quinta ratio. In Epistola Concilij ad Episcopos Hispaniæ longe post medium, ita dicitur. *Et si eum Propheta seruum nominasset, non tamen ex conditione seruitutis sed ex humilitatis obedientia, qua factus est Patri obediens usque ad mortem.* Sentiunt ergo Patres Christum dici non posse seruum ex aliqua conditione seruitutis, quæ opponitur ingenuitatis: sed ex sola obedientia, quæ etiam in liberis, & in genuis, subditis tamen reperitur. Quomodo ergo predicti Doctores solum spiritum timoris seruilis denegant Christo: conditionem vero, & statum seruitutis, præter solam subiectionem concedunt. Quod si in Christo talis condicio seruilis esset, non ob solam subiectionem, & obedientiam, quæ etiam in ingenuis reperitur, seruus diceretur, & esset.

Sexta ratio, quæ sumitur ex Epistola Adriani, non minus efficax est: & priorem quoque interpretationem perspicue refellit. Adrianus namque totis viribus contendit, explicare omnia testimonia veteris Testamenti, quibus videtur Christus seruus appellari. Respondet autem hoc modo. *Nam & si in umbra prophetiæ dictus est seruus propter seruilis formæ condicionem, quam sumpsit ex Virgine, sicut scriptum est, confiderasti seruum meum Iob, &c.* Hoc nos unum cum Beato Gregorio

Quinta ratio ex verbis Concil. Fran.

Sexta ratio ex epistola Adriani densitate efficax. Omnia loca testamenti, in quibus de seruitute Christi sermo videtur fieri, Adrianius intelli interpretatur.

intelligimus, & secundum historiam de sancto Iob, & allegorice de Christo dictum. Nunquid propterea serui ei nomen imponere debemus, quia sub persona Iob Scriptura cum typice designat? Deinde illud Psalmi 115. Ego seruus tuus, & filius ancilla tua: & Psal. 85. Saluum fac filium ancilla tua, & Esai. 44. Noli timere seruus meus Iacob, eodem modo, nempe tropico & allegorico sensu, de Christo intelligit Adrianus: & post aliquantum subiungit. Postquam autem cessauit umbra veritatis, & ipsa in promptu manifestata est veritas, que sub allegorica sylua latebat, nusquam eum à Patre seruum vocatum legimus, sed filium, & dilectum suum. Frustrà autem laborasset Adrianus, si aliquod genus veræ seruitutis Christo reliquisset. Deberet namq; fateri, de illo genere omnia testimonia citata intelligenda esse, nec conditionem serui ipsi posset denegare. Cum ergo contendat, prædicta testimonia, & reliqua omnia figuratè solum, & allegorice de Christo esse accipienda, ne vere seruus dicatur; & ita in nouo Testamento nunquam seruum fuisse vocatum; non modo spiritum timoris pœnæ, sed etiam omne genus seruitutis ab humanitate Christi post assumptionem remouet. Neque obstat, quod naturam humanitatis vocauit condicionem seruilis formæ. Ipsa enim ex se seruilis est forma: at sub conditione seruili mansisse, non tantum non fatetur, sed etiam planè inficiatur: vt patet ex verbis recitatis.

Christum non esse seruum, autoritate Scripturæ, & Patrum monstratur.

CAPVT VI.

Missis Scripturæ testimonijs, ex quibus cap. 7. rationem præcipuam huius doctrinæ deducemus, vnicus locus nobis sufficiat, qui licet sit à negatione, ex quo efficax argumentum deduci, vt plurimum non solet; in præsentia tamen materia magni momenti censeretur debet. Tum quod illo Adrianus vtitur in sua epistola: tum etiam quia circumstantiæ, quas Adrianus ex-

Ps. 115.
Ps. 85.
Esai. 44.

114

115

Omnia loca testamenti figurate Christum seruum vocant.

Humanitas ex se licet seruilis forma sit, in sub conditione seruili non mansit



Primum argumentum ab autoritate scripturæ.

nus expendit, mirifice rem ipsam confirmant. Verba Adriani sunt, quæ præcedenti cap. proxime retulimus: quibus docet in antiquo Testamento, allegorice quidem, & in figura Christum dictum fuisse seruum: & eadem ratione postea dicit, vocatum fuisse petram, leonem, &c. subiungit autem: Enimvero in ipso etiam articulo passionis, in quo seruilis forma pati parata erat, vbi omnis humana condicionis infirmitas monstrabatur, non eum Dominum appellauit, sed Patrem: Pater (inquit) si fieri potest, transeat à me calix iste. Quoniam magnum pietatis sacramentum, quod apparuit in mundo iuxta Pauli vocem adsumptum est in gloria. Nullus vnquam Euangelistarum, nemo Apostolorum, seruum eum commemorat; sed Dominum, & Salvatorem. Paulo inferius eandem affert rationem, quâ supra reddiderat. Quia nimirum iam reuelata, & impleta erat omnis figuratæ loquutionis obûbratio. Ipse enim de cruce testimonium perhibuit, nam cū accepisset acetum, dixit, consummatum est. Certe argumentum Adriani à negatione, omnibus circumstantijs bene ponderatis, efficax est. Nā si in manifestatione Euangelij Christus toties cum Patre loquens, & præsertim tempore, quo eius humanitas in vitæ discrimine, & tanta anxietate posita, Patris ope indigebat, non Dominum, sed Patrem ipsum appellauit, Matth. 26. Pater, si fieri potest, &c. maxime credibile est, seruilem condicionem, in ea non mansisse. Nunquam enim magis, quam in eo articulo, suam imbecillitatè experta, se ipsam seruam Patris confiteri deberet.

Adr.

116

Mat. 27

Damaſc.
Ioan. 20.

Adr.

Nullus Euangelistarum, nemo Apostolorum, seruum eum appellat.

Optima Adriani ponderatio.

Cōsonat etiā Adriano Damascens 4. de fide cap. 3. explicans enim illud Ioan. 20. Ascendo ad Deum meum, & Deum vestrum, ita loquitur. Non dixit, Deum nostrum, sed Deum meum, si subtili mentis agitatione id, quod oculis cernitur, ab eo, quod mente sola percipitur, distinguas: & Deum vestrum, vt opificem, ac Dominum. Vult ergo, aliter Christum vocasse Patrem, Deum suum, aliter Deum nostrum: suum enim tantum vocauit Deum, non vt Dominum: nostrum autem dixit, vt opificem, & Dominum. Idem dicit Damasc. eodem lib. cap. 19. vt sequenti cap. videbimus. Eodem modo expendit hunc locum Adrianus in sua epistola, quem sequenti cap. citabimus. Quare

kk minus

Expenditur
locus Mat. 11.

minus probari nobis debet sententia Athanasij, utpote
Adriano contraria, dum in oratione; contra Arrianos,
explicans illud Matth. 11. *Confiteor tibi Pater Domine celi &
terra*, inquit de Christo, à tempore indutæ carnis, Patrem
suum Dominum appellasse: quo indicare videtur, Do-
minum suum dixisse. Putat enim, Christum se ipsum com-
prehēdisse sub illis verbis *celi & terra*, quibus omnis crea-
tura denotatur. Et quidem contra Athanasium, ipse tex-
tus se videtur explicare. Christus enim Deum vocavit,
Patrem suum: deinde addit, *Domine celi & terra*, plane in-
dicans, aliarum rerum Dominum esse, suum autem Patrē.
Qui autem Patrem appellat, non potest Dominum voca-
re. Ut plane colligitur ex Damasc. quem sequenti capite
in fine allegabimus. Nonnulli recentiores afferunt Eliam
in orat. i. Nazianz. in illa verba, *pacis, iustitiæ, sanctifi-
cationis, &c.* quod dixerit, in nouo Testamento Christum à Paulo
seruum nominari. Verum præterquam quod Elie auto-
ritas contra Adriani definitionem nullius deberet esse ma-
menti, si reuera contrarium affirmasset; ex verbis eius ni-
hil tale colligi potest: ait enim, *Quod autem seruus etiam, &
homo factus sit; totum. Evangelij & Apostolicarum epistolarum vo-
lumen plenum est.* Quibus solū contendit Elias contra Ar-
rianos, Verbum factū esse hominem: an vero seruus pro-
prie dicatur, non curat: nulla enim de hoc erat cōtrouer-
sia: etiam si ipsum seruum appelleret propter naturā huma-
nam assumptam: in quem sentum alios Patres Adrianus
interpretatur: ut cap. 10. videbimus. De illo vero loco ad
Philippen. 20. *formam serui accipiens*, cap. 9. dicendū est.

Verba Elie
& aliorū Pa-
trum quomo-
do sint inter-
pretanda.

Anteritate
Patrum con-
firmatur
Christū non
esse seruum.

Deinde Patrum testimonia afferemus. Primum sit Leo-
nis i. sermone. de Natiuitate post medium, vbi ita lo-
quitur. *Assumpta est de matre, hominis Domini natura, nō culpa:
creata est forma serui sine condicione seruili: quia nouus homo sic
contemperatus est veteri; ut & veritatem susciperet generis, &
vitium excluderet vetustatis.* Vbi pro *seruili*, nonnulli codices
mendose legunt *virili*. Posset quidem aliquis respondere,
Leonem solum loquutum de seruitute peccati, quia antea
dixerat, assumptam esse naturam, non culpam: intelligit
ergo

116

116

Mat. 11.

Elias

117

Philip. 20.

Leo 1.

118

Aug.

Chryf.

119

Euseb.
Emiff.

ergo naturam serui assumptam fuisse, id est, quæ alioqui
esset serua peccati, sed assumptam sine seruili condicione
peccati: cuius plane reddit rationem, cum dixit: *quia nouus
homo, &c.* quibus verbis, de seruitute & vitio peccati, ser-
monem habet. Verum qui attente leget Leonem, manife-
ste deprehēdet, de quocunq; genere seruitutis intellexis-
se. Duo namq; dixerat, & quod assumpta fuerit hominis
Domini natura ex Virgine, in quo plane ostendit, ipsum
esse Dominum, non seruum: & quod culpa huius naturæ,
assumpta non fuerit. Quare quod subdit, *Creata est forma
serui sine condicione seruili*, ad illud prius refertur, quod di-
xerat, *Assumpta est hominis Domini natura.* Quando vero ad-
dit, *Quia nouus homo sic contemperatus, &c.* ad posterius re-
fertur, quod dixerat: nempe culpam non assumpsisse.

Secundum sit Augustini, quod Concilium adducit, ex
homilia 36. in hæc verba. *Dominus noster etiam in forma serui
non seruus, sed in forma etiam serui Dominus fuit.* Testimoniū
hoc, in Augustino inuenire non potui.

Tertium sit Chrystostomi qui homil. 13. in epistolam ad
Hebræos in illa verba, *hoc enim semel fecit, &c.* ita scribit. *Ne
putes eum sursum stare, & ministrum esse, ostendit; quia dispēsa-
tionis res ita est. Sicut enim seruus factus est; sic etiam Pontifex, &
minister. Sed sicut seruus factus, non mansit seruus; sic & minister
factus, non mansit minister; on enim ministri est, sedere, sed stare.*
Intelligit ergo Chrystostomus hæc duo, scilicet, ministrum
esse, & seruum, solū Christo conuenisse secundum offi-
cium, & ministerium; non secundum condicionem natu-
ræ. Si enim seruitus illi hoc modo conueniret, consequē-
retur adhuc in dextera Patris sedentem, mansisse seruum;
cuius oppositum sentit Chrystostomus: solum ergo tribuit
illi seruitutem, non secundum condicionem, sed secundū
ministerium serui, quod vsq; ad mortem tantum præsti-
tit, & iam in gloria deposuit.

Quartum testimonium sit Eusebij Emiffeni homil. 6. de
Paschate, vbi postquam dixit, Deum obtulisse pro nostro
peccato hominem iustum, & purū; subiungit hæc verba.
Sed talem nostra regio non habet, quia non subuenire peccato po-

kk 2 terat,

Optime ver-
ba expendus
tur Leonis.

Seruus & mi-
nister dicitur
Christus se-
cundū officium
non secundū
naturæ condī-
tionem.

erat si mihi peccato obnoxius, nec interuenire pro seruis, astrictus legibus seruitutis. Ex alia ergo regione venturus erat, ut posset offerri pro debitoribus absolutus, pro iniquis iustus, pro peccatoribus innocens, pro hædis agnus, qui esset exterius eiusdem generis, non eiusdem condicionis, ac longe alterius libertatis. Concedit ergo exterius, id est, in humana natura fuisse eiusdem generis, sed non eiusdem condicionis: & longe alterius libertatis. Ipsam autem non solum loqui de libertate à peccato, & de seruitute illi opposita, patet. Vtrumque enim dixit, videlicet, neque pro peccatoribus peccatorem, nec pro seruis seruum potuisse satisfacere. Cumque dicat absolutè esse alterius condicionis, & longe alterius libertatis, plane omne genus seruitutis denegat Christo.

Christus est in humana natura sit eiusdem generis, non tamen eiusdem condicionis.

Quintum testimonium sit Cyrilli Alexand. in expositione Symboli Niceni circa medium, ubi sic ait. *Accepit autem (scilicet Christus) formam serui, ut liberi, non seruus existens ad libertatis redijt gloriam. In similitudinem hominum factus est, qui in forma, & in Patris aequalitate non homo existens, ut fieret in similitudinem Dei, secundum participium locupletatus est.* Achi diceret, formam serui accepit, sed liberi manentis. Et ideo dixit, ad libertatis redijt gloriam: quod secundum humanitatem, intelligendum est. Ostendit autè vno verbo radicem, & causam, ob quam natura illa ingenuitatem fuerit consequuta. Quia secundum participium diuinitatis locupletata est. Quam rationem infra cap. 8. fufius explicabimus. Est aliud testimoniũ Theodoret, quod cap. 9. adducemus, & omnium clarissimum est Damasceni lib. 3. de fide cap. 21. quod sequenti cap. recitabitur.

120
Cyrill.

Radix libertatis in Christo participi in fuit diuinitatis.

Theod.
Damasc.

Christum non esse dicendum seruũ cū additamento secundum humanitatem, alijs testimonijs ostenditur.

C A P V T VII.

EA omnia, quæ præcedentibus capitibus adduximus, non solum probant, Christum nõ esse dicendũ seruum absolutè;

121

absolutè; verumeriam neque cū additamento illo secundũ humanitatem. Ex dictis namque colligitur, nullũ genus seruitutis in humanitate Christi mansisse: sed ipsa vnione ingenuitatem fuisse consequutam, ut discurrendo per singula patebit. Quod si Christus cum additamento illo, seruus esset, & diceretur: in ipsius humanitate aliqua condicio seruitutis mansisset. Ijs tamè, quæ hætenus adducta sunt, placet alia non minoris momenti addere, quibus hoc ipsum magis confirmetur. Primò quidem constat definitionem Adriani, & Concilij editam fuisse contra Elipandum: certum ergo esse debet, in sensu Elipandi illam propositionem *Christus est seruus*, damnatam fuisse: atqui Elipandus cum additamento illam concessit, sicut etiam Christum esse adoptiuum: ait enim in illa sua confessione, *Sic in Verbo Dei pro suis officijs, diuersa munerum vocabula, quæ nequaquam diuiduntur ponimus. Quoniam sacra Scriptura testatur, pro salute humani generis deitate exinanita, hominem factum, circumcisum, baptizatum, flagellatum, crucifixum, mortuum, sepultum, seruum, peregrinum, &c.* Concedit igitur Elipandus, cum additamento prædictam propositionem. Perinde enim est dicere ipsum hominem factum, & seruum; atque seruum secundum humanitatem, quam assumpsit. Quare Adrian. & Concilium, etiam cum additamento prædictam propositionem damnarunt.

Elip.

122

Adr.

Secundò Adrianus in illa sua epistola post medium, ita ait. *Nam & Deus, & homo erat, qui secundum Deum dicebat, Ego, & Pater vnum sumus: & secundum humanitatem, Pater maior me est: & tamen non ait, Pater Dominus meus est.* Existimat ergo, etiã secundũ hominẽ dicere nõ potuisse, *Pater Dominus meus est.* Et inferius non longe à fine docet, descensum Spiritus sancti in Christum fuisse secundum humanitatem, & de eo secundum humanitatem dixisse, *Hic est filius meus dilectus.* Subiungit deinde Adrianus: *Animaduertite, quia nihil vobis restat, ut secundum diuinitatem tantummodo credatis, dixisse Patrem, Hic est filius meus dilectus, &c.* & replicans Adrianus addit. *Ipse vtiq; vnus proprius, & dilectus, & nõ seruus, & adoptiuus.* Et Concilium Fracofordienſe in illa epistola

Humanitas Christi ipsa vnione ingenuitatem est consecuta.

Quo sensu damnata fuerit hæc propositio, Christus est seruus.

Secundum humanitatem Christũ esse seruum, dixit Elipandus.

Præclara testimonia.

Conc.
Franc.

KK 3 stola

stola longe à medio. *Quid est aliud dicere, eandem Virginem, adoptivum, vel servum genuisse, nisi negare, Deum illam genuisse? Si Deus generatus est, nequaquam adoptivus, sed filius, (intelligit naturalem) quia alia persona est proprii filij, alia adoptivi filij, vel servi.* Existimat enim non posse, in eadem persona manere servum, & hominem, licet neque filium adoptivum Dei, & Deum. Quod si cum additamento servus esset, sine dubio in eadem persona manere posset servus, & Dominus, sicut licet sine additamento dici non posset Christus creatura, sed cum additamento: in eadem tamen persona simul esset utrumque, & paulò post. *Credamus eum Dominum & non servum ipso dicente, Vos vocatis me, magister, & Domine, & bene dicitis, sum etenim: & verum Deum, utrumque Dei filium in utraque natura, divina, scilicet, & humana. Credamus eum omnia velle, quæ meliora sunt, omnia posse, quæ vult. Quis negat meliorem esse proprietatem in filio, quam adoptionem? & dū omnipotens Dei filius nostræ fragilitatis naturam in unitatem suæ personæ adsumere voluit, ut esset mediator Dei, & hominum: cur non debuit ex meliori filiorum dignitate, & multo excellentiori, nostram sibi in unitate personæ adsociare humanitatem: quatenus sua gloriosa, & propria nobilitate nostræ servitutis redimeret ignobilitatem.* Vbi sentit, ipsam humanam naturam ingenuitatem fuisse in Christo consequutam, & à servitute redemptam nobilitate gloriosa personæ, & in vna persona Dominum, & servum manere non potuisse: sed in utraque natura, proprium filium esse: ergo nec secundum humanitatem servus proprie dici potest. Et Carolus Magnus in epistola ad Elipandum, quæ est in eodem Concilio, in confessione fidei inquit de Christo. *In forma Dei creator, in forma servi Redemptor.* Qui iuxta phrasim Adriani, cuius verba superiori capite retulimus, Redemptorem, seu Salvatorem seruo opponit. Idem enim reputat esse salvatorem, & Dominum: refugit ergo, etiam cum additamento servum appellare: solumque tribuit ei naturam servi, id est, quæ ex se servilis est conditionis.

Postremo est præclarum Damasceni testimonium tertio de fide cap. 21. vbi ex professo probat, Christum nec igno-

Ex unione humanitas con-

Redemptor seruo opponitur secundum Adrianum.

123

124

Carolus Magnus.

Damasc.

ignoratione laborasse, nec naturam servam assumpsisse. Et parum ante medium, postquam de ignorantia disputavit, subiungit hæc verba de servitute. *Quin illud quoque sciendum est, cum, ne servum quidem dicere, nobis licere.* Et paucis interiectis: *Nam quemadmodum de ignorantia à nobis dictum est, si ex libris quibusdam cogitationibus, hoc est, subtilibus mentis imaginationibus id, quod creatum est, ab eo, quod increatum est, seiunxeris: sane servilis ordinis esset caro, nisi Deo Verbo copulata esset.* At cum semel ei personaliter unita est, quonam iam pacto in servilem classem redigetur? Et ubi ratione efficaci hoc probavit, quam sequenti capite proferemus, colligit hoc modo. *Ex quo perspicue constat, eum appellatione dumtaxat, ac nomine servum dici, cum hæc minime sit: verum nostræ causa servi, formam suscepit, ac servus nobiscum vocatus sit.* Ex quibus verbis Damasceni primo colligitur: nullum genus servitutis proprie in humanitate Christi mansisse. Nam si aliquod post assumptionem ei conveniret, liceret, Christum servum appellare: neque enim ut servus proprie diceretur, necessarium erat, omne genus servitutis in humanitate illius mansisse. Secundò, si in Christo reuera conditio aliqua veræ servitutis existeret, non sola voce servus diceretur, sed re ipsa esset. atqui Damasc. ait, Christum appellatione dūtaxat, ac nomine servum dici, cum hoc minime sit, sicut Adrianus notavit, Christum dici lapidem, leonem, &c. figurate nimirum, & per allegoriam; ergo nullum ei genus servitutis convenit. Tertio non solum consequitur ex verbis Damasceni, Christum non esse dicendum servum absolute, sed neque cum additamento secundum humanitatem. Nam si cum additamento dici posset, ipsi humanitati conditio servitutis inesset: sed de illa dixit Damascenus, *Servilis ordinis esset caro, nisi Deo Verbo copulata esset, at cum semel ei personaliter unita sit, quonam iam pacto in servilem classem redigetur?* fit igitur, ut assumptione ipsa statum ingenuitatis fuerit consequuta.

126 Damasc.

Consonat his omnibus idem Damasc. lib. 4. de fide cap. 19. ita scribens. *Nam si quæ reuera disjungi nequeunt, hoc est, car-*

Pulchrum testimonium.

Christus appellatione dūtaxat servus dicitur cū talis minime sit. Nullū genus servitutis in Christo post assumptionem mansit.

Nota.

Christus vero que cum additamento potest dici servus.

nem à Verbo animo, & cogitatione distinxeris, & seruus, & signatus dicitur: quia videlicet serue, & ignorantie laborantis natura erat: ac nisi caro Deo Verbo copulata fuisset, serua proculdubio, & ignorans existisset: verum ob personalem cū Deo Verbo vnionem, id habuit, vt nec serua esset, nec in ignorantie versaretur: eoque factum est, vt Patrem, Deum etiam suum vocarit. Quasi dicat, Deum vocauit Patrem suum, nō Dominum: id quod cap. 6. ex Adriano, & eodem Damasceno notauimus. Eadē tēre verba ex Damasceno transcripsit Nicetas lib. 3. Thefauri cap. 38. num. 5.

Ob personalem vnionem Christi humanitas nec serua nec ignorans fuit.

Nicetas

Rationes eiusdem sententia.

CAPVT VIII.

Videbitur alicui fortassis hęc nostra sententia testimonijs solum, & autoritate niti, nulla autē ratione posse comprobari: mihi vero non solū videtur, rationem efficacem pro hac sententia suppetere, verum etiam eam fuisse præcipuum, vel saltem vnum ex præcipuis fundamentis, vt eam Pontifex cū Cōcilio contra Elipandum definiret. Rationem vero paucis nobis Damascenus, & Concilium Francofordiense indicarūt. Verba Damasceni lib. illo 3. de fide cap. 21. hęc sunt. *Seruitutis enim, ac dominationis vocabula non naturas indicāt, sed ex eorum sunt genere, quę ad aliquid referuntur: quemadmodum & paternitatis, ac filietatis voces.* Quibus sanē supponit, nō satis esse manere eandem naturam secundum substantiam, quę alioqui ex se seruitutis condicionem haberet, vt in omni statu eius seruus dicatur, qui illam habet, sed necessarium esse, manere sub eadem relatione, & habitudine. Quare si relatio seruitutis in ipsa nuda natura secundum substantiam suam intrinsecē fundamentum nō habet, sed aliquas circumstantias extrinsecas pro fundamento postulat: poterit quidē ita manere natura substantialiter, vt ratio seruitutis ei non conueniat, sicut inferius perspicuū fiet. Ex definitione vero, & proprietatibus seruitutis constat, de

127

Damasc.

Vt seruus quis dicatur, non sufficit habere naturam seruilem sed etiā alias condiciones seruitutis.

128

Arist.

stat, de ratione serui esse, ita sub alterius dominio constitui; vt cum eo nec in bonis, nec in honore, nec in sede cōmunicet. Sic enim definit Arist. seruum 1. Politicorū cap. 3. dum dicit, ipsum esse alterius. Neque verò ad rationem serui satis est, nullum in rebus dominium habere. Nam & filius, qui natura ingenuus est, nec Patris vllō modo seruus esse potest, antiquissimo iure nullum in rebus dominium habebat, sed omnia illius bona profectitia erant: nam dominium castrensiū, & quasi castrensiū, & aduentitiorū, iure Cęsarum introductum est: poterat ergo filius manere in statu filij, etiam si leges nullum ei dominium concederent; sed omnia bona illius Patri aduenirent. Imò vero, etiā si cōcessum esset patri dominiū vitę filij, vt ipsum occidere posset, cum vellet, maneret in statu filij, nec serui condicionem, comparatione patris haberet. Maneret nāque communicatio in bonis, quia futurus erat hęcres: & in honore, quia Patris honorem aliquo modo participaret: quę à conditione serui aliena sunt. Fundamētum ergo relationis seruitutis nō est ipsa natura nuda, sed addita negatione communicationis in bonis.

Ad seruitutis rationem non satis est non habere eim rebus dominiū.

Quod sit fundamentum relationis seruitutis.

Christus secundum proprietatem vere non esse, cum enim humanitas illius ratione vnionis ipsa deitate sanctificata, & quasi igne quodā penetrata, strictissimo vinculo, & iure in bonis deitatis communicauerit; fit, vt sub conditione seruili non manserit: sed ad statum deificationis euecta, statum ingenuitatis fuerit consequuta: tametsi natura sua in se ipsa inferior, & subiecta manserit deitati. Quocirca Damascenus loco citato, iacto illo fundamento, vt probet naturam humanam post assumptionem in seruilem classem redigi non posse, sic arguit. *Nam cum vnus sit Christus, sui ipsius profecto & seruus, & dominus esse nequit: hęc enim non eorum numero sunt, quę simpliciter dicuntur, sed quę cū aliquo cōferuntur, id est, non absolute, sed relate ad aliquid dicuntur.* Subdit, *Cuiusnam igitur seruus erit? Patrisne? ergo nō omnia, quę Pater habet, filij quoque sunt: siquidem Patris est.* Ac si dicat ser-

129

Argumentatio Damasceni efficax.

Christus secundum humanitatem communicat in omnibus bonis cum Patre.

Triplex communicatio humanitatis Christi cum Deo. Prima est de unitate participatio, quæ & unctio dicitur a patribus.

Præclarum testimonium.

cat, seruus, alicuius esse debet seruus, relate enim dicitur: Christus autem sui seruus esse nequit; intelligit plane secundum eandem naturam: nec Patris esse potest: quia ipse, & Pater omnia bona habent communia: Christus enim etiam secundum humanitatem, communicat cum Patre in omnibus bonis: ergo Patris seruus esse non potest: atque eadem ratione nequit secundum humanitatem, esse seruus sui secundum diuinitatem, quia sicut humanitas habet hanc communicationem cum Patre in bonis, habet etiam cum filio secundum deitatem; cuius ergo alterius seruus esse poterit? certe nullius.

Est autem triplex in bonis communicatio humanitatis Christi cum Deo. Prima, cæterarumque fundamentum, in eo posita est, ut in ipsa humanitate habiter omnis diuinitatis plenitudo corporaliter, id est, vere secundum essentiam; non solo affectu, & participatione: ipsa que sit unctio, qua delibuta humanitas Verbi, deificetur, & sanctificetur: & ideo Christus, id est, unctus oleo iustitiæ præ alijs cõsortibus dicatur. Sic nobis tradiderunt sancti Patres antiqui, Dionysius Alexandrinus in epistola ad Paulum Samosatenum, quæ est in Hoplothea Turriani, Nazian. oratione 56. quæ est 4. de Theologia num. 93. & in oratione 42. quæ est secunda in Paschate, ubi affert figuram agni paschalis, & oratione 51. quæ est prima ad Cledonium, Hilarius 7. lib. de Trinitate post medium, explicans illud Ioannis 10. *Quem Pater sanctificauit*: Cyrillus lib. 4. in Ioannem cap. 29. & in libro ad Theodosium de recta fide post medium, explicans quare Christus dicatur, & in scholijs de Incarnatione vnigeniti cap. 12. Basilius in illud Psal. 44. *Propterea unxit te Deus*; Greg. Mag. lib. 9. Epistolarum Epistola 61. post medium illius, Dam. lib. 3. de fide cap. 3. Elias Cretensis in orationem primam Nazian. in illa verba, *ac demones quidē & c.* Atha. orat. contra Arrianos post 4. sermonem, quæ est in illa verba, *ex Deo Deus est Verbum*; ubi ita scribit. *Ego enim sum chrisma loquitur Verbum Dei, siue unctio: Christusque siue unctus homo, qui a me assumptus est.* Idē videtur asserere Fulgentius lib. 3. ad Trasimundum cap. 13. & lib. de gratia Domini

130

Dionys. Alex. Nazian.

Hilarius

Cyrillus

Basilius. Gregor. Magn. Damasc. Elias Creten. Athan.

131

Fulgent.

Ci. Frō

Aug.

Dionys. Alex.

132 Leo. 1.

Leo. 1.

133

mini nostri Iesu Christi cap. 10. Demum nostrum Conciliū Fracof. in prædicta Epist. col. 7. ubi Iesum appellat natura unctū, cæteros autem, unctos dono gratiæ. Ideoq; Aug. in Enchiridio appellauit gratiā Christi naturalem, quia ut ait Dionysius Alexandrinus, ipsa re, & natura sanctitatis sanctificabatur, id quod fusius explicabitur in tertiā partem Sancti Thomæ q. 7. art. 1. fuit ergo hæc prima bonorū communicatio, cæterarumque fundamentum.

Secunda vero comunicatio humanitatis Christi cum deitate in bonis quæ statui seruitutis cõuenire nequit, in eo cõsistit, ut ipsa deitate sanctificata, sicut dictū est, digna reddatur sede Maiestatis, & eodē cum ipso Deo cultu adoratur: est autē apparatus exemplum coniugij corporalis quod suapte natura talis virtutis est; ut si aliquis ducat uxorem, quā antea seruā & ancillā habuit, iā deinde illa ad dignitatē matrimonij euecta, absq; alia lege, aut pacto, in re ipso cõiugij libera, & ingenua permaneat. Ita affirmat Leo 1. in Epist. ad Rusticū cap. 4. his verbis. *Nō omnis mulier iuncta viro, vxor est viri: nec omnis filius hæres est Patris. Nuptiarum autem fœdera inter ingenuos sunt legitima.* Et ratio est manifesta. Ita enim arctum est vinculum coniugij; ut duo sub eodē thalamo cõmorētur, & eodē titulo, & nomine gaudeāt honoris, Regis videlicet, aut Imperatoris, &c. atque postquā cõsumatū fuerit matrimoniū, dicatur vna caro: multo igitur maiori ratione, unio hypostatica cum persona diuina, quæ nō affectu, sicut matrimoniū, sed substantialiter vnit extrema, eā vim habeat; ut naturā cõditionis feruilis ingenuā efficiat, & liberā, siquidē illa ita deificat, & ipsa deitate quasi igne quodā penetrat, ut in eadē sedē & gloriam asciscat, & eiudem nominis, & personæ efficiat participem.

Hanc communicationem honoris, & sedis, expresserunt nobis multi Patres. Leo primus in sermone 1. ascensionis, *Et reuera* (inquit) *magna erat & ineffabilis causa gaudendi, cum in conspectu sancte multitudinis, super omnium creaturarum celestium dignitatē humani generis natura cõscēderet, super egressura angelicos ordines, & ultra Archæglorū altitudines. eleuāda, nec vlt-*

Iesus natura unctus est alij sancti dono gratiæ. Gratiā Christi cur ab Augustino naturalis dicatur.

Secunda comunicatio est in eadē sede Maiestatis, & honoris. Simile aptum.

Vinculū matrimonij duos facit eodē thoro & honore gaudere, cur non unio hypostatica.

Pulcrum testimonium. Humanitas Christi euecta est ad Patris cõsensus & gloriæ thronum.

hinc

Nota.

lius sublimitatibus modū suae proiectionis habitura, nisi aeterni Patris recepta cōfessu, illius gloria sociaretur in throno, cuius natura copulabatur in filio. Idē habet Chrysof. tomo 3. sermone de Ascensione, vbi ait, naturam humanam in Christo ad sedē Dominicam eleuatam fuisse. Quod vero ait, id meruisse, improprie est intelligēdum, vt vulgo dici solet, nec enim proprie meruit vnionem, per quā sedem Dominicā adpta est. Et Cyrillus in apologetico pro 12. capitibus, in defensione octauī Anathematismi docet, humanitatem cum Verbo vna & eadē cōsidentia, nō pluribus adorari: vt lib. 1. de adoratione disput. 4. cap. 5. vidimus: hoc est, eandem esse sedem Dei, & agni. Demum Damascenus lib. 4. de fide cap. 2. explicans hāc humanitatis sessionem ad dexteram Patris, ita loquitur. *Quocirca per paternā dextrā vocabulum, nihil aliud significamus, quam diuinitatis honorem, atque gloriam: in qua cum Dei filius, vt Deus, eiusdemque cum Patre substantiā, ante secula esset, ad extremum incarnatus, corporeoque modo consistet in eādē nimirum gloriam ascita ipsius carne: vna etenim, eademq; cū sua carne adoratione, ab omnibus rebus cōtū afficitur.* Multo ergo altius Christi humanitas in throno deitatis copulata est, quam vxor mariti throno coniūcta. Humanitas enim in eadem sede cum Deo posita est, vxor vero nō in eadem sede, sed sub eodem thalamo collocata.

Tertia cōmunicatio humanitatis in Christo est in nominis dignitate.

Christus Deus homo aut simul Deus vocatur.

Tertiō, sicut in matrimonio vxori communicatur dignitas nominis, quo maritus insignitur: nam vel Ducissa, vel Regina, vel deniq; Imperatrix cognominatur, iuxta varias dignitates mariti, & ideo non potest, sub seruili cōditione manere: sic etiam humanitas deitatis nomen multo altiori ratione fuit consequuta. Nam homo ille nō diuinus, sed Deus, & θεῶν ἄνθρωπος theanthropos, dicitur, id est, Deus homo. Sic appellauit Iacobus Billius in Scholijs in orationē 36. Nazianzeni num. 90. quod Scholion fatetur sumpsisse ex Elia Cretensi. Dicitur etiam ὁμοθεός homotheos, id est, simul Deus, sicut ipsum nuncuparunt Greg. Nazianzenus oratione 2. de Paschate, quae est 42. & Damasc. 4. de fide cap. 19. longe ante medium. Quam vocem Billius in

Chryf.

Cyroll.

Damasc.

193

Iacobus Billius

Greg. Naz.

vtro-

vtroque Patre non recte transfert, diuinitatis sociā. Nam si reddas verbum ex verbo, denotat idem, quod latine simul Deus: quae vox plus, quam sociā deitatis significat: rectius ergo vertisset simul Deus. Hanc communicationem dignitatis in nomine notauit recte Fulgentius in lib. 3. ad Thrasimundum cap. 13. vbi ait. *Qualiter autem homo ille habere potuit Dei nomen: nisi quoniam a Deo susceptus, vnā cum eo possedit nominis dignitatem?* Parum autem obstat, quod hāc nominis communicatio solum fiat inter concreta: nam & ipsum concretum humanitatis, scilicet homo, pro natura ipsa in concreto supponi, plane indicat Fulgentius, cū ait; hominem susceptum, vnā cum Deo possedisse nominis dignitatem: & ratione hoc ipsum probabimus in tertiam partem quaest. 16. art. 1. Quare negandum non est, naturā humanam in Christo, dignitatem nominis fuisse consequutam, altiori quidem ratione, quam vxori iure coniugij dignitas nominis mariti communicatur.

Fulgent.

135

Paul. ad Eph. 5

136

Adr.

Denique si maritus iure coniugij carnē vxoris, vt propriam habet, & eam nutrit, & fouet, ad Ephesios 5. multo maiori ratione Deus, humanitatis carnem, & ossa, sua appellabit: & vt propria diliger, & fouebit: fortius ergo est vinculum vnionis in persona, quam vinculum coniugij, vt humanitatem assumptam ingenuam, & liberam hoc ipso efficiat, sicut & vinculum matrimonij vxorem liberā reddit.

Cum igitur nomen seruus ex eorum numero sit, quae nō absolute, & secundum substantiam, sed relate dicuntur: & fundamentum huius relationis, non sit nuda natura, sed alia etiā circumstantiā haecenus explicata, & illae in Christi humanitate non manserint, fit, vt humanitas Christi, relationem seruitutis ad Deum non habuerit. Hanc nostrā rationem paucis indicauit Adriaus in illa sua epistola ante medium, dum ait. *Nunquid docuerunt sancti Patres Ecclesiae eum seruum, vel adoptiuum predicare: cum vniuersalis Ecclesia Euangelicis, atque Apostolicis imbuta lucidissimis documentis, Deum, ac Dominum suum totis medullis cordis, tota animi deuotione, in dextera eum Patris profitetur sedentem?* Vbi ex com-

Occurrūt obiectioni.

Coniugij iure maritus carnem vxoris vt propriā habet ita Deus humani: atem ratione vnionis.

Ex communicatione in sede & honore colligit Adriaus Christū non esse seruū.

muni-

municatione in sede, & honore, colligit Pontifex, eum
seruum Dei non esse. Et Concilium Francofordiense in **Con. Frz.**
Epistola citata aliquantulum ante finem, *Intelligite in hac
professione vestra, duplices diabolice fraudis latuisse dolos, dum
& dominum nostrum Iesum Christum, quem Deum colimus, & ad-
oramus, seruum predicatis, & adoptiuum.* Sentit ergo Conci-
lium, statum seruitutis cum adorationis, & honoris com-
municatione pugnare: & ita eum quem, vt Deum adora-
mus, seruum etiam ipsius Dei esse non posse. Nec solum
ratio predicta probat, Christum absolute seruum dicen-
dum non esse; verumetiam nec cum additamento illo *Se-
cundum humanitatem.* Monstratum namq, haecenus est, nul-
lam seruitutis conditionem in Christi humanitate man-
fuisse: optimè igitur Damascenus lib. illo 3. de fide, cap. 21. **Damasc.**
in fine dixit: *ij autem qui seruum eum dicunt, vnum Christum in-
star Nestorij in duos diuidunt.* Acti diceret, ex eorum senten-
tia manifestè deducitur, Christum in duas personas sol-
uendum. Nam in vna persona eius humanitas sub condi-
tione seruili, non potuit manere: eo quod habuit in bonis,
nomine, & honore eam communicationem, quae cum statu serui-
tutis omnino pugnat: vt autè superiori disputatione cap.
8. notauimus, illi, qui Christum seruum, aut adoptiuum
cum Elipando dicebant, cum Nestorio personas in Chri-
sto non diuidebant, sed ex eorum sententia, predicta di-
uisio aperte sequebatur.

**Si cum addi-
to concedatur
hac proposi-
tio, Christus
est seruus, etiā
absolute est
concedenda.**
Nota.

Porro contra aliquos, qui concedunt hanc propositionem
Christus est seruus: cum illo additamento *secundum humanita-
tem,* negant autem absolute: facile probare possumus, ab-
solute concedendam esse, si semel cum additamento illo
admittatur. Nam vt ostendemus 3. p. q. 16. art. 8. si semel hæc
propositio censetur vera, *Christus in quantum homo, est crea-
tura,* absolute, & sine additamento concedi debet. Sic enim
vniuersim verum arbitror, quoties particula *in quantum,*
non est particula secundum quid, nec determinat partem
aliquam integram. Est autem nihilominus peculiaris
ratio in illa propositione, *Christus incipit esse:* hæc enim
cum additamento, *secundum humanitatem,* concedi debet, nõ
tamen

137

238

tamen absolute. Nam terminus ille *esse,* in priori proposi-
tione sumitur pro esse Dei, in posteriori vero pro esse
humano. Similiter & illa propositio, *Christus est subiectus
sibi, vel est sibi Deus,* absolute vera non est: cum determina-
tione autem debet concedi, vt in 1. cap. notauimus: in reli-
quis tamen videtur absolute concedenda propositio, quæ
cum additamento conceditur: in qua voces naturarum in
Christo invicem predicantur: vt fufius tractabitur in ter-
tiam partem q. 16. art. 8. & 9.

Sed obijciat aliquis. Hæc propositio *Christus est seruus,* ab-
solute denotat Christum secundum totum, quod habet, esse **Obiectio.**
alterius, tanquam domini: atqui non est alterius, vt domi-
ni secundum diuinitatem: ergo absolute non est dicendus
seruus. Nam seruus ille dicitur, qui secundum totum, quod
habet, alterius est: etiam si cum additamento recte dici pos-
set seruus secundum humanitatem: quia quidquid est, se-
cundum illam, alterius est. Respondeo sicut creatura dicitur,
quæ secundum se totam de nihilo à Deo producitur, **Solutio.**
& licet Christus secundum totum, quod habet, non sit de
nihilo productus, nihilominus dici potest creatura: quia
sensus est: Christus est aliquid, quod secundum se totum
de nihilo producitur: ita etiam dici posset seruus absolu-
te, si cum additamento diceretur: quia sensus esset, Chri-
stus est aliquid, quod secundum se totum alterius est.

139

Explicantur testimonia Scripturae, quæ
Elipando fauere videntur.

C A P V T IX.



Eliquum est, vt si qua sunt testimonia, quæ E-
lipandi sententiam adstruere videntur, in bo-
num sensum interpretemur. Sunt autè in pri-
mis, testimonia veteris Testamenti, in quibus
Psal. 115. Christus propheticè dictus est seruus. **Psal. 115.** O Domine, quia
Psal. 85 ergo seruus tuus sum, & c. & **Psal. 85.** Saluum fac filium ancillæ tuæ
Isai. 44. noli timere serue meus Jacob. Quos tres locos pro Elip. adducit
Gen. 33. Adria

Adrianus in sua epistola. Eodem modo appellatur Esaiæ 42. & 43. 52 & 53. Zachariæ 3. quæ omnia testimonia interpretatur Hieronymus de Christo. Adde illud ad Philip. 2. vbi de filio Dei carnem assumpti dicitur, *formam serui accipiens.*

Zachar. 3

Philip. 2.

Quomodo sint intelligenda loca, quæ de Christo seruo loquuntur.

Figurate Christus dicitur seruus, sicut & lapis.

Hæc tamē Scripturæ veteris testimonia explicanda sunt, sicut illa priora Adrianus intellexit: nempe de Christo, tropice tantum, & figurate; vt late ex ipso retulimus cap. 6. huius disputationis. Affirmat namq; Adrianus, in veteri Testamento hoc tantum modo Christum fuisse seruum appellatum, nunquam tamen in nouo Testamento: vt ibidē etiam ostēdimus. Nec vero Hieronymus locis citatis docet, horum testimoniorum appellationem, secundum proprietatem Christo conuenire: sed illa de Christo spiritu Prophetico dicta fuisse, quod longe diuersum est: nā eodem spiritu dictus est lapis, Esai. 8. & 28. & tamen lapidis nomen secundum proprietatem ei nō conuenit, quia solo nomine lapis dicitur. Adrianus vero fatetur in illa sua epistola, non alio modo Christo nomen serui, quam lapidis, & Leonis conuenire, tropice nimirum & figurate. Cōsonat Damascenus 3. illo libro de fide cap. 21. cū ait; Christum appellatione dumtaxat, & nomine seruum dici; cum tamen non sit. Quia formam serui accipiens, nobiscū seruus appellari dignatus est. Eodem modo propter naturam serui dictum fuisse seruum, notauit Adrianus loco allegato. Et quod mirandum est, Theodoretus, Nestorianus cū esset, in impugnatione 6. Anathematismi Concil. Alex. vt est in libro Cyrilli ad Euoptium docet, humanitatem appellari à Paulo, formam serui in ipsa assumptione: quia assumptione præcedit vnionem: intelligit natura, & ratione: post vnionem vero non vltra locum habere nomen seruitutis, subdit rationem. *Si enim inquit Apostolus de iustis hominibus, iam non est seruus, sed filius & Dominus ad discipulos: Nō dixi vos seruos, sed amicos: multo magis initium nostræ naturæ, per quod & nos adoptionis donum asequuti sumus, à serui cognominatione liberatum est. Iam ergo existimat, peracta assumptione, conditionem seruitutis in humanitate Christi non perman-*

140
Adr.

Esai.

Damasc

Theod.

Cyroll.

141

Propter naturam serui Christus seruus dicitur.

Cur humanitas in assumptione forma serui dicatur nō vnione.

fuisse; nec à Paulo tali nomine fuisse appellatā, nisi in ipsa assumptione. Addit tamē à Prophetis hoc nomē illi fuisse tributum. Respondens autem Cyrillus, hoc solum cōcedit, quod Anathematismo illo fuerat definitum: nempe Verbū diuinū, nō esse dicēdū Dñm Christi, nec infātis illi: quia aut inepte diceret, aut induceret diuisio, vtc. i. notauit.

Cæterum verba, quæ illico subdit Cyrillus, difficiliora videntur; ait enim: *Tametsi secundum naturam propriam liber sit, utpote Deus, & ex Deo: verū tamen tamquā propriam habens propter exinanitionis mensuram, tributorum exactoribus subditus erat: atque adeo si quis dicat, seruum eum appellari propter vocem sanctorum Prophetarum, nullo modo offendi decet. Verum si recte ea expendantur, nullo modo Elipando fauere possunt: solum enim docet Christum à Prophetis seruum appellatū, propter exinanitionem: & quia sub tributis factus est. At Adrianus, & Damasc. non negant à Prophetis hoc nomine nuncupatū, sed seruitutem ipsi reuera conuenire. Nam cū asserat Cyrillus, idē seruum appellatū, quia ratione carnis assumptæ, sub tributis fuit: sentire non potuit, reuera statum serui illi conuenisse; sed solo nomine seruum fuisse appellatū. Nam Matth. 17. dixit Christus Petro, se liberū esse à tributis: sed ne scandalizarentur exactores, soluere voluisse; hac ergo ratione, solo nomine seruus fuit dictus. Hoc eodem sensu Vigilius lib. 5. contra Euthychetē columna 8. qui est tomo 5. Bibliothecæ sacræ, de Christo ait, iure dici seruum, electū, &c. & Cyrillus lib. 9. Theophrasti cap. 3. parum post initiū, sic loquitur. *Tunc igitur & Dominus, & Christus fit, quando homo factus, & Iesus, & seruus, vocatus est.* Et Nazianzenus oratione 1. quæ est 1. Apologia, circa finē illius, inter multas alias Christi appellationes ponit nomen pacis, iustitiæ, sanctificationis, redemptionis, hominis, ac serui. Hoc idem Elias ibidē dixit. Verū, vt iā notauit, hi autores vocē serui Christo tribuūt, quā nos nō degamus, eo tñ modo, qui superius explicatus est.*

142

Matth.

Vigilius

Cyrollus

Nazian.

Elias

Paulus

Phil. 2.

Explicatur verba difficilia Cyrilli.

Solo nomine Christus seruus.

Explicatur et locus Pauli.

De testimonio autem ad Philipp. 2. *formam serui accipiens*, dicimus, eo nihil probari. Ibi enim Paulus non vocat seruum Christum. sed ait formam serui accipisse: quod longe

L1 diuer-

Disput. posterior contra Elip.

diuersum est. Quid vero, nomine formæ, Paulus intelligat, non eodem modo explicant Patres. Dionysius Alex. in epistola contra Paulum Samosatenum, quam è græco transtulit noster Franciscus Turrianus, & habetur in sua Hyplothea in principio, respōdens ad septimā quaestionem, ita scribit. *Ne putaretur (scilicet filius Dei) accepisset seruum aliquem, subiungit (scilicet Paulus) multos, inquit, in similitudinem hominum factus: & postquam lauit pedes Apostolorum, ponit lint cum, formam, & habitum serui: & accipit vestimenta sua, & erudit nos mystice, inquit, Scitis quid fecerim vobis, &c. Quomodo ergo, quod est exemplum, vocaretur seruus, qui per se esset: formam enim serui, & habitum ostendit: & hoc dicit, Dedit vobis.* Hæc Dionysius, quibus intelligit formam serui, fuisse non ipsam naturam humanam; sed exemplum, & ministerium illud serui, quod in cœna Christus exhibuit. Est autem hæreticorum hæc interpretatio. Primum quidem Marcionistarum, vt affirmat Chrysostomus in homilia 7. in epistolam ad Philippenses, in illa verba citata: cū enim Catholicos vrgerent hoc testimonio, vt faterentur Christum vere naturam humanam sumpsisse, ipsi explicabant de exemplo, & apparentia serui. Negabant enim veram humanitatem à Verbo sumptam fuisse. Deinde fuit hæc interpretatio Apolliranitæ cuiusdam, vt testis est Ambrosius lib. 7. epistola 47. demum eandem sequutus est ipse Ambrosius in cōmentarijs illius loci, vbi exinanitionem, qua se humiliavit Christus, non refert ad incarnationem ipsam, sed ad passionem hoc modo. *Qui cum in forma Dei esset, id est, cum diuinis suis operibus in sua humanitate, præ se ferret diuinitatis potentiam, & maiestatem, suscitans mortuos, illuminans cæcos, &c. Semetipsum exinaniuit, id est, eadem humanitatem tempore passionis exinaniuit, quo speciem peccatorum præ se tulit.* Ambrosium in cōmentarijs sequitur Erasmus. Hæc igitur expositio amplectenda non est. Sed cū eodem Ambrosio, & Chrysostomo locis citatis, & Basilio lib. 1. aduersus Eunomiū post mediū, Cyrillo lib. 1. in Ioannem cap. 3. & epist. 1. à medio, & alijs græcis in eū locū, formam apud Paulū debemus intelligere veram naturam, non opus. Nā vt ait.

143
Dionys.
Alex.

Chrysost.

Ambr.

144

Ambr.
Chrys.
Basil.
Cyrill.

Formam serui interpretatur Dionysius ministerium serui.

Reijcitur talis expositio.

vt ait Chrysostomus, forma, græce μορφή *morphi*, nūquā in Scriptura significat opus, vel factiōem. Quare licet Petrus, & Paulus opera fecerint diuina, ita vt ab hominibus dii estimarētur, act. 3. & 14. dici nō possunt, in forma Dei fuisse. Ait ergo Paulus, Christū, qui erat in forma Dei, id est, verus Deus, verā in se habēs deitatem, quæ est forma, & natura Dei, assumpsisse formam serui, id est, naturam humanam, seruilis ex se conditionis, & abiectæ. Cōtextus autē hoc modo debet ordinari, vt ex Aug. lib. 2. cōtra Maximinū cap. 5. & tract. 17. in Ioannē in fine colligitur. Dixerat Paulus, querenda nobis esse in caritate, & humilitate, non tā quæ nostra sunt, quam quæ aliorū: adducit ergo exemplum Christi dicens. *Hoc ergo seruite in vobis, quod & in Christo Iesu, id est, talem affectum in vobis habete erga alios, qualē Christus habuit, Qui cū in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens.* Hoc est, qui cū in natura diuina verus esset Deus, nec hoc putaret arroganter vsurpatum, sed suapte natura sibi cōuenire: nihilominus se ipsum exinaniuit nō amittēs, quod erat Dei, sed sumens, quod nō erat: in quo fuit exinaniuit & humiliatus Deus. vt scilicet fieret homo nature sibi inferioris, seruilis quidē ex se conditionis. *In similitudinem hominum factus, &c.* Non quia nō esset verus homo, sed quia in aliquo solum habuit similitudinē hominis, non veritatem: vt quod nasceretur ex femine viri, & cū peccato. Sicut recte notarunt Chrysostomus, & Ambrosius epistola citata. Sic etiā Paulus ad Rom. 8. dixit. *Deus mittens filium suum in similitudinē carnis peccati: & ad Hebræos 4. Tentatū per omnia pro similitudine absq; peccato.* Græci aliter interpretantur cum Chrysostomo, illud, *Non rapinam arbitratus est, sed semetipsum exinaniuit.* Vt sit sensus, non dubitauit diuinitatem suam dissimulare, & celare: cū sciret nō ex raptu sibi conuenire, sed propriam esse. Nā propria facile celari permittimus, quia cum volumus, in medium proferimus: ea vero, quæ ex raptu habemus, non diu permittimus celari: ne si diu celen- tur, perdantur nobis, & pereant. Hoc modo particulam *sed*, referunt Græci, ad illud, *non rapinam arbitratus*: ac si dicatur: *sed potius, vt re propria celari voluit.* Aug. vero refert

Vera loci ex planatio.

Act. 3.
4.

Aug.

145

Chrys.
Ambr.
Paulus
Rom. 8.
Heb. 4.146
Aug.

Ll 2 fert

fert ad illud, quod precesserat, qui cum in forma Dei esset, &c. ita ut pro sed aduersatiua nihilominus ponatur; ut supra explicatum est. Quae sane expositio nobis magis probatur. Ad nostrum vero institutum, solum pertinet verba illa *formam serui accipiens*, ex quibus nihil contra nos Elipandus probare potest. Neque enim Paulus dixit, filium Dei factum esse seruum, sed formam serui accepisse id est, naturam, quae ex se seruilis erat conditionis, ut docuit Damascenus locis allegatis. Recte autem dicitur forma serui, hoc est seruilis conditionis, etiam si ratione unionis sub seruitutis statu, & conditione, non manserit. Quare ut Erasmus defenderet, Christum seruum non fuisse, non debuit expositionem commentariorum Ambrosij probare. Contra etiam, Adamus in eum locum lapsus est, dum asserit Christum vere, & proprie dici, & esse seruum: ut textum Pauli de natura serui, non de sola specie, & figura serui interpretaretur. Potest enim recte de natura ipsa serui intelligi, ita tamen, ut sub seruili conditione non manserit.

Formam serui intelligit Paulus naturam seruilis conditionis non sub seruitutis statu. Repraesentatur Erasmus & Adamus.

Damasc.

147

Testimonijs Patrum, quae Elipando videntur consentire, respondetur.

C A P V T X.

Nonnulla etiam Patrum testimonia, quae Christo secundum humanitatem, seruitutem tribuere videntur, in bonum sensum explicanda sunt. Cum enim de mente Concilij, & Adriani manifeste nobis iam constet, caetera Patrum testimonia, aut nullius roboris nobis esse debent, aut in bonum sensum exponenda sunt. Primum est Ambrosij lib. 5. de fide cap. 6. ubi sic ait. *Non ergo praedicitur (scilicet Christo) quod subiectus dicitur, cui non praedicitur, quod seruus legitur.* Id ipsum ex professo tractat septimo lib. epistolarum epist. 47. ad Irenaeum contra quendam Apollinaristam, qui aequo animo audire non poterat, Dominum nostrum Iesum Christum pro nobis in carnis assumptione seruitutem accepisse, ut ipse Ambrosius ibidem refert. Contra quem in hunc modum scribit. *Statim responde, quod eum virum infecerit Apollinare.* Non igitur damnaret Ambrosius nostrum Elipandum, qui non solum audire, sed docere etiam

Ambros.

etiam ausus est, Christum in ipsa carnis assumptione, seruum vere, & proprie factum fuisse. Et in praefatione Psal. 35. de Christo inquit. *Ex utero idem seruus exiit, & Dominus.* Respondeo primum, Ambrosium lib. 5. de fide cap. illo 6. id solum dicere voluisse, quod nos libenter concedimus: nimirum Christum seruum appellari: at ipsum esse vere, & proprie seruum non docet. Deinde in illa epistola non contendit Ambrosius contra illum Apollinaristam probare, Christo vere & proprie condicionem seruitutis conuenire: sed veram hominis naturam, nobis consubstantialem, a Verbo assumptam fuisse. Ille namque haereticus asseribat, Verbum, & carnem vnus esse in Christo substantiae: dedignabatur autem audire, Christum esse seruum. Quia nollebat confiteri in Christo naturam hominis seruilem; non quia de conditione seruili humanitatis, in Christo aliquid assereret. Hanc solutionem videor mihi colligere, ex Adriano in epistola allegata. Vbi postquam ad testimonia veteris Testamenti respondit: subiungit, *Quod quilibet Catholicorum virorum huius prophetae mysterio usus, quemadmodum in quodam libro de Incarnatione Domini beatus Ambrosius simile quid dixerit, propter eos videlicet haereticos, qui phantasticum, aut etiam semiplenum dominicum corpus, sacrilego ore susurrant.* Constat autem Apollinaristas, in eo errore fuisse: ut assererent carnem Christi sine anima fuisse, nec nobis consubstantialem. Cum igitur Ambrosius, vel alij Patres contra haereticos Christum seruum appellant, non tam condicionem seruitutis, quam veram humanitatem illi tribuunt. Testimonium Ambrosij, quod citat Adrianus, inuenire non potui, sed eodem modo praedicta intelligenda sunt.

148

Adr.

149

Aug.

Secundo asserri potest pro Elipandi sententia August. in epistola 178. circa finem, quae est altercatio quaedam cum Pascentio Arriano in modum dialogi, in qua arbiter est Laurentius: ibi enim de Christo sic ait. *In qua tamen infirmitate (scilicet carnis) non solum subditum, sed & seruum euidentissime confitemur, ipso dicente in propheta ad Patrem Psal. 115. O Domine, quia Ego seruus tuus, Ego seruus tuus, & filius ancillae tuae.* Respondeo sicut supra cum August. controuersiam

Ambrosij verba explicantur de natura serui non de conditione.

haberet, cum Arriano asserente filium secundum propriam naturam Verbi esse minorem, creaturam, & seruum, sufficiebat ei probare, secundum naturam Verbi, esse Patri eterno *ὁμοῦσιον ἁμοῦσιον*, id est, consubstantialem, etiam si secundum eam, quam in tempore assumpsit, esset seruus, & subiectus Patri, non curando interim, an secundum proprietatem ei seruitutis condicio conveniret. Idem responderi potest ad testimonium Hilarij, qui 11. de Trinitate longe ab initio nil aliud contra Arrianos contendebat. Eodem modo dicendum est de Cyrillo, qui 12. lib. Thefauri cap. 15. versus finem inquit. *Ipse (scilicet filius Dei) Dominus secundum naturam, quia Deus: sed servus factus est, quia vere homo.* Et de Athanasio orat. 3. contra Arrianos longe à principio dum ait. *Quatenus in confesso est, eum (scilicet Christum) hominem esse factum, nihil discriminis attulerit, siue genitus, siue factus, siue conditus, siue factus appellatur, siue item servus, siue filius ancille.* Et infra, *Omnes istiusmodi voculae, in rationem humanitatis bene, & proprie competunt: illaque omnia non substantiam Verbi, sed hominem ipsum fuisse demonstrant.* Eodem sensu loquitur in oratione secunda contra Arrianos post 10. folia.

Alij etiam Patres disputantes contra Nestorium, dicunt, Verbum factum fuisse servum. Sic loquitur Theodotus Ancyrae Episcopus in homilia, quae refertur 6. tomo Concilij Ephesini cap. 9. post medium illius, & in appendice 5. ad tomum 6. illius Concilij cap. 2. circa medium: & Acacius Episcopus Melitensis in alia homilia, quae habetur 6. tomo cap. 11. Caterum hi omnes, ut probent veram in Christo naturam humanam, solum ad subiectionem, & obedientiam attendentes, non dubitarunt appellare Christum servum: nihil interim curantes an condicio seruitutis, qua ingenuitati opponitur, vere, & proprie in humanitatem Christi conveniret. Hac etiam eadem ratione S. Thom. q. 20. art. 2. ad 3. docuit, Christum dici posse proprie servum: cum tamen sola obedientia, & subiectio condicionem, & statum seruitutis non constituat: ut plane definit Concilium Francofordiense, in epistola ad Episcopos Hispaniae his verbis. *Et si eum (scilicet Christum, Propheta servum nominasset, non*

Hilarius

Cyrril.
150

Athanas.

Theod.
Conc.
Ephes.

Acacius

151
Conc.
Franc.

set, non

Exponuntur
Aug. & alij
Patres.

Christum alij
qui Patres
servum appello-
nant ratione
tantum subie-
ctionis & o-
bedientiae.

Subiectio, &
obedientia non
constituunt sta-
tum seruitutis.

set, non tamen ex condicione seruitutis, sed ex humilitatis obedientia, qua factus est Patri obediens usque ad mortem.

Chryst.

Petrus
Diacon.

Damasce.
Conc.
Franc.
Adr.

152

Tertio sunt nonnulli Patres, qui non disputantes cum haereticis, dixerunt, Christum esse servum: ut Chrysostr. tomo 1. homilia de eo, quod sanctus David dixit, *Quis sum ego, &c.* Petrus diaconus lib. de Incarnatione & gratia Domini nostri Iesu Christi cap. 6. Isidorus lib. 1. de summo bono cap. 16. sententia 3. Verum cum hi Patres non disputaverint ex professo, an condicio seruitutis Christo conveniret secundum humanitatem, sed simpliciter ipsum servum appellauerint; maioris momenti apud nos esse debent Damascenus, Concilium Francofordiense, & Adrianus, qui ex professo rem pertractantes, plane asserunt, Christum secundum humanitatem, seruitutis statum non habuisse.

Illud autem inter caetera peculiarem curam Spiritus sancti, in Conciliorum definitionibus mihi maxime suadet, quod cum praedictum Concilium Francofordiense eo tempore fuerit celebratum, quo literarum studia in Ecclesia Dei parum florebant, & controuersia cum nostro Elipando, tam de adoptione, quam de servitute difficilior, quam vlla alia in Ecclesia Dei existeret; ex natura ipsa adoptionis, & seruitutis tam dilucide, & aperte à Patribus Concilij definita fuerit: cum tamen non paucis nostrae aetatis Scholasticis sententia utraque Elipandi probetur. Quare Beatum, & Heterium non possum non admirari, quod tam calamitoso tempore, quo dira Maurorum tyrannide Hispania nostra opprimebatur, rem usque adeo obscuram, suo ingenij acumine, & eruditione illustraverint.

Observatio
ausoria.

Diluuntur rationes eiusdem sententiae.

C A P V T X I.



ostremo rationes, quae sententiam Elipandi videntur confirmare, diluenda sunt. Prima est. Christus in quantum homo est creatura, ergo in quantum homo est servus Dei. Sic arguere

Ll 4 videtur

videtur Cyrillus lib. 4. dialogorum de Trinitate lōge ante medium contra Arrianos, qui asseriebant, filium Dei secundum naturam Verbi esse creaturam: ita enim scribit. *Quod enim omnino locatur cum creatura substantialiter, & est inter facta: neque secundum naturam esset Deus, neque enim filius, & Dominus vere, sed ut eximus inter ministros: ratione ergo creaturæ tollitur ratio domini. Iure enim creationis, non tantum creatura subiecta est Deo, sed etiam omnia eius bona magis sunt Dei, quam ipsius. Secunda, Christus secundum humanitatem vere est subiectus Deo, & ei parere debet, ergo vere est seruus Dei. Tertia. Etiam si Christus secundum humanitatem, erat Dominus suarum actionū, non tamen erat supremus: ergo habebat alium dominium sibi superiorem, scilicet Deum. Quarta. Christi anima debebat deitatem adorare adoratione latriæ: ergo Deo honorem debebat, sicut Domino. Latria enim est seruitus quædam.*

Hæ tamen rationes ex dictis facile dissoluuntur. Ad primam respondeo, rationem solam creaturæ, non esse fundamentum relationis seruitutis, ut cap. 8. dictum est, sed cum negatione communicationis in bonis. Quare cum Christi humanitas in bonis deitatis, summam communicationem habuerit, ut ibidem probatum manet; nō est dicendum, naturam Christi creatam, veram condicionē seruitutis habuisse. Cyrillus vero eo loco arguit contra Arrianos, qui dicebant, filium Dei secundum substantiam Verbi, & in propria sua natura, creaturam esse. Cōtra hos vero optimè infert, si esset creatura, non esset Dominus. Esset enim pura creatura, & ita non haberet cum Deo eā communicationem necessariam, ut à cōdicionē seruitutis liber esset. Nos autem non loquimur de pura creatura, sed de humanitate Christi, quæ licet secundū se sit pura creatura, vnita tamē deificationē participat. Cū verò dicitur, iure creationis Deū esse Dominū omnīū eorū, quæ sunt in creatura, si per Dominium intelligatur potestas faciēdi in creatura & ex creatura id, quod placuerit, fatemur: si vero intelligatur vera relatio Domini ad seruum, seu

Cyrrill.
153

154

Soluitur prima ratio.

Cyrrillus in-
explicatur.

Deus quomo-
do dominus,
creatura di-
catur et sit.

manci-

mancipium, inficiamur. Nam, ut dicebamus cap. 8. etiam si Pater posset filium occidere, & omnium bonorū illius esset dominus; nihilominus non esset dominus filij, nec filius esset seruus Patris: quia in hæreditate, & in honore communicationem haberet. Sic ergo, licet Deus libere possit destruere humanitatem Christi: quia tamen artificissimam habet cum eo communicationem; relatio domini, & serui inter eos esse nequit. Neque illud 1. ad Corint. 3. *Christus autem Dei*, quidquā probat. Tum quia licet Christus secundum humanitatem dicatur esse Dei, tanquā superioris, cui obedire debet, non sequitur, Deum esse Dominum illius, ob rationem dictam. Tum etiā Patres Græci, cum Chrysostomo illud intelligunt de Christo secundum diuinitatem, ut ita dicatur Christus Dei, sicut dicitur Verbum, aut filius Dei.

1 Cor. 3.

155

Exponitur
locus Pauli.

Ad secundam rationem ex dictis respondetur, non esse idem seruitutem, & subiectionem, seu obedientiam, ut probatum est. Ad tertiam rationem dico, humanitatē nō habuisse supremum dominium suarum operationum, & ita Christum fuisse sub dominio Dei ea ratione dumtaxat, quam diximus in solutione primæ rationis. Ad quartam respondeo, animam Christi posse, & debere Deo deferre honorem latriæ, & quamuis inspecto nomine græco *λατρεία* latria idem sit, quod latine seruitus: ratio tamē talis honoris non nascitur ex relatione, seu statu seruitutis, & domini; sed eo genere honoris Deum agnoscimus, sicut autorem omnium. Humanitas autem Christi, & Deū habet, & autorem, & ideo ei latriam deferre potest. Nominē ergo latriæ, non seruorum condicionē, & obsequiū, sed summam subiectionem Deo debitam intelligimus. Sicut eadem ratione Sanctis Dei honorē duliē debemus: *δουλα* *dulia* autem, attenta prima significatione, seruitutē denotat: iam vero pro honore subiectionis Sanctis debito accipitur: quorum tamen serui, hoc est mancipia, non sumus: imò conciuēs, dum in gratia Dei perseveramus.

Diluitur se-
cunda & ter-
tia ratio.

Quarta ra-
tionis solutio.
Anima Christi
si defert
Deo honorē
latriæ.

Argumen-
tum a simili.

156

Postremo posset aliquis hoc modo contra nos argumētari. Si communicatio bonorum tollit condicionem ser-

Obiectio.

Ll 5 ui, fit

ui: fit etiam, vt quicūque homo iustus ita sit filius Dei ad-
 optiuus, vt non sit seruus. Paulus enim ad Rom. 8. non ac-
 cepistis (inquit) spiritum seruitutis iterum in timore, sed spiritum
 adoptionis filiorum Dei: & infra. Quodsi filij, & heredes, heredes
 quidem Dei, coheredes autem Christi, & Ioannis 8. Seruus nō
 manet in domo in aeternum, filius manet in aeternum: atqui iusti
 manent in aeternum in domo Dei, ergo non sunt serui, &
 in 8. vltimo instituta de adoptionibus, dicitur, hoc ipso
 quod quis adoptatur in filium, amittere conditionem ser-
 uitudinis: quia adoptio cum seruitute pugnat. Respondent
 nonnulli, adoptionem inter homines pugnare cum serui-
 tute, quæ inter homines est. Nam seruitus excludit bono-
 rum communicationem, quam secum habet adoptio. Serui-
 tus autem ita introducta fuit lege, vt nulla esset inter
 dominum, & seruum bonorum participatio. Seruitus ve-
 ro naturalis erga Deum ex ipso iure creationis ortū ha-
 buit: ideo facta adoptione tolli non potest. Verum hac ra-
 tione necessario fatendum est, Christi humanitatem sub
 conditione seruili post assumptionem mansisse, id quod
 falsum esse probauimus. Respondeo ergo adoptionē in-
 ter ipsos homines alio modo fieri, quam inter homines, &
 Deum: nam vnus homo ita ab alio in filium adoptatur, vt
 adoptatus sit loco filij legitimi, & naturalis, vt heredita-
 tem illius, tam in bonis, quam in honore, nomine, & sede
 eodem modo, atque filius naturalis accipiat. Hæc autem
 bonorum communicatio, cum seruitutis conditione pu-
 gnat. Homines vero ita à Deo in filios adoptantur: vt ta-
 men non ad omnia bona Dei adoptantis, sed ad aliquam
 ipsius participationem admittantur. Neque enim eam ha-
 bent bonorum communicationem cum Deo, quam habet
 humanitas: sed fruitionem, & visionem Dei consequun-
 tur: qua sola ratione, Deus ipse hereditas Iustorum dicitur.
 Hoc autem genus adoptionis seruitutis cōditionem
 secum admittit. Nam Iusti hoc modo adoptati ita manēt
 sub potestate Dei: vt illius honorē, & nomen non habeāt:
 nec in eandem cum eo sedem conscendant.

Illud autem ad Rom. 8. tantum significat spiritū gratiæ,
 qui iu-

Solutio quo-
 rundam reij-
 cent.

Vera solutio.
 Adoptio a-
 liter fit inter
 homines, ali-
 ter inter ip-
 sos & Deū

Explicatur
 locus Pauli
 ad Rom. 8.

Paulus
 Rom. 8.

Ioann. 8.

Instit.

157

qui Iustis communicatur, non esse spiritū timoris, qui est
 proprie spiritus seruorum. Hi enim timore potius penæ,
 quam amore obedientie operantur, sed esse spiritū filio-
 rum, qui amore parentibus obsequuntur. Ob id tamen nō
 negat Paulus, iustos homines vere seruos Dei esse: neque
 vero omnem timorem condemnat; sed solum discrimen
 assignat inter literam legis, & gratiam: quod litera legis,
 non præstat vires, sed solum penam proponit, tanquā ser-
 uis: gratia autem vires subministrat. Cū autem Ioannis 15.
 Christus ait: non dixi vos seruos, sed amicos: non denotat, ius-
 tos, non esse vere seruos: sed tantum eos, amicos potius,
 quam seruos in eo videri, quod ea, quæ Christus audiuit
 à Patre, ipsis nota fecit. Seruus enim nescit, quid faciat dominus
 eius: hanc ergo. conditionem seruorum non habuerunt
 Apostoli, verum ex alia parte, vera in ipsis mansit condi-
 cio seruitutis.

Demum Ioann. cap. illo 8. loquitur de seruitute peccati.
 Iudæi enim iactabant se liberos esse: eo quod essent filij
 Abrahæ, & Saræ: illis autem obiecit Christus hoc modo,
 Qui facit peccatum seruus est peccati. Subiungit deinde, Seruus
 autē non manet in domo in aeternum. Ac si dicat sicut seruus ali-
 cuius in domo illius perpetuo non manet, sic etiā qui facit
 peccatum non manet in domo perpetuo. Non intelligit
 in domo eius, cuius est factus seruus per peccatum: sed in
 domo Dei. Filius autem, id est, iustus, qui etiam est seruus,
 non peccati, sed Dei, manet in aeternum.

Cæterum obseruandum est, in eadem Epistola Concilij
 Francofordiensis, damnari modum loquendi eiusdem E-
 lipandi, qui Christum leprosum appellauit, affirmat vero
 Adrianus, nunquam ita in Scriptura nuncupari. Nam Isa-
 iæ 53. non dicitur leprosus, sed nos putauimus eum, quasi le-
 profum. Hoc est, secundum mentem Hieronymi, nos puta-
 uimus eum, propria sustinuisse peccata: sed vt verius in-
 telleximus, pro nostris vulneratus est. Quare inquit Con-
 cilium, cum nec lepræ morbo in corpore, nec lepra pec-
 cati in anima fuerit percussus, nequaquam leprosus di-
 cendus est.

Discrimen
 inter literam
 legis, & gra-
 tiam.
 Explicatur
 optime locus
 Ioannis.

Interpreta-
 tur Ioannem
 de seruitute
 peccati.

Christus in
 scriptura le-
 profus non ap-
 pellatur.

158

Ioann. 15

159

Cō. Fræc.

Adria.

Hierony.



A tēnus in his duabus disputationibus ostēdimus, quid Ecclesia contra Fœlicem & Elipandum definierit: reliquū est, vt dicamus, an monitis & definitionibus ipsius acquieuerint. Ado Vīenensis in suo Chronico sub anno 792. de Fœlice Vrgelitano scribit hæc verba. *Synodus iterum facta contra supra dictam hæresim in Francofurt, legatis Apostolicę sedis presidentibus, Theophylacto, & Stephano Episcopis, & autoritate sanctorum Patrum conuictus, & damnatus est iterum Fœlix.* Dicit, iterum; nam vt ipse narrat ibidem, & nos disputatione præcedenti cap. 6. diximus, Fœlix Romæ in Basilica S. Petri coram Adriano hæresim prius abiurauerat. Sequitur deinde; *perpetuoq; exilio apud Lugdunum relegatus est; quem ferunt in ipso suo errore mortuum.* Nihil aliud de fine Fœlicis, aut de vita, & doctrina illius, postquā in Concilio Francofordiensi damnatus est, apud Historicos inuenio. Annonius verò Adone antiquior lib. 4. de gestis Francorum cap. 83. de Fœlice solū inquit, damnata primum eius hæresi in Concilio apud Reginum, & deinde Romæ in Basilica S. Petri abiurata coram Adriano, reuersum fuisse in ciuitatem suam.

Cæterum Ambrosius Morus lib. 13. historia Hispaniæ cap. 26. cū nihil certi apud antiquos Historicos de nostro Elipando inuenisset, sola coniectura ductus, existimauit ab errore resipuisse, eo quod sicut Fœlice Vrgelitano Præceptore prius errauerat, eodē etiam correcto, & ab errore reuocato, facile etiam corrigeretur. Quinimo putat Ambros. suasionē, & exemplo Fœlicis, Elipandū eiusq; discipulos hac de causa ad Carolū Magnum scripsisse; vt corā Concilio autoritate Pontificis coacto suā sententiā retractarent. Hæc tamen coniectura nullū firmū fundamentū habet. Primum quidē, si verum est, quod narrat Ado Vīenens. nempe Fœlicem post Concilium Francofordiense, Lugdunum relegatum, in suo errore obiisse. Sic enim fit, vt post da-

Ado
Vīenens.

Annon.

160
Ambr.
Morus

post damnationem in Concilio Reginensi, & post retractionem coram Adriano factam, ad errorem redierit: & ex sua ciuitate, in quam reuersus fuerat, iterum reuocatus, & in Cōcilio Francofordiēsi dānatus, Lugdunū perpetuo relegatus fuerit. Quæ si vera sunt, ego non video, quo pacto Elipandus exemplo Fœlicis ab errore resipuerit. Deinde Elipandus in epistola ad Carolum potius videtur suam sententiam defendere, quam retractare. Obnix enim à Carolo postulat, vt conuocato Concilio Beatianam doctrinam condemnet, sibiq; caueat, ne, sicut Constantinus Magnus in fine suæ vitæ falsa doctrina decipiatur, vt præcedenti disputatione cap. x. ex quibusdam fragmentis epistolę Elipandi, quæ habentur in epistola Caroli ad ipsum, deduximus. Postremo si Elipandus, eiusq; discipuli exemplo Fœlicis suam opinionem remittere vellent; quid opus erat nouo Cōcilio? Sufficere namq; debebat damnatio iam edita in concilio Reginensi, & abiuratio Fœlicis facta coram Adriano.

161

Verum etiam si ex Historicis nihil de Elipandi resipiscētia nobis constaret, affirmare iure deberemus, errore deposito, definitioni Ecclesiæ ipsum paruissē, sicut optimē credit noster Ioannes Mariana lib. 7. de rebus Hispaniæ cap. 8. nam, vt ex fragmentis illius epistolę colligitur, non animo pertinaci in Romanam Ecclesiam, suam sententiā contra Beatum & Heterium defendit; sed illam veriozem existimans, & Catholicæ doctrinæ magis consentaneam, iudicio Romani Pontificis, & Concilij examinādam proposuit. Porrò prædictam coniecturam maximē confirmat testimonium Eutrāndi Subdiaconi Tolctani postea Diaconi Ticinensis in epistola ad Regimūdū Episcopū Eliberitanum, cuius exemplar ex Bibliotheca Fuldensi Hieronymus Higuera nostrę Societatis Theologus, & antiquitatum diligentissimus inuestigator nuper ad me misit. Scribit enim Eutrāndus in hunc modum. *Gratulor mihi, quod cum Toletō, vbi sub sanctissimo Præsule Toletano Bonito Subdiacono fui, in Italiā proficiscerer, aliquot Historiæ libros mecum asportauis, in quibus ordine erat collecta series multorum Hispaniæ*

Ioannes
Mariana

Eutrānd.

Fœlix in errore
mortuus.

Disput. posterior contra Elip.


Elipandus ab
errore resipi-
sit.

spania Episcoporum, quos in hac bibliotheca reperi (intelligit Ful-
densem, ubi ipse exulauit) iussu, ut credo, Sancti Caroli Magni
Imperatoris, ex Hispania allatos, quos ut aiunt illi obtulerat san-
ctissimus Elipandus Archiepiscopus Toletanus, postquam illum
erroris sui de adoptione Christi serio, & vere pœnituit. Vixit au-
tem Eutrandus centum sexaginta annis post Elipandum.
Idem habebat in suis annalibus Boiorum Ioannes Auen-
tinus, ubi de Concilio Francofordiensi ita loquebatur.
Tertio ibidem condemnata est hæresis Fœliciana, & Elipandana de
adoptione filij Dei: omnesque subscripsere sacerdotes: Elipando ag-
noscenti errorem venia data est, dignitas seruata.

Hæc sunt, quæ libris de cultu adorationis placuit adij-
cere; ut autoritas Concilij Francofordiensi, cuius in se-
cundo libro disputatione 7. mentio facta est, omni ex par-
te inconcussa, eiusque doctrina explanata permaneret. I-
psi Christo filio Dei, nõ adoptiuo, sed naturali, non seruo,
sed omnium domino laus, & imperium per infinita secu-
la. Amen.

FINIS.

APPROBATIO.



GO Ferdinandus Lucero Vicepro-
uincialis Societatis Iesu in prouincia
Toletana, potestate ad id mihi facta
a Reuerendo admodũ patre Claudio Aqua-
uiua Præposito nostro Generali, facultatẽ cõ-
cedo, ut typis mandentur disputationes duæ
contra Fœlicem, & Elipandum de adoptio-
ne, & seruitute Christi, compositæ a Patre
Gabriele Vazquez theologo Societatis Iesu,
& grauium, doctorumque hominum iudicio
nostræ Societatis approbatæ: in quorum fi-
dem has literas manu nostra subscriptas, sigil-
loque nostro munitas dedimus. Madriti die i.
Martij, Anno 1594.

Ferdinandus Lucero.

Altera approbatio.



Idi has duas disputationes contra Fœlicem, &
Elipandum, cõpositas, additasq; libris de cultu
adorationis à Patre Gabriele Vazquez Theo-
logo Societatis Iesu: singularisque eruditionis,
& doctrinæ mihi visæ sunt, multisque Sanctorum Patrum
autoritatibus refertæ, & sanæ, atque orthodoxæ doctrinæ
consonæ. Madriti in monasterio Sancti Philippi die 13.
Martij, Anni 1594.

F. Gabriel Pinelus.

INDEX DISPUTATIONVM, ET CAPITVM, QVAE
in tribus libris de cultu adoratio-
nis continentur.

DE ADORATIONE
ne Deo, Christo, &
Sanctis debita, liber
primus.

De natura adorationis.
Disput. 1. folio 3.



Variarum nominum
significationes
cap. 1. fol. 3.

Quid S. Thomas
senserit de natura adora-
tionis. c. 3. fol. 10.

Vera opinio. Adorationis af-
fectus circa actus externos
taquam circa proprium ob-
iectum versatur. cap. 4. fol.
11.

Ratione cuius perfectio-
nis, aut beneficij Deo
debeatur adoratio latria
Disput. 2. fol. 15.

Proposita certa doctrina, sen-
tentia Cordubæ exponitur.
cap. 1. fol. 15.

De adoratione latria Deo
debita variæ Scholasticorū
rationes. cap. 2. fol. 17.

Ratione diuersorum attribu-
torum, aut beneficiorum, nō
deberi Deo diuersum ad-
orationis cultū, optima ra-
tione probatur. cap. 3. fol.
17.

De adoratione Christo de-
bita. Disput. 3. fol. 19.

Sententia quorundam Catho-
licorum. cap. 1. fol. 19.

Humanitatem Christi simul
cum Verbo eadē adoratio-
ne esse colendam, Concilio-
rum, & Patrum doctrina
probatur. cap. 2. fol. 20.

Eadem opinio ratione confir-
matur cap. 3. fol. 22.

Argumenta, quibus aduersa-
rii pro-

I N D E X.

- ri* probant, humanitatē non adorari eadem cum Verbo adoratione, diluuntur. cap. 4. fol. 24.
- An humanitati Christi per se possit peculiaris adoratio exhiberi. Disput. 4. fol. 26.
- Prior opinio. cap. 1. fol. 26.
- Declaratio, & defensio præcedentis opinionis ex mente Caietani, & aliorum c. 3. fol. 28.
- Humanitatem per se sine Verbo non posse adorari, Conciliorum testimonijs probatur. cap. 4. fol. 31.
- Testimonia Patrū pro eadem opinione. cap. 5. fol. 34.
- Rationes eiusdem sententiæ. cap. 6. fol. 36.
- Solutio argumentorum prioris sententiæ. c. 7. fol. 38.
- De adoratione Sanctis debita. Disput. 5. fol. 41.
- Qui negauerint, Sanctos esse adorandos. cap. 1. fol. 41.
- Sanctis deberi sacrum cultū adorationis, cap. 2. fol. 43.
- Diluuntur hæreticorum oppositiones cap. 3. fol. 44.
- Adoratio Sanctis debita, cuius virtutis opus sit. Disput. 6. fol. 49.
- Non esse opus virtutis religionis, sed dulciæ. cap. 1. f. 49.
- An eadem caritate diligamus Deum. & proximum, & eadem religione colamus. cap. 2. fol. 50.
- Obiectio cōtra superiorē doctrinam. cap. 3. fol. 52.
- Corollaria præcedentis doctrinæ. cap. 4. fol. 53.
- An beata Virgo cultu sacro, & plusquam civili veneranda sit. Disput. 7. fol. 54.
- Doctrina Catholica. c. 1. f. 54. solutio obiectio- num, quæ ab hæreticis opponuntur. cap. 2. fol. 55.
- An adoratio, quæ beatæ Virgini tribuitur, sit opus virtutis religionis. Disput. 8. fol. 56.

Varia

DISPUTATIONVM.

- Varia opiniones. cap. 1. f. 56.
- Verior sententia. cap. 2. f. 57.
- DE ADORATIONE imaginū, liber secundus.
- Quò differant idolum, & imago. Disput. 1. fol. 60.
- Prima differentia ex Origene, & alijs. cap. 1. fol. 60.
- Secunda differentia ex Augustino, & alijs. c. 2. f. 62.
- Tertia differentia ex doctrina eiusdem Augustini. c. 3. fol. 62.
- Pauca de nomine (simulacrū) cap. 4. fol. 64.
- Quinam fuerint imaginū impugnatores. Disput. 2. fol. 64.
- De Marcionistis, Manichæis, & alijs. cap. 1. fol. 64.
- De Imperatoribus, & alijs hæreticis imaginum impugnatoribus. cap. 2. folio. 65.
- Quibus hic error falso ascribatur. cap. 3. fol. 66.
- An liceat depingere imaginem Christi, Dei, & Angelorum. Disputatio 3. fol. 67.
- De imagine Christi. cap. folio 67.
- De imagine Christi in forma agni depingenda. cap. 2. f. 69.
- De imagine Dei depingenda. cap. 3. fol. 72.
- Oppositiones contra præcedentem sententiam. cap. 4. fol. 73.
- De imaginibus Angelorum. cap. 5. fol. 76.
- An statua, & imagines in veteri testamento fuerint prohibuæ. Disput. 4. fol. 77.
- Opinio Bedæ, & quorundam Scholasticorum. cap. 1. fol. 77.
- Verior sententia. Omnem imaginum vsum veteri lege fuisse sublatum. cap. 2. fol. 78.
- Præcedens sententia antiquorum Scriptorum, Patrum, & Scri-

INDEX

- Scripturæ testimonijs confirmatur. cap. 3. fol. 79.
 Commune fundamentū prioris opinionis conuellit. cap. 4. fol. 81.
 Primum Bedæ argumentum contra posteriorem sententiam, ex aëneo serpente desumptū. cap. 5. fol. 83.
 Secundum Bedæ argumentum ex figuris Cherubinorum. cap. 6. fol. 85.
 Duæ aliæ oppositiones, quibus probatur, lege veteri vsum imaginum non fuisse veterum. cap. 7. fol. 90.
 An imagines in tēplis rectè collocentur. Disput. 5. fol. 91.
 Proponitur doctrina Catholica. cap. 1. fol. 91.
 Caluino Concilium Eliberitanum obiectanti varie Catholici respondēt. c. 2. f. 92.
 Allegat pro se Calvinus Epiphanium, quem varie Catholici explicant. cap. 3. fol. 96.
 Vera Epiphaniij interpretatio. cap. 4. fol. 99.
 Diluuntur tres aliæ Caluini obiectiones. cap. 5. fol. 101.
 An imagines Dei, Christi, & Sanctorum sint adorandæ. Disputatio. 6. fol. 102.
 Variæ Hæreses. cap. 1. f. 102.
 Secundum fidem Catholicam, sacris imaginibus cultum deberi auctoritate probatur. cap. 2. fol. 105.
 Idem cultus imaginum ratione probatur. cap. 3. fol. 107.
 Quibus Scripturæ testimonijs hæretici impugnet adorationē imaginū. c. 4. f. 109.
 Obijciunt contra idem Patrum testimonia, & rationem. c. 5. fol. 110.
 Argumentum contra imaginum adorationem ex libris Carolinis. cap. 6. fol. 112.
 Proferunt adhuc hæretici pro suo errore tria concilia. cap. 7. fol. 114.
 Quid senserit Concilium Francofordiense de cultu imaginum. Disput. 7. fol. 116.

Alani

DISPUTATIONVM.

- Alani, Sanderi, & aliorum opinio de Concilio Francofordiensi, caput primū. folio 116.
 Sententiæ Alani confutatio. cap. 2. fol. 117.
 Quid de eodem Concilio Francofordiensi senserit Genebrardus, & alij. cap. 3. fol. 113.
 Sententiæ Genebrardi ab Alano, & Surio improbat. cap. 4. fol. 119.
 Concilium Francofordiense satis perspectam habuit definitionem septimæ Synodi. cap. 5. fol. 121.
 Concilium Francofordiense nihil contra debitum cultum imaginum definiuit. cap. 6. fol. 123.
 Ex testimonio præfationis libri Carolini nihil contra id quod diximus de Concilio Francofordiensi, probari. cap. 7. fol. 124.
 Deceptum fuisse Hincmarum ex libro Carolino. cap. 8. fol. 125.
 Quomodo alij Historici lapsi fuerunt. caput nonū. folio 126.
 An eadem adoratione cū exemplari, vel distincta imagines sint adorandæ. Disput. 8. fol. 128.
 Opinio Catherini, & Ayala. cap. 1. fol. 128.
 Quid de modo adorandi imagines senserint Sanderus, & alij. cap. 2. fol. 131.
 Imagines non nisi cum exemplari adorari, testimonijs Scholasticorum confirmatur. cap. 3. fol. 132.
 Eadem sententiæ ex Concilij ostenditur. caput 4. folio 133.
 Non nisi eadem adoratione cum exemplari imagines esse adorandas, testimonijs Patrum probatur. cap. 5. fol. 138.
 Testimonia Patrum, qui septimæ Synodi interfuerunt, aut ei fidem suam scripserunt pro eadem sententiæ. cap. 6. fol. 142.
 Rationes, quibus aliqui Theologi probant, imaginem non nisi cum exemplari adorari. cap. 7. fol. 145.
 Ratione à priori probatur,

INDEX.

- imaginem non nisi cum exēplari esse adorandam. cap. 8. fol. 147.*
- Ratione efficaci à contrario id ipsum demonstratur. cap. 9. fol. 152.*
- Eodem modo atque imagines, nomen IESVS, & alias res sacras esse adorandas. cap. 10. fol. 154.*
- Idem motus in Sacramenti Eucharistiæ adoratione seruandus est. caput 11 folio 156.*
- Notatur doctrina quædam septimæ Synodi, vt testimonijs pro prima, & secunda opinione allegaris respondeatur. cap. 12 fol. 160.*
- Explicantur quædam Patrum testimonia, caput 13. folio 163.*
- Respondetur testimonijs allatis pro prima, & secunda sententia, caput 14. folio 165.*
- Solutio rationum pro prima, & secunda sententia. cap. 15. fol. 172.*
- Obiectio quædam ex verbis septimæ Synodi, caput 16. fol. 172.*
- Quis modus loquendi de imaginū adoratione seruandus sit. Disputatio 9. fol. 174.*
- Duæ Theologorum opiniones: cap. 1. fol. 174.*
- Vera opinio in cōcionibus populo exponenda. cap. 2. fol. 175.*
- Explicatur modus loquendi, cum de adoratione latræ agitur cap. 3. fol. 176.*
- Quid de alijs modis religiosi cultus circa imagines dicendum sit. cap. 4. fol. 176.*
- DE RELIQUIARUM, & aliarum rerū veneratione, liber tertius.**
- Vtrum quamlibet rē mūdi liceat adorare. Disp. 1. fol. 181.*
- Opinio Alexandri, & aliorū cap. 1. fol. 182.*
- Verior sententia. res omnes inanimatas, & irracionales rite adorari posse. cap. 2. fol. 183.*

Homi

DISPUTATIONVM.

- Hominem adorari posse eodē motu adorationis cum Deo si animus in hominis dignitatem non feratur. cap. 3. fol. 186.*
- Quomodo creatura rationalis quæ est imago viua Dei, ratione suæ dignitatis colenda sit. cap. 4. fol. 188.*
- An sit peccatum adorare radium luminis, vel speciē Crucifixi, sub qua Dæmon delitescit. cap. 5. fol. 190.*
- Respondetur duobus argumentis, quæ supererant ex 8. disp. lib. 2. caput 6. fol. 192.*
- Vtrum Crux Christi debeat adorari. Disputatio 2. fol. 195.*
- Variæ Hæreses. cap. 1. f. 95.*
- Catholica veritas asseritur, & primum de ipsa cruce Christi probatur. cap. 2. fol. 196.*
- Impugnāt hæretici historiam de crucis inuentione cap. 3. fol. 198.*
- De signo crucis in vniuersum cap. 4. fol. 199.*
- De signo crucis in aere vel super rē aliquā expresso. cap. 5. f. 202.*
- Solutio obiectionum Hæreticorum. cap. 6. fol. 202.*
- An corpora, & alia Sanctorum reliquiæ veneranda sint. Disp. 3. fol. 204.*
- Qui nam hæretici earum cultum negauerint. c. 1. f. 204.*
- Secundum fidem Catholicam veneratio reliquiarū astruitur. cap. 2. fol. 205.*
- Primum argumentum Vrielsifistarum ex Lucæ 11. contra cultum reliquiarum. cap. 3. fol. 206.*
- Secundum argumentum Caluini contra idem Deuteronomij vlt. & ex epist. Iudæ cap. 4. fol. 207.*
- Tertium argumentum Caluini ex secunda ad Corinthios. cap. 5. fol. 209.*
- Quartum argumentum Caluini ex epistola ad Colossenses. cap. 6. fol. 210.*
- Quintū argumentum Caluini ex Concilio Eliberitano & Hieronymo. cap. 7. fol. 212.*

Sextum

INDEX.

- Sextum argumentum, quod contra eundem cultum reliquiarum fieri potest. cap. 8. fol. 214.*
- Utrum reliquiae possint esse tota materia & terminus adorationis. Disput. 4. fol. 215.*
- Opinio Bonaventurae & aliorum. cap. 1. fol. 215.*
- Verior sententia. Eodem modo reliquiae atque imagines sunt adorandae. cap. 2. folio 216.*
- Cur aliqui autores de imaginibus, & reliquijs, non eodem modo loquuti sint. cap. 3. fol. 218.*
- Solutio rationum prioris sententiae. cap. 4. fol. 220.*

FINIS.

INDEX RERVM,

QVAE IN HIS TRIBVS LIBRIS

de cultu adorationis continentur.

A



- A**bsalom contra legem statuam sibi erexit. lib. 2. num. 76.
- A**ccidentia Eucharistiae quomodo praesentia corporis Christi sustententur. lib. 2. num. 353.
- A**damus diluuium praedixit. lib. 2. num. 48.
- A**dorare, & honorare non sunt idem. lib. 1. num. 5.
- A**dorare assumptum hominem propter assumptum, quomodo damnetur in Concilio. lib. 1. num. 111.
- A**dorare in spiritu, & veritate quid. lib. 1. num. 24. & 25.
- A**dorare in loco, ubi steterunt pedes Domini, quomodo intelligendum. lib. 1. n. 82.
- A**dorare scabellum pedum Domini quid. lib. 1. num. 85. & lib. 2. num. 78. & seq.
- A**dorare Verbum ratione humanitatis, an liceat. lib. 1. num. 121.
- A**dorare visibilem humanitatem propter invisibile Verbum, an damnatum sit. lib. 1. num. 107. & 109.
- A**dorari quomodo possit quae libet res mundi. lib. 3. num. 5. & seq.
- A**doratio ab oratione differt. lib. 2. num. 34.
- A**doratio a latria quomodo differat. lib. 2. num. 393.
- A**doratio duplex non est, signum exterius, & affectus seruitutis. lib. 1. num. 72. & lib. 2. num. 361.
- A**doratio duobus integratur nota exteriori, & affectu interno. lib. 2. eodem num. & lib. 3. num. 321.
- A**doratio, & reuerentia idem sunt. lib. 1. num. 4.
- A**doratio exterior quomodo imagini deferatur. lib. 2. n. 396. & seq.
- A**doratio exterior habet se, non ut medium, sed ut finis cuius gratia. lib. 3. n. 44.
- A**doratio imaginis quo differat ab electione medijs. lib. 3. num. 41. & seq.
- A**doratio imaginum absolute dicitur adoratio. lib. 2. n. 421.
- A**doratio imagini cur per accidens tribuatur: laus vero oratio, & sacrificium non
ccc item.

INDEX RERVM EX LIB.

- item, lib. 2. num. 433.
 De adoratione imaginū quomodo loquendum, lib. 2. n. 409. & seq.
 Adoratio latius patet, quam latria, lib. 2. num. 368.
 Adorationē humanitatis Christi ad deitatem referri, Cōcilia tradunt, lib. 1. numero 107. & 108.
 Adorationem rebus inanims Scriptura tribuit, li. 2. n. 169.
 Adorationis actus exterior si ex interiori submissione non procedat, fictus est, lib. 2. num. 321.
 Adorationis actus nō est cōplacencia interior de Deo, lib. 1. num. 30. & seq.
 Adorationis affectus quomodo circa Deum versetur, lib. 1. n. 57. & seq.
 Adorationis affectus quomodo signum exterius respiciant, lib. 1. num. 80.
 Adorationis definitio, lib. 1. n. 36. & 41.
 Adorationis etymō, li. 1. n. 36.
 Adorationis natura secundū S. Thom. lib. 1. num. 27.
 Adoratio naturæ humanæ in Christo cur diuinæ nō tribuatur, lib. 1. num. 122.
 Adorationis nomen quandoque pro affectu sumitur secundum Tharasium, lib. 2. num. 366.
 Adorationis nomine quid nōnulli Patres intelligant, lib. 2. num. 166.
 Adoratio nulla in sola nota sine submissionis affectu cōsistit, lib. 2. num. 381.
 Adorationis obiectum nō est quilibet virtutis actus, lib. 1. num. 19.
 Adorationis obiectum est opus externum, lib. 1. num. 36.
 Adoratio ob multitudinē attributorum, aut beneficiorum Dei non multiplicatur, lib. 1. n. 48. & 51. & seq.
 Adoratio omnis imaginū Iudæis interdicta, non tamen omnis effigies, & similitudo, lib. 2. num. 93.
 Adoratio quomodo soli Deo à Patribus tribuitur, lib. 1. num. 6.
 Adoratio per se, & per accidens quid, lib. 1. num. 76.
 Adoratio præter excellentiā requirit potentiam beneficiendi in eo, cui defertur, lib. 1. num. 52.
 Adoratio quid secundū Patres, lib. 2. num. 368. & seq.
 In adoratione quid sit quo, & quod, lib. 1. num. 73.
 Adoratio religionis est actus, lib. 1. num. 13.
 Adoratio Sanctis exhibita cuius virtutis actus sit, lib. 1. num. 165. & seq.

Ado

DE CVLTV ADORATIONIS.

- Adoratio Sanctis exhibita ad ipsos integre, & secundum affectum terminatur, lib. 3. num. 27.
 Adoratio, salutatio, & osculū pro nota exteriori apud Græcos Patres communiter sumitur, lib. 2. numero 363. & 366. & seq.
 Adoratio semper in excellentiorem debet tendere, lib. 1. n. 114. & 128. & lib. 2. n. 321.
 Adoratio, sicut & salutatio de signo externo, & affectu interno seruitutis dicitur, lib. 2. num. 362.
 Adoratio simplex, quæ apud Patres, lib. 2. n. 381. & 383.
 Adoratio totius, & partis vna, lib. 1. num. 84.
 Adoratio vox est communis Deo, & alijs rebus, lib. 1. n. 6.
 Adriani 1. de modo adorandi imagines præclarum testimonium, lib. 2. num. 375.
 Adrianus autoritate canonū 6. Synodi vtitur, lib. 2. num. 32. & 33.
 Adrianus Imperator templa absque simulacris, non absque imaginibus Christianis construxit, lib. 2. num. 161.
 Adrianus 1. imaginem à prototypo in adoratione separandam, sensisse videtur, lib. 2. num. 303. & 304.
 Adrianus quo sensu ciuilem tantum adorationem Sanctis tribuere videatur, lib. 1. num. 156.
 Albigenes imaginum contemptores, li. 2. num. 70.
 Alexander Alensis Iconomachis non fauet, lib. 2. num. 161.
 Alexandrini Concilij de adoratione humanitatis Christi sententia, lib. 1. numero 107.
 Algeri de Eucharistiæ adoratione præclarum testimonium, lib. 2. num. 359.
 Alphonsus de Castro cum semiprobis Iconomachis non sentit, lib. 2. num. 162.
 Aman diuino cultu non postulauit adorari, lib. 1. num. 156. & 157.
 Ambrosij de Christi adoratione sententia, lib. 1. n. 117.
 Ambrosius quomodo cruci adorationem negauerit, lib. 2. num. 189. & seq.
 Amor amicitie circa inanimata nō potest versari, sicut neque affectus seruitutis, lib. 3. num. 39.
 Amor amicitie, & concupiscentie quid, lib. 3. numero 18.
 Amor concupiscentie quo differat ab actu adorationis, lib. 3. num. 45.
 Amor concupiscentie, prout cōcū

ccc 2 pis-

INDEX RERVM EX LIB.

- piscentię respicit bonũ, q̄ ali
 cui volumus. lib. 1. num. 174.
 Amor proximi quomodo pos
 sit cū adoratione eiusdem
 cōparari. lib. 3. num. 25.
 Amor proximi adorationi i
 maginis an possit compa
 rari. lib. 3. num. 36. & 37.
 Amor rei inanimę cum eius
 dē adoratione recte potest
 in vniuersum cōferri. lib. 3.
 num. 38.
 Angeli corporei olim ab ali
 quibus existimati. lib. 3. n.
 58. & 60.
 Angeli cur humana specie, &
 cum alis depingantur. lib.
 2. num. 62.
 Angeli etiam corporei sint se
 cundum aliquos, eorum ta
 mē corpora pictura expri
 mi non possunt. lib. 2. n. 60.
 Angelis malis adorationē ex
 hibere in Concilio Laodi
 cēsi prohibitū. lib. 1. n. 164.
 Angelorum erga homines re
 uerētia incarnati Verbi cau
 sa. lib. 1. num. 162.
 Angelorum imagines Xeneus
 ē mediator. lib. 2. n. 57.
 Angelorum religio quid signi
 ficet apud Paulū. li. 3. n. 101.
 Angelus quandoque in Scri
 ptura Dominus ipse appel
 latur. lib. 3. num. 91.
 Angelus imago Dei duobus
 modis. lib. 3. num. 23.
 Annonio quę fuerit causa de
 ceptionis in historia Con
 cilij Francofordiēsis. lib. 2.
 num. 251.
 Annonius quo tempore flo
 ruerit. ibidem.
 Apostolorum canon pro ima
 ginibus. lib. 2. num. 173.
 In apparitionum adoratione,
 quid agendum. lib. 3. num.
 31. & seq.
 In apparitionum adoratione
 potest esse ignorātia inuin
 cibilis. lib. 3. num. 31. & 32.
 Arca testamenti in veneratio
 ne semper habita. lib. 2. n.
 78. & 169.
 Arcam adorare, non autem i
 mages cur Iudais prace
 ptum sit. lib. 2. num. 85.
 Armenorum error circa cru
 cis adorationē. lib. 3. n. 49.
 Ars pingendi, & sculpendi nō
 omnino Iudais interdicta.
 lib. 2. num. 110.
 Asinus cui Christus infedit an
 posset adorari. lib. 3. num. 77.
 Assuerus diuinum honorem
 nunquam expetiuit. lib. 1. n.
 156. & seq.
 Athanasius cur iusserit sacras
 reliquias in terra sepeliri.
 lib. 2. num. 138.
 Athanasius imaginem à pro
 totypo in adoratione non
 esse separandam sensit. lib.
 2. num. 294. & seq.

Augu.

DE CVLTV ADORATIONIS.

- Augustini de adoratione Chri
 sti sententia lib. 1. num. 118.
 Augustinus imaginem à pro
 totypo in adoratione non
 separandam affirmat. lib. 2.
 num. 296.
 Augustinus quo pacto sepul
 crorum, & picturarum ad
 oratores reprehēderit. lib.
 2. num. 191. & 192.
 Augustinus quo sensu neget
 solem adorari posse. lib. 3.
 num. 12.
B
 Basilij de adoratione ima
 ginis simul cum prototy
 po sententia expenditur.
 lib. 2. n. 283. & seq.
 Beneficia diuersa Dei, nō po
 stulant diuersam ipsius ad
 orationem. lib. 1. num. 49.
 Beneficium nec ratio, nec ma
 teria est adorationis. lib. 1.
 num. 51.
 Bogomili Ichonomachi. lib.
 2. num. 20.
 Bogomili hęretici crucem
 nō esse adorandam publice
 prædicarūt. lib. 2. num. 48.
 Bonum velle proximo, quia
 illius bonum est, non est ac
 ctus virtutis heologica.
 lib. 1. num. 175. & seq.
 Bonum figurę cur sub mari æ
 neo collocata lib. 2. num.
 109.
 Bracharense Concilium reli
 quias de collo suspensas de
 ferre, quo modo vetuerit.
 lib. 3. num. 115.
 Brusiani cruci cultum dene
 garunt. lib. 3. num. 48.
C
 Cæsaris imago moneta
 impressa. cur à Iudais re
 cepta. lib. 2. num. 109.
 Caiant, aut Caini hęretici an
 contra cultum reliquiarum
 senserint. lib. 3. num. 78. &
 79.
 Caietanus non recte explicat,
 quo modo sit idem motus
 in imaginem, & in id, cuius
 est imago. lib. 2. num. 314.
 & seq.
 Calvinus falsū imponit septi
 mę Synodo. lib. 2. n. 231.
 Calvinus imaginibus infe
 stus. lib. 2. num. 21.
 Calvinus imagines in templis
 collocandas esse negat. lib.
 2. num. 117.
 Calvinus cum Centuriatori
 bus cruci cultum non con
 cedit. lib. 3. num. 49.
 Calvinus Sanctorum cultum
 idololatriam vocat. libro 1.
 num. 143.
 Canones sextę Synodi à se
 ptima approbati. libro 2. n.
 31.
 Canō. 82. sextę Synodi indu
 bitata autoritatis. lib. 2. n.
 34. & 35.

INDEX RERVM EX LIB.

- Canon. 82. sextæ Synodi expli-
catur. lib. 2. num. 37. & seq.
- Cantabrum quid sit, & quo-
modo à Labaro differat. lib.
3. num. 66.
- Caritas pro materia omne o-
pus virtutis habere potest.
lib. 1. num. 21.
- Caritas erga Deum, & proxi-
mum quomodo eadē, nō
item adoratio. lib. 1. num.
171. & seq.
- Caritas quomodo cultus Dei
dicatur. lib. 1. num. 23.
- Caritas quomodo versetur cir-
ca proximum. lib. 1. n. 96.
- Caritas quomodo feratur in
Deum, & proximum. lib. 3.
num. 19.
- Caritas quomodo velit bonū
proximo. ibidem, & num.
35. & 37.
- Caritas Theologica virtus sō-
lum Deum tanquam ami-
cum respicit. lib. num. 175.
- Caritatis obiectū, & discriminē
à reliquis virtutibus. lib. 1.
num. 38.
- Carolini libri contra septimā
Synodū scripti. lib. 2. num.
225. & seq.
- Carolini libri non à Carolo
cōpositi. lib. 2. n. 196. & seq.
- Carolini libri perspectam ha-
buerūt definitionē septimæ
Synodi. lib. 2. num. 230.
- Carolini libri vbi, & à quo
scripti. lib. 2. num. 244.
- Carolini libri falsum impo-
nunt septimæ Synodo. lib.
2. num. 230. & seq.
- Carolinorum librorum præ-
fatio an supposititia sit. lib.
2. num. 223.
- Carolinorum librorum testi-
monium nullius momenti.
lib. 2. num. 240.
- Carolinorum librorum auto-
res Iconomachi semiprobi.
lib. 2. num. 160.
- Carolinorum librorum præ-
fatio quomodo intelligen-
da. lib. 2. n. 243. & seq.
- Carolus cur ad Adrianum li-
brum de imaginibus mise-
rit. lib. 2. num. 197.
- Carolus propter Iconoma-
chiam Græcorum Impera-
torum à Leone III. electus
Imperator. lib. 2. num. 198.
& 237.
- Carolus Stadius imaginū im-
pugnator. lib. 2. num. 21.
- Catherinus terminum proxi-
mum, & integrū adoratio-
nis dicit esse imaginē. lib.
2. num. 256.
- Centuriatores definitionem
Concilij Francofordiensis,
& librorum Carolinorum
distinguunt. lib. 2. n. 242.
- Centuriatorū, perfidia in refe-
renda definitione Concilij
Fræcofordiēsis. lib. 2. n. 241.

DE CVLTV ADORATIONIS.

- Cereos ad sepulcra accendi
Eliberitanum Conciliū cur
vetuerit. li. 3. n. 107. & 108.
- Cerei ad sepulcra accēsi quid
significant. lib. 3. num. 111.
- Cherubinos non fuisse com-
positos ex quatuor anima-
lium partibus. lib. 2. n. 104.
- Cherubinis adorationem ex-
hibitā quomodo dixerint
Hierony. & Damasc. lib. 2.
num. 102.
- Cherubinorum qualis com-
positio. lib. 2. num. 100.
- Cherubinorum figuræ an ad-
oratz fuerint. lib. 2. numero
94. & 98.
- Christi corpus à Verbo sepa-
ratum non adoramus se-
cundum Athanasium. lib.
1. num. 116.
- Christi humanitas duplici ti-
tulo simul adorāda secun-
dum S. Thom. lib. 3. n. 114.
- Christi imagini nō possumus
λατρεῖν latrein. lib. 2. n. 333.
- Christi imago in memoriā re-
uocat diuinitatē. lib. 2. n. 27.
- Christi inanimatus character
secundū Leontiū quomo-
do adorandus. lib. 3. n. 15.
- Christi reliquie secundum
Leōtium quomodo adorā-
dæ. lib. 3. num. 123.
- Christi regnum non carnale,
sed spirituale. lib. 3. n. 98.
- Christi sanguis in terris reli-
ctus, vel ab imagine emissus
quomodo adorandus. lib. 3.
num. 124.
- Christi suppositum non hy-
perdulia, sed latria est ado-
randum. lib. 1. n. 112. & seq.
- Christi, Trinitatisue imago latria
adoranda*, abiq; distinctione
non cōceditur. lib. 3. num.
123.
- Christum secundum carnē nō
cognoscere, quo sēsu Paulus
de se dixerit. li. 3. n. 95. & seq.
- Christus cur non dicatur per
accidēs adorari. lib. 2. num.
80. & 81.
- Christianocategororum he-
resis, quæ lib. 2. num. 157.
- Chrysostomus imaginē à pro-
typo in adoratione non
separādā cēset. lib. 2. n. 304.
- Claudius Taurinensis Episco-
pus primus cruci adoratio-
nē denegauit. lib. 3. n. 47.
- Claudius Taurinensis imagi-
nibus infestus. lib. 2. n. 20.
- Claudius Taurinensis optime
intellexit canonē 36. Cōci-
lij Eliberitani. lib. 2. n. 135.
- Claudius Sainctes de Eucha-
ristiæ adoratione quid sen-
serit. lib. 2. n. 348. & 351.
- Clauis, lācca & cetera passionis
Christi instrumēta an ado-
rāda. lib. 3. num. 72.
- Clemens quintus solennita-
tē festi corporis Christi cō-
firmat.

INDEX RERVM

- firmavit. lib. 2. num. 351.
 Clichtoueus de rerum sacra-
 rum adoratione quid ser-
 ferit. lib. 2. num. 360.
 Collyridiani heretici qui lib.
 1. num. 189.
 Columba aurea in memoria
 Spiritus sancti erecta, & ad-
 missa. lib. 2. num. 48.
 Communione in priuatis do-
 mibus iuasit Eustathius.
 lib. 1. num. 147.
 Communione nomine, quid
 intelligat Concilium Eli-
 beritanum. lib. 2. n. 121. & 22.
 Cōcionatores nō debent do-
 ctrinā de adoratione ima-
 ginum sine prototypo pro-
 ponere. lib. 2. n. 415. & 416.
 In concionibus, quę doctrina
 de imaginibus populo ex-
 plicanda. libro. 2. n. 417.
 Constantino Episcopo Con-
 stantię falso imponunt li-
 bri Carolini idololatriam.
 lib. 2. num. 231.
 Confidentia vna Deitatis, &
 humanitatis ad vnā vtriuf-
 que adorationē mouet. lib.
 1. num. 115.
 Cōstātinopolitani quinti Cō-
 cilij de adoratione huma-
 nitatis Christi sentētia. lib.
 1. num. 108.
 Constantinopolit. Concilium
 sub Copronymo quale fue-
 rit. lib. 3. num. 205. & seq.
- Constantinopolit. Concilium
 sub Leone Imperatore Ico-
 nomacho illegitimum, &
 laicum. lib. 2. num. 202.
 Corpus Christi sub speciebus
 quomodo venerandū. lib.
 2. num. 348. & seq.
 Corpus Christi sub speciebus
 etiam si sub illis panis ma-
 neret, latria esset adorandū.
 lib. 2. num. 350.
 Creatura irrationalis iniurię,
 & honoris. secundum se in-
 capax. lib. 2. nu. 321. & 323.
 & 336. & seq.
 Creatura quęlibet varijs mo-
 dis cum Deo, aut Sanctis
 coniungi, & adorari potest.
 lib. 3. num. 8. & 9.
 Creatura quęlibet materia
 potest esse iuramenti. lib. 3.
 num. 10.
 Creatura quęuis non publice
 proponenda, vt adoretur.
 lib. 3. num. 11.
 Cruci Christi latria non defe-
 renda secundum Tharasiū.
 lib. 2. num. 365. & 366.
 Crucifixum tribus clauis Al-
 bigenses qua de causa de-
 pingere cōperūt. lib. 2. n. 21.
 Crucis Christi signum adorā-
 dum qui primus negauerit.
 lib. 3. num. 47.
 Crucis exaltationis festū vn-
 de sumpserit initium. lib.
 3. num. 57.

Crucis

DE CVLTV ADORATIONIS.

- Crucis partes cur non adorē-
 tur soluta eius figura. lib. 3.
 num. 12.
 Crucis imaginē seorsum cur
 in vsu habeamus: lanceę,
 vel spongię non item. lib.
 3. num. 74. & 75.
 Crucis signū expressū in aere,
 vel super aliquam rem vt
 laudabile. lib. 3. n. 69. & seq.
 Crucis signo quantum Impe-
 ratores honorē detulerint,
 lib. 3. num. 64. & seq.
 Crucis signum comparatur si-
 gno Thau. lib. 3. num. 63.
 Crucis signum Deus miracu-
 lis cohonestauit. lib. 3. nu-
 mero 68.
 Crucis signum in rebus etiam
 naturalibus eximię virtu-
 tis, & vtilitatis. lib. 3. num.
 68.
 Crucis signū quodlibet ado-
 randum. lib. 3. numero 61.
 & seq.
 Crucis signum symbolum vi-
 tę futurę. lib. 3. num. 69.
 Crucis signum super rem ali-
 quam expressum nihil illi
 imprimit. lib. 3. num. 71.
 Crux Christi adoranda. lib. 3.
 num. 51. & seq.
 Crux Christi altare sacrificij.
 lib. 3. num. 52.
 Crux Christi cur, & quo mo-
 do à Christianis adoretur
 secundum Leontium. lib.
2. num. 297.
 Crux Christi currus trium-
 phalis. lib. 3. num. 54.
 Crux Christi diuersa de causa
 etiam adoranda, quā quod-
 libet crucis signum. lib. 3. n.
 117. & seq.
 Crux Christi ratione cōtactus
 & representationis eodem
 modo adoranda. lib. 3. num.
 134. & 135.
 Crux Christi, & eius reliquię
 sine ipso non adorandę. lib.
 3. num. num. 121. & seq.
 Crux Christi in Scripturis quā
 doque sumitur pro ipso li-
 gno, in quo passus est Chri-
 stus. lib. 3. num. 53. & 54.
 Crux Christi quomodo inuē-
 ra, & cognita. lib. 3. num. 55.
 Crux Christi duplici titulo
 adoranda. libro. 3. numero
 134.
 Crux Christi quo ab alijs dif-
 ferat. lib. 3. ibidem.
 De cruce Christi, & eius par-
 ticularis quid fenserint Pa-
 tres. lib. 3. num. 56.
 Crux Christi an vt instrumē-
 tum mortis, an vt amoris
 argumentum adoretur. lib.
 3. num. 72.
 Crux ne humi depingeretur,
 Theodosius lege cauit. lib.
 3. num. 67.
 Crux quę apparēbit in die iu-
 dicij. lib. 3. num. 62.

ccc 5. Crux.

INDEX RER VM EX LIB.

Cruce quomodo ab Ecclesia
in hymno laudetur. lib. 2.
n. 429. & seq.

Cultus imaginum secundum
se, sine prototypo non po-
test, nec secundarie ad re-
ligionem pertinere. lib. 2.
n. 331. & 332.

Cultus volūtarius an vniuer-
sim damnandus. lib. 3. nu.
100. & 105.

Cultus voluntarius, qui. ibidē
Currus Ezechieli ostensus nō
erat arca fœderis. li. 2. n. 105

Cypriani de Eucharistiæ ad-
oratione sententia expen-
ditur. lib. 2. n. 354.

D

Damasceni de adoratio-
ne imaginis simul cū
prototypo sententia.
lib. 2. n. 290. & seq.

Damascenus quomodo com-
paret traditionem de ima-
ginibus alteri de adoratio-
ne versus oriēs. lib. 2. n. 176

Daniel quomodo a Nabucho-
donosor adoratus. lib. 1. n.
179. & 180.

Decalogus vnde dictus. lib. 2.
num. 113.

Dei imago in veteri testamē-
to prohibita. lib. 2. n. 52.

Dei imago tribus modis de-
pingi potest. lib. 2. n. 49.

Deitas cur per se necessario cū
humanitate adoretur: gra-

tia vero, & alia dona cū ho-
mine nō item. lib. 1. n. 101.

Dei vnica excellentia vnice
adorationis est ratio. lib. 1.
n. 53. & seq.

Deum imagine corporea de-
pingere non est ex se illicitum.
lib. 2. n. 46. & seq.

De^o in homine, quomodo ad-
orari possit. li. 3. n. 17. & seq.

Deus Iudæorum cur dictus à
Lucano incertus. li. 2. n. 72.

Dextera Patris in Christo ho-
nor est Deitatis. lib. 1. n. 116.

Dies carnis Christi, dies passi-
bilitatis eiusdem. lib. 3. nu-
mero. 96.

Dionysius imaginem in ado-
ratione a prototypo nō se-
parandam docuit. lib. 2. n.
286. & seq.

Discipuli euntes in Emaus
Christum secundum carnē,
non secundum spiritum
quomodo agnoscebāt. lib.
3. num. 98.

Diuinitas cur per se latria ad-
oretur in Christo: huma-
nitas vero per accidens. lib. 1.
num. 79.

Diuinitas non separatur, quā-
do eius imago depingitur.
lib. 2. num. 27.

Diuinitas vnguentum huma-
nitas à Patribus dicitur.
lib. 1. num. 100.

Doctoris vnus autoritas to-
tiu

DE CVLTV ADORATIONI S.

rius Ecclesiæ consuetudinē
non debet euertere secun-
dum Damasc. lib. 2. n. 136.
& 137.

Dominum Deum adorare, &
illi soli seruire quomodo
intelligendum. lib. 1. num.
153. & 154.

Dulia an imaginibus Sancto-
rum secundum se cōcedē-
da. lib. 2. n. 425. & seq.

Dulia Deo quomodo conue-
nire potest, & creaturis: la-
tria tamen soli Deo. lib. 1.
num. 57.

Dulia erga Sanctos, & maio-
res alios diuersa est specie.
lib. 1. n. 170.

Dulia interiori Christi huma-
nitas diuisa à Verbo nō po-
test adorari. lib. 1. num. 92.

Dulia non adorantur imagi-
nes à prototypo diuisæ. li.
2. num. 331.

Dulia sola non adoratur hu-
manitas Christi Verbo cō-
iuncta. lib. 1. n. 105. & seq.

Dulia nō tam exteriorem no-
tam, quam internum sub-
missionis affectum signifi-
cat. lib. 2. n. 362.

Dulia religionis actus nō est.
lib. 1. num. 11. & 12.

Dulia Sanctis tribuitur. lib. 1.
num. 146.

Dulia virtus est à latria, & re-
ligione distincta. lib. 1. nu.

165. & 166.

Dulia vsus, & significatio. lib.
1. n. 11. & 12.

Durādi de imaginum adora-
tione sententia expēditur.
lib. 2. n. 164. & seq.

E

Eginardus Caroli Magni
Secretarius. lib. 2. n. 251.

Electio medijs quomodo
ab adoratione imaginis dif-
ferat. lib. 2. n. 42. & seq.

Eliberitani Concilij autoritas
defenditur. lib. 1. num. 121.
& seq.

Eliberitani Cōcilij autorita-
tem cur aliqui negent. lib.
2. n. 120. & n. 125.

Eliberitani Concilij canō se-
xagesimus de Martyribus
confringentibus idōla ex-
plicatur. lib. 2. num. 129. &
130.

Eliberitani Concilij tempore
imagines in templis collo-
cabantur. lib. 2. n. 135.

Eliberitani Concilij canō tri-
gesimus sextus de imagini-
bus quomodo ab aliquibus
intellectus. lib. 2. num. 126.
& 128.

Eliberitani canonis eiusdē ve-
rus sensus. lib. 2. num. 132.
& seq.

Eliberitanum Concilium ce-
reos ad sepulcra accēdi cur
vetuerit. lib. 3. n. 107. & 108.

Eli-

INDEX RERVM

- Eliberitanum Concil. nō de-
leuit imagines ne ludibrio
haberentur à Gentilibus.
lib. 2. num. 131.
- Eliberitanum Concilium vi-
tandæ idololatriæ causa i-
magines nō prohibuit. lib.
2. num. 127.
- Eliberitanum Concil. non o-
mnes, sed solum in pariete
depictas imagines veruit.
lib. 2. num. 135.
- Engilbertus Abbas librū Ca-
rolinum à Carolo missum
Adriano obtulit. lib. 2. nu-
246.
- Ephod à Gedeone factū quo-
modo idololatriæ causa fue-
rit. lib. 2. num. 9.
- Epiphanius Diaconus imagi-
nem in adoratione ab exē-
plari non separandam sen-
sit. lib. 2. num. 306.
- Epiphanius Diaconus imagi-
ni latriam non esse deferē-
dam affirmat. libro. 2. num.
334.
- Epiphaniij Episcopi Epistola
ad Ioannem Hierosolymi-
tanum supposititia non est.
lib. 2. num. 140. & seq.
- Epiphanio Episcopo mortuo
discipuli statuam crexerūt.
lib. 2. num. 152.
- Epiphanium Episcopum non
secundum scientiam velum
scidisse aliqui falso putant.
lib. 2. num. 137.
- Epiphanius Episcopus velum
scidit nō vt abusum in ad-
oratione Sanctorum ima-
ginum reprimeret. lib. 2. n.
133. & 139.
- Epiphanius Episcopus nun-
quam Iconomachus. lib. 2.
num. 137. & 151.
- Epiphanius Episcopus nō san-
cti, sed profani hominis i-
maginem scidit. lib. 2. num.
149. & seq.
- Epiphanius cur velum ima-
ginis sciderit. lib. 2. numero
147. & seq.
- Epiphanius Episcopus quo-
modo Mariæ Virgini mu-
nera offerri reprehenderit.
lib. 1. num. 188. & seq.
- Euangeliorum liber quomo-
do adorandus. lib. 2. num.
342. & seq.
- Ethelothriskia Græcum no-
men quid significet. lib. 3. n.
100. & seq.
- Eucharistia cur latria absolu-
te adoranda dicatur, imago
autem nō item. lib. 2. num.
426. & seq.
- Eucharistia maiori cum affe-
ctu colitur, quam Christus
in imagine. lib. 2. num. 355.
- Eucharistiæ adoratio præsen-
tiam corporis Christi quo-
modo indicet. lib. 2. num.
eodem.

Eucha-

DE CVLTV ADORATIONIS.

- Eucharistia contritis, & con-
fessis iuste in extremis ne-
gari potest. lib. 2. num. 123.
- Eucharistia non conceditur
adoranda catecumenis. lib.
2. num. 356.
- Eucharistia non recte imago
Christi ab hæreticis voca-
tur. lib. 2. num. 155.
- Eucharistia sub cōdicione nō
adoranda. lib. 3. num. 34. &
35.
- Eucharistia quomodo adorā-
da. lib. 2. num. 346. & seq.
- Eucharistiæ accidentia non
existere propria existētia
nōnulli putant. lib. 2. num.
353.
- Eucharistiæ vnica adoratio
absentiam panis non de-
monstrat. lib. 2. num. 351. &
seq.
- Eucharistiæ Sacramentum nō
esse adorandū hæretici va-
rie asserunt. lib. 2. num. 346.
& 347.
- Eucharistiæ species quomo-
do adorandæ. lib. 2. numero
357. & seq.
- Eucharistiæ speciebus corpus
Christi contentum, & vbiq;
latria venerandum. lib. 2. n.
348. & seq.
- Eulalia Martyr an recte idola
confregerit. lib. 2. numero
137.
- Eusebiæ vsus, & significatio.
lib. 1. num. 7.
- Eusebij Casariens. epistola ad
Constantiam Augustam im-
pia. lib. 2. num. 193.
- Eusebius inuentionis crucis
meminit. lib. 3. num. 61.
- Eustathius an primus adora-
tionem Sanctis negauerit.
lib. 1. num. 140. & seq.
- Euthychiani imaginum impu-
gnatores. lib. 2. num. 15. &
17.
- Exaltationis crucis festum vn-
de originem habuerit. lib.
3. num. 54.
- Exemplar in adoratione ha-
bet se, vt finis cui. lib. 3. n.
44.
- F**
- Fausti Manichæi error cir-
ca crucis adorationē. lib.
3. num. 49. & 50.
- Faustus Manichæus de adora-
tione imaginum quid sen-
serit. lib. 2. num. 18.
- Ferro ignito Christi humuni-
tas pulcre à Damasceno cō-
paratur. lib. 1. num. 97. &
98.
- Fidei actus nō potest esse ad-
orationis materia. lib. 1. n.
22.
- Fidei obiectum diuersum ab
obiecto iuramenti. libro. 1.
num. 54.
- Finis cui, & cuius gratia quid
sit. lib. 3. num. 41. & 42.

Felix.

INDEX RERVM EX LIB.

- Felix Vrgelitanus non fuit Iconomachus. lib. 2. n. 22.
- Francofordiense Concilium de imaginibus egisse ex historijs quidam colligunt. lib. 2. num. 209.
- Francofordiense Concilium in facto errasse contra septimam Synodum probat multi. lib. 2. n. 220. & 221.
- Francofordiense Concilium in facto non erravit contra septimam Synodum. lib. 2. n. 228. & seq.
- Francofordiense Concilium nihil contra verum imaginum cultum definiuit. lib. 2. n. 236. & seq.
- Francofordiense Concilium Nycenæ Synodo non potuit derogare. lib. 2. n. 235.
- Francofordiense Concilium notam habuit definitionem septimæ Synodi. lib. 2. num. 228. & seq.
- Francofordiense Concilium septimam Synodum non damnauit. lib. 2. n. 213. & seq.
- Francofordiense Concilium septimam synodum damnasse aliqui sentiunt. lib. 2. n. 218. & seq.
- Francofordiensi Concilio interfuerunt legati Pontificis. lib. 2. n. 233.
- Francofordiensi Concilio auctoritas circa doctrinam de adoptione & seruitute Christi indubitata. lib. 2. n. 235.
- Francofordiensi Concilio definitioni an Adrianus, & eius legati restiterint. lib. 2. num. 233.
- Francofordiensi Concilio Patres supremam potestatem in Romano Pontifice agnouerunt. lib. 2. n. 234.
- G
- Genebrardus de imaginum adoratione quid senserit. lib. 2. n. 219.
- Gentiliacensis Synodus imagines recepit. lib. 2. n. 173.
- Genuflexione Deus adorari solitus. lib. 1. n. 159.
- Genuflexio raro olim exhibitamagnis etiam viris. ibidem.
- Germani Patriarchæ Constantinop. de inseparabilitate imaginis à prototypo in adoratione testimonium. lib. 2. n. 305.
- Gloria Domini in scriptura non semper arcam fœderis significat. lib. 2. n. 105.
- Gloria quid sit, & quomodo ab honore, & laude differat. lib. 1. n. 3.
- Gnosticorum hæresis. lib. 3. numero. 78.
- Gratiarum actionis materia est beneficium. lib. 1. numero. 52.
- Gratiæ solius habitualis titulo Christi

DE CVLTV ADORATIONIS.

- lo Christum adorare indecens est. lib. 1. n. 124.
- Gregorij ad Serenum Episcopum responsio explicatur. lib. 2. n. 373. & seq.
- Gregorij celebre testimonium de imaginum adoratione expenditur. ibidem.
- Gregorius Nyssenus imaginem à prototypo in adoratione non separandam sensit. lib. 2. n. 287.
- Gregorius quo sensu imagines non esse adorandas dixerit. lib. 2. n. 193.
- H
- Hebræi non habent peculiare nomen, quod cultum significet, sicut nec Latini. lib. 1. num. 5.
- Hebræi voces neutras ignorat. lib. 2. num. 83.
- Helene pietas erga crucem Christi. lib. 1. num. 57.
- Hemorrhoidæ imaginis historia. lib. 2. num. 177.
- Henrici Stephani de idoli significatione sententia. lib. 2. n. 1. & 1.
- Heraclij in sanctæ crucis recuperatione historia. lib. 3. num. 57.
- Hæresum interemptrix quomodo Maria Virgo. lib. 1. num. 193.
- Hieremiæ Patriarchæ Constantinop. de adoratione imaginum testimonium expeditur. lib. 2. numero. 309. & seq.
- Hieronymus Angustus imaginis adorandæ modum recte explicuit. lib. 2. n. 365.
- Hieronymus de Praga imaginum impugnator. lib. 2. num. 21.
- Hieronymus de Praga imaginem Vvicleffi venerabatur. ibidem.
- Hieronymus quibus imaginibus adorationem negauerit. lib. 2. num. 190.
- Hieronymi de cereis pro mortuis accensis sententia explicatur. lib. 3. num. 109. & seq.
- Hincmari de Francofordiensi Concilio sententia. lib. 2. num. 229.
- Hincmarus Catholicus non indoctrina, sed in facto erravit. lib. 2. num. 247.
- Hincmarus circa historiam Francofordiensi Concilio deceptus. lib. 2. n. 245. & seq.
- Hincmarus libros Carolinos confundit cum Concilio Francofordiensi. lib. 2. num. 246.
- Hispania non habet multas imagines in parietibus depictas. lib. 2. n. 133.
- Hispaniæ consuetudo antiqua, ut dānatis ad mortem communio non

INDEX RERVM EX LIB.

- non daretur. lib. 2. n. 124.
 Historici omnes cur decepti
 in historia Concilij Franc.
 lib. 2. num. 249. & seq.
 Historici solum errore facti
 in ea historia decepti. lib. 2.
 num. 253.
 Holcot de imaginum adora-
 tione sententia expenditur.
 lib. 2. num. 164.
 Hominem simul cum Deo a-
 dorari posse ex Leōtio pro-
 batur. lib. 3. num. 20.
 Homini iusto plusquam ciui-
 lis honor debetur. lib. 3. n.
 24.
 Homini quando, & quomodo
 ciuilis honor debeat. lib.
 3. num. 23.
 Homo bifariam considerari;
 & adorari potest. libro. n.
 17.
 Homo imago Dei viua duo-
 bus modis. lib. 3. num. 23.
 Homo quilibet an publice
 adorandus. lib. 3. num. 21.
 Homo quomodo simul cum
 Deo possit adorari. lib. 3. n.
 17.
 Homo, & imago Dei an latria
 possit adorari. lib. 3. num.
 4. 17. & seq.
 Homo, vt imago Dei coli po-
 test non adorato Deo. lib.
 2. num. 325.
 In homine Deus posset in iu-
 ria affici non lēso homine.

- lib. 3. num. 22.
 Honorē si Sanctis deferamus
 adorationem etiam debe-
 mus. lib. 1. num. 149. & 150.
 Honor imaginis semper in
 prototypon resultat. lib. 2.
 num. 406.
 Humanitas Christi quomodo
 dicatur adorari per acci-
 dēs. lib. n. 76. 77. 83. & 84.
 Humanitas Christi deitati v-
 nita quomodo coadorari
 dicatur. lib. 1. numero. 74.
 & 75.
 Humanitas Christi depicta nō
 separatur à Deitate in ado-
 ratione iuxta septimā Sy-
 nodum. lib. 1. num. 110.
 Humanitas Christi cogitatio-
 ne à Verbo separata quo-
 modo sit inadorabilis se-
 cundum Damascenum. lib.
 1. num. 163.
 Humanitas Christi non potest
 à nobis non vnita Verbo
 considerari. lib. 1. num. 125.
 & 126.
 Humanitas Christi per se in-
 feriori adoratione quā la-
 tria adoratur secundum ali-
 quos. lib. 1. num. 86. & seq.
 Humanitas dimissa à Verbo
 latria non adoranda. lib. 1.
 num. 40. & 50.
 Humanitas in Christo ferro
 ignito comparatur. lib. 1. n.
 66.

Huma-

INDEX LOCORVM

SACRAE SCRIPTURAE, QVAE
 in hoc opere, aut allegantur, aut ex pro-
 fesso explicantur.

Ex Genesi.



- Ap. 3. Et cū audissent
 vocem Domini Dei
 ambulantis in pa-
 radiso ad aurā post
 meridiē. lib. 2. num. 46.
 Cap. 12. Egredere de terra tua. lib.
 2. num. 116.
 Cap. 18. Apparuit autem ei Domi-
 nus in conualle Mambre, &c.
 lib. 2. num. 50.
 Cap. 23. Adorauit Abraham popu-
 lum terra. lib. 2. num. 81.
 Cap. 28. Vere locus iste Sanctus.
 lib. 3. num. 9.
 Cap. 28. Surgens ergo Iacob mane,
 tulit lapidem, quē supposuerat
 capiti suo, & erexit in titulum
 fundens oleum de super. lib. 3.
 num. 9.
 Cap. 50. Deus visitabit vos, aspor-
 tate ossa mea vobiscum de loco
 isto. lib. 3. num. 81.

Ex Exodo.

- Cap. 3. Terra, in qua stas, locus
 sanctus est. lib. 2. num. 17.

- Cap. 13. Tulit quoque Moyses ossa
 Ioseph secum. lib. 3. num. 81.
 Cap. 20. Non habebis Deos alienos
 coram me. lib. 2. num. 111.
 Cap. 20. Non facietis vobis scul-
 ptile. lib. 2. num. 2. 64. & 74.
 Cap. 25. Duos quoq; Cherubim au-
 reos & produēbiles facies ex v-
 traque parte. Oraculi. lib. 2. n.
 94. & 168.
 Cap. 32. Fac nobis Deos, qui nos pre-
 cedant. lib. 2. num. 187.
 Cap. 32. Hi sunt Dī tui Israel, qui
 te eduxerunt de terra AEgy-
 pti. lib. 2. num. 187.

Ex Leuitico.

- Cap. 26. Nō facietis vobis Ido-
 lum & sculptile nec titulos
 erigētis; nec insignem lapidem
 ponētis in terra vestra, vt ado-
 retis eum. lib. 2. num. 76.
 Cap. 29. Omne opus seruile nō fa-
 cietis. lib. 1. num. 9.
 Cap. 29. De semine tuo non dabis
 seruire Principi. lib. 1. num. 9.

Ex Numero.

- Cap. 21. Fac serpentem anēū,
 & pone eum pro signo, qui per
 casus

bbb

INDEX LOCORVM.

- inſus aspexerit eum, viuet. lib. 2. num. 86. & 168.
- Cap. 22. Adorauitque eum pronus in terram. lib. 1. num. 147.
- ### Ex Deuteronomio.
- Cap. 4. Loquutus est Dominus ad vos de medio ignis, vocē verborū audistis, formam penitus nō vidistis. lib. 2. num. 49.
- Cap. 4. Nō vidistis aliquam similitudinem in die, qua loquutus est vobis dominus in Horeb de medio ignis: ne forte decepti faciatis vobis sculptam similitudinem, & c. lib. 2. num. 74.
- Cap. 5. Non facies tibi sculptile, nec similitudinem omnium, quæ in celo sunt de super, & qua in terra deorsum, & c. lib. 2. n. 74.
- Cap. 6. Dominum Deum adorabis & illi soli seruias. lib. 1. num. 9. & 47. lib. 2. num. 366.
- Cap. 7. Cum introdixerit te Dominus, & c. aras eorum subuertite & confringite statuas lucos quo succidite & sculptilia cōburite. lib. 2. num. 129.
- Cap. 10. Eo, tempore separauit Tribum Leui, vt portaret arcā Federis domini. lib. 2. n. 168.
- Cap. 12. Dissipate aras eorum, & confringite statuas, & c. lib. 2. num. 129.
- Cap. 32. Immolauerunt Damonij, & non Deo. lib. 2. num. 87.
- Cap. 32. Deum, qui te genuit dereliquisti, & oblitus es. Domini

- creatoris tui. lib. 2. num. 187.
- Cap. 34. Mortuusq; est ibi Moyses seruus Domini, & c. & non cognouit homo sepulcrum eius, vsque in presentem diem. lib. 3. num. 90.

Ex Iosue.

- Cap. 3. Sitque inter vos, & arcam spatium cubitorum duum milium. lib. 2. num. 169.
- Cap. 5. Cecidit Iosue pronus in terram. lib. 1. num. 147.

Ex lib. Iudicum.

- Cap. 8. Fecitque ex eo Gedeon Ephod, & posuit illud in ciuitate sua Ephra. lib. 2. num. 9.

Ex Ruth.

- Cap. 2. Quæ cadens in faciem suā & adorans super terram, dixit ad eum. lib. 1. num. 159.

Ex 1. Regum.

- Cap. 6. Percussit autem de viris Bethsamitibus, eo quod vidissent arcam Domini. & c. lib. 2. num. 169.
- Cap. 20. Dauid surrexit, & cecidit in faciem suam, & adorauit ter Ionathan, & osculatus est eum. lib. 2. num. 403.
- Cap. 25. Et procidit coram Dauid super faciem suam, & adorauit super terram. lib. 1. n. 159.
- Cap. 28. Quare inquietasti me, vt suscitarer. lib. 3. num. 107.
- Cap. 28. Statimq; Saul cecidit prorectus in terrā. lib. 1. num. 147.

Ex

SACRAESCRIPTVRAE.

Ex 2. Regum.

- Cap. 6. Super quam inuocatum est nomen Domini exercituum sedentis in Cherubim super eam. lib. 2. num. 81.
- Cap. 6. Iratusque est indignatione Dominus contra Ozam, & percussit eum, & c. lib. 2. n. 166.
- Cap. 9. Cū autē venisset Miphiboseth filius Ionathæ filij Saul ad Dauid corruit in faciem suā et adorauit. lib. 1. num. 159.
- Cap. 14. Adorauit, et dixit, serua me Rex. lib. 1. num. 35.
- Cap. 18. Porro Absalom erexerat sibi, cum adhuc viueret, titulū, qui est in in valle Regis, & c. lib. 2. num. 76.
- Cap. 19. Semei autem filius Iera prostratus coram Rege. lib. 1. n. 86.

Ex 3. Regum.

- Cap. 6. Et fecit in Oraculo duos Cherubim de lignis oliuarum decem cubitorum altitudinis. lib. 2. num. 49.
- Cap. 8. Vtrumque enim genu in terram fixerat. lib. 1. num. 156.
- Cap. 18. Cumque esset Abdias in via, Elias occurrit ei, qui cum cognouisset eum, cecidit super faciem suam. lib. 1. num. 147.

Ex 4. Regum.

- Cap. 1. Qui cum venisset curauit genua contra Eliam, et precatus est eum. lib. 1. num. 159.

- Cap. 2. Et venientes in occursum eius, adorauerunt eum proni in terram. lib. 1. num. 47.
- Cap. 15. Quod cum tetigisset ossa Elisei, reuixit homo, et stetit supra pedes suos. lib. 3. num. 81.
- Cap. 18. Conspexitque serpentem gneum, quem fecerat Moyses, & c. lib. 2. num. 89.

Ex 2. Paralipomenon.

- Cap. 5. Et intulerunt Sacerdotes arcam Federis Domini in locū suum, & c. lib. 2. num. 168.
- Cap. 6. Et deinceps flexis genibus contra vniuersam multitudinē Israel, et palmis in celum leuatis ait. lib. 1. num. 159.

Ex 1. Esdræ.

- Cap. 9. Et in sacrificio Vespertino surrexi, et afflictione mea, et scisso pallio, et tunica, curuaui genua mea. lib. 1. num. 159.

Ex Iudith.

- Cap. 4. Et infantes prostrauerunt contra faciem tēpli. lib. 1. num. 86.
- Cap. 10. Surrexit de loco, in quo iacuerat prostrata ad Dominū. lib. 1. num. 86.
- Cap. 10. Adorauit eum prosternēs se super terram. libro 1. num. 159.

Ex Esther.

- Cap. 3. Sotus Mardocheus non flebat genua, neque adorabat eum.

bbb a eum.

INDEX LOCORVM.

eum. lib. 1. numero 159.

Cap. 13. Scis, quia non pro superbia
& contumelia, & aliqua gloria
eupiditate fecerim hoc, ut non
adorarem Aman, &c. sed. ti-
mui ne honorem Dei mei trans-
ferrem ad hominem, &c. lib. 1.
num. 156.

Ex Psalmis.

Psal. 7. Domine Deus meus in
te speravi. lib. 1. num. 56.

Psal. 98. Qui sedes super Cheru-
bim. lib. 2. num. 81.

Psal. 98. Adorate scabellum pedū
eius, quoniam sanctum est. lib. 1.
num. 69. 118. 168. & lib. 2. nu-
mero 78.

Psal. 98. Moyses & Aaron in Sa-
cerdotibus eius, & Samuel in-
ter eos, qui inuocant nomen eius
lib. 2. num. 79.

Psal. 98. Adorate in monte sancto
eius. lib. 3. num. 6.

Psal. 105. Fecerunt vitulū in Ho-
reb. lib. 2. num. 187.

Psal. 113. Simulacra Gentium ar-
gentum, & aurū. lib. 2. n. 13.

Psal. 131. Adorauimus in loco, ubi
steterunt pedes eius. lib. 2. num.
82. 168.

Surgedomine in requiem tuam, tu,
& arca sanctificationis tuæ. li-
bro. 2. num. 168.

Ex Canticis.

Cap. Si ignoras te, o pulcerrima
mulierum, &c. lib. 2. n. 116.

Ex Sapientia.

Cap. 13. Appellarunt Deos o-
pera manuum hominum, &c.
lib. 2. num. 186.

Cap. 14. Initium fornicationis est
exquisitio Idolorū & adinuentio
illorum corruptio vitæ est: a-
cerbo enim luctu dolens pater
cito sibi rapti filij fecit imaginē
&c. lib. 2. num. 5.

Ex Ecclesiastico.

Cap. 46. Et post hoc dormiuit,
& natum fecit Regi, & ostē-
dit illi finem vitæ suæ. lib. 3.
num. 108.

Cap. 49. Duodecim Prophetarum
ossa pullulent de loco suo, nam
corroborauerunt Iacob & rede-
merunt se in fide virtutis. lib.
3. num. 81.

Cap. 49. Ossa ipsius visitata sunt
& post mortem prophetauerūt.
lib. 3. num. 81.

Ex Isaia.

Cap. 4. Cui simile fecisti Deū?
aut quā imaginem poteris ei?
lib. 2. num. 49.

Cap. 11. Et erit sepulcrū illius glo-
riosum. lib. 3. num. 82.

Cap. 46. Cui assimilastis me, &
adaquastis, & consecrastis me,
& fecistis similem? lib. 2. num.
49.

Cap. 66. Celum sedes mea, terra
autem scabellum pedum meo-
rum. lib. 1. n. 11. 8. lib. 2. n. 78.

Ex

SACRAE SCRIPTURAE.

Ex Ieremia.

Cap. 10. Leges populorum vanae
sunt, quia lignum de saltu pra-
cidit opus manus artificis in a-
scia. lib. 2. num. 56.

Ex Ezechiele.

Cap. 1. Aperi sunt celi & vidi vi-
siones Dei, &c. lib. 2. num. 105.

Cap. 1. Quatuor facies vni. ibidem.

Cap. 2. Hac visio similitudinis glo-
riae Domini. ibidem.

Cap. 9. Et signa Thau super frontes
virorum gementium, &c. lib. 3.
num. 63.

Ex Daniele.

Cap. 2. Tunc Rex Nabuchodono-
sor cecidit in faciem suam, &
Danielem adorauit, & hostias,
& incensum praecepit, ut sacri-
ficarent ei. lib. 1. num. 176.

Cap. 2. Loquens ergo Rex ait Da-
nieli, vere Deus vester Deus
Deorum est. lib. 1. num. 178.

Cap. 5. Bibebant vinum, & lauda-
bant Deos suos aureos, & argē-
teos, aereos, ferreos, ligneosq, &
lapideos. lib. 2. num. 186.

Cap. 7. Aspiciebam donec throni
positi sunt, & Antiquus dierū
sedit. lib. 2. num. 50.

Ex Osea.

Cap. 6. Quia misericordiā volui,
& non sacrificium. lib. 1. num.
7.

Ex Abacuc.

Cap. 2. Quid prodest sculptile,
quia sculpsit illud fictor suus
conflatile & imaginem falsam?
lib. 2. num. 56.

Ex Zacharia.

Cap. 3. Et ostendit mihi Domi-
nus Iesum Sacerdotem magnū
stantem coram Angelo Domini,
& Sathan stabat a dextris eius,
ut aduersaretur ei. lib. 3. num.
91.

Cap. 3. Et dixit Dominus ad Satan,
inrepet Dominus in te Sathan,
& inrepet Dominus in te, qui
elegit Hierusalem. ibidem.

Ex Matthæo.

Cap. 2. Vidimus enim stellam e-
ius in Oriente. lib. 2. num. 42.

Cap. 3. Et vidi Spiritum Dei de-
scendentem sicut columbam, &
venientem super se. lib. 2. num.
42. & 46.

Cap. 4. Dominum Deum tuū ado-
rabi, & illi soli serues. lib. 1.
n. 9. & lib. 2. num. 9. & 366.

Cap. 5. Nolite iurare per celū, quia
thronus Dei est, neq, per terrā,
quia scabellum est pedum eius.
lib. 2. n. 171. & 78.

Cap. 9. Misericordiam volo, & nō
sacrificium. lib. 1. num. 7.

Cap. 9. Si tetigero tantū vestimē-
tū eius, salua ero. lib. 3. n. 82.

Cap. 20. Accessit ad Iesum mater
filiorum Zebedaei adorās & pe-
bbb 3 tens.

INDEX LOCORVM.

- tens aliquid ab eo. lib. 1. n. 35.
 Cap. 20. Dic, vt sedeant biduo fili mei, vnus ad dexteram tuam, & alius ad sinistram in regno tuo. lib. 3. n. 98.
 Cap. 23. Vae vobis Scribae, & Pharisaei Hypocrita, quia adificatis sepulcra prophetarum & ornatis monumeta Iustorum. lib. 3. num. 85.
 Cap. 23. Verumtamen implete mensuram Patrum vestrorum. ibidem.
 Cap. 24. Tunc parebit signum filii hominis. lib. 3. num. 62.
 Cap. 26. Vt quid perditio haec: posuit enim vnguentum iustud vendari, & c. lib. 3. n. 109.

Ex Luca.

- Cap. 11. Beatus venter, qui te portauit, & c. quinimo beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. lib. 1. n. 201.
 Cap. 11. Vae vobis, qui adificatis monumenta Prophetarum, & c. lib. 3. num. 84.
 Cap. 14. Qui amant primos accubitus in cenis, & salutationes in foro, & c. lib. 2. n. 404.
 Cap. 24. Nos autem sperabamus, quia ipse esset redempturus Israel. lib. 3. n. 98.

Ex Ioanne.

- Cap. 1. Ihs, qui credunt in nomine eius. lib. 2. n. 345.

- Cap. 1. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. lib. 2. n. 36.
 Cap. 4. Et nos dicitis, quia Hierosolymis est locus, vbi adorare oportet. lib. 2. n. 75.
 Cap. 4. Vos adoratis, quod nescitis, nos adoramus, quod scimus. lib. 1. num. 25.
 Cap. 4. Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu, & veritate oportet adorare. lib. 1. n. 15. & 24.
 Cap. 20. Accedentes tenuerunt pedes eius, & adorauerunt. lib. 1. num. 81.

Ex Actibus.

- Cap. 4. Non est aliud nomen datum sub caelo, in quo oporteat nos saluos fieri. lib. 2. num. 345.
 Cap. 5. Ita vt in plateis eijcerent & c. vt veniente Petro, saltim umbra illius obumbraret quemquam illorum. lib. 3. n. 82.
 Cap. 5. Qui curabatur omnes. ibidem.
 Cap. 10. Surge, & ego ipse hominum sum. lib. 1. n. 156.
 Cap. 14. Quod vbi audierunt Apostoli Barnabas & Paulus conscis tunicis exilierunt in turbas clamantes, & dicentes, Viri quid haec facitis. ibidem.
 Cap. 15. Vt abstineatis vos ab immolatis simulacrorum. lib. 2. n. 13.
 Cap. 17. Genus ergo cum simus Dei non debemus aestimare auro, vel argento

SACRAE SCRIPTURAE

- argento, & c. diuinum esse simile. lib. 2. n. 49.
 Cap. 19. Ita vt super laquidos deferreretur a corpore eius sudaria vel semicinctia & recedebant ab eis laquiores & spiritus nequam egrediebantur. lib. 3. n. 82

Ex Epistola ad Romanos.

- Cap. 1. Qui cum Deum cognouisset non sicut Deum glorificauerunt, et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem corruptibilis hominis. li. 1. nu. 47.
 Cap. 6. Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur. lib. 3. n. 97.
 Ca. 10. Testimonium perhibeo illis, quod emulationem Dei habet, sed non secundum scientiam. libro 3. n. 107.
 Ca. 10. Quicumque innocauerit nomen Domini saluus erit. li. 2. n. 345

Ex priori ad Corinth.

- Cap. 8. De eis, quae idolis immolatur scimus, quia nihil est idolum in mundo & quod nullus est Deus nisi vnus. li. 1. n. 4
 Cap. 14. Mulieres in Ecclesijs taceant, non enim permittitur eis loqui. lib. 1. n. 188.

Ex posteriori ad Corinthios.

- Cap. 5. Et ideo contendimus, siue absentes, siue praesentes illi placere. lib. 3. n. 99.
 Cap. 5. Siue metum excedimus, Deo,

- siue sobrii sumus, vobis, charitas enim Christi urget nos, & c. li. 3. n. 99.
 Cap. 5. Itaque nos ex hoc neminem nouimus secundum carnem, et si cognouimus secundum carnem Christum, sed iam non nouimus. lib. 3. n. 95. et 99.

Ex Epist. ad Galatas.

- Cap. 4. Ihs, qui natura non sunt dii, seruibatis. lib. 1. n. 153.
 Cap. 5. Sed per charitatem seruite inuicem, lib. 1. num. 11.
 Ex epist. ad Ephesios.
 Cap. 4. Et nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in die redemptionis. lib. 3. num. 109.

Ex epist. ad Philipenses.

- Cap. 2. In nomine Iesu omne genu flectatur. lib. 2. n. 345.

Ex epist. ad Colossenses.

- Cap. 1. Pacificans per sanguinem crucis eius, siue quae in terris, siue quae in caelis sunt. lib. 3. n. 53.
 Cap. 2. Delens quod aduersus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci. lib. 3. num. 53.
 Cap. 2. Et expoliatis principatus et potestates traduxit confidenter palam, triumphans illos

INDEX LOCORVM

in semetipso lib. 3. n. 54.

Cap. 2. Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut potu, aut in parte diei festi &c. lib. 3. n. 101.

Cap. 2. Quae sunt rationem quidem habentia sapientia, in superstitione & humilitate, &c. lib. 3. num. 102.

Ex priori ad Timoth.

Cap. 1. Solum Deo honor, & gloria. lib. 1. n. 155.

Cap. 5. Viduas honora, quae vere viduae sunt. lib. 3. n. 106.

Cap. 5. Qui bene praesunt Presbyteri duplici honore digni habeantur. ibidem.

Ex Epistola ad Titum.

Cap. 3. Stultas autem quaestiones & genealogias & contentiones, & pugnas legis deuita. lib. 3. n. 93.

Ex Epist. ad Hebraeos.

Cap. 5. In diebus carnis suae. lib. 3. n. 97.

Ex priori Episto. Petri.

Cap. 1. Nemo vos iudicet in cibo, aut potu, aut in parte diei festi &c. lib. 3. n. 101.

Cap. 2. Quae sunt rationem quidem habentia sapientia, in superstitione & humilitate, &c. lib. 3. num. 102.

Cap. 2. Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut potu, aut in parte diei festi &c. lib. 3. n. 101.

Cap. 2. Quae sunt rationem quidem habentia sapientia, in superstitione & humilitate, &c. lib. 3. num. 102.

Cap. 2. Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut potu, aut in parte diei festi &c. lib. 3. n. 101.

Cap. 2. Quae sunt rationem quidem habentia sapientia, in superstitione & humilitate, &c. lib. 3. num. 102.

Cap. 2. Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum. lib. 3. n. 53.

Ex prima Ioannis:

Cap. vlti. Custodite vos a simulacris. lib. 2. n. 13.

Ex Epistola Iudae.

Cap. vlti. Michael Arcangelus cum diabolo disputans altercatur de Moysi corpore. lib. 3. num. 90.

Non est ausus ei iudicium inferre blasphemiae, sed dixit, Imperet tibi Dominus. lib. 3. n. 95.

Ex Apocalypsi.

Cap. 1. Et sui in spiritu. lib. 1. num. 163.

Cap. 19. Et cecidante pedes eius, ut adorarem eum: & dixit mihi, Vide ne feceris. lib. 1. n. 162.

Cap. 19. Vide ne feceris, conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum &c. Deum adora. lib. 1. num. 156.

Cap. 22. Et sedes Dei & Agni in illa erunt. lib. 1. num. 115.

FINIS.

DE CVLTV ADORATIONIS.

Humanitas in Christo quomodo sit terminus adorationis patrie. lib. 1. n. 71.

Humanitas in Christo patrie propria non adoratur secundum Alensem, & alios. lib. 1. num. 61. & 63.

Humanitas per se sola Verbum pro nobis orare poterat. lib. 1. num. 129.

Humanitas Christi nunc in caelis pro nobis non orat. lib. 1. num. 91. & 92.

Humanitas Verbo coniuncta perfectiori modo adoratur quam seorsum. lib. 1. num. 138.

Humanitatem Christi eadem adoratione patrie cum Verbo colendam definitum est. lib. 1. num. 64. & seq.

Humanitatem Christi per se sine Verbo non posse nunc adorari, ex Concilijs probatur. lib. 1. num. 107. & seq.

Humanitatem Christi, quam vocat Damasc. materiam, non esse, ut Deum adorandam, quomodo ipse intelligat. lib. 1. num. 82.

Idem ex Patribus ostenditur. lib. 1. num. 115.

Humanitatem Christi Deificatam adorari non posse, non adorata Deitate. lib. 1. num. 98. 99. 101. & 102.

Humanitatem vna cum Ver-

bo adorari, quomodo dicere non liceat. lib. 1. numero 107. & 111.

Humanitati Christi cur patrie in spiritu, & veritate tribuatur dicatur. lib. 2. num. 427. & 428.

Humanitati Christi quae adoratio debeat secundum Scotum. lib. 1. n. 49. & 50.

Humilitas circa propriam excellentiam, adoratio circa alienam versatur. lib. 1. num. 43. & 44.

Hyperdulia adoranda beatissima Virgo. lib. 1. num. 185. & seq. & 203.

Hyperdulia Christi humanitas etiam deitate sanctificata per se adorari potest secundum aliquos. lib. 1. num. 93. & seq.

Hyperdulia nomen a Patribus non usurpatum. ibidem.

Hyperdulia optimum dulciae opus. lib. 3. num. 132.

I

Iacob cur locum visionis adorauerit. lib. 3. num. 9.

Iacob Ioseph virgam non adorauit, sed eum, qui virgam tenebat secundum Patres. lib. 2. numero 294. & 296. & 303.

Iacobi Papiæ de adoratione imaginum sententia. lib. 2. num. 377.

ddd

Ico-

INDEX RERVM EX LIB.

- Iconomachi omnium imaginum adorationem idololatriam vocant. lib. 2. num. 256. & seq. & num. 407.
- Iconomachorum sectæ quot fuerint. lib. 2. numero 158. & seq.
- Iconomachi semiprobi quales fuerint. lib. 2. num. 159.
- Idem est motus in imaginem, & in id, cuius est imago, quomodo intelligendum.* libro 2. num. 313. & seq.
- Idoli varius usus, & definitio. lib. 2. num. 1. & seq.
- Idololatræ ab infidelibus occisi an sint Martyres. lib. 2. num. 129.
- Idololatræ qui sint. libro. 1. n. 11. & lib. 2. num. 9.
- Idololatræ Lutherus Christianos vocat propter titulos delatos B. Virgini. lib. 1. num. 191.
- Idololatria dicitur à Caluino Sanctorum cultus. lib. 1. n. 144.
- Idololatria sine falsa existimatione non contingit. lib. 1. num. 47.
- Idololatriæ origo. lib. 2. num. 76.
- Idolorum aut falsum, aut nullum est prototypon. lib. 1. num. 6.
- Idolorum origo. lib. 1. num. 6. & 7.
- Idolum, & imago apud Ecclesiasticos non sunt idem. lib. 2. num. 13.
- Idolum, & imago quo differant. lib. 2. num. 3. 6. & 12.
- Idolum nihil esse quomodo intelligendum. lib. 2. num. 3. & 4.
- Idolum non à dolo dicitur, cum Græcū sit nomen. lib. 2. num. 13.
- Iesu nomen quomodo adorandum. lib. 2. num. 342. & seq.
- Ignorantia culpabilis, & inculpabilis. lib. 3. num. 32.
- Imaginem Angelis effingere licet. lib. 2. num. 61.
- Imaginem Christi depingere Iconomachi reprehendunt. lib. 2. num. 26.
- Imaginem Dei depingere illicitum in veteri testamēto, non item in nouo secundū Clichtoueam. lib. 2. n. 43.
- Imaginem Dei depingere licet. lib. 2. num. 45. & 46. & 53.
- Imaginē Dei depingi nō posse quomodo dixerit Scriptura. lib. 2. num. 52.
- Imaginem Dei depingi posse quo sensu Patres negauerint. lib. 2. num. 53.
- Imaginem ita adorare licet, vt osculū illi infixum in prototypon trāsmittamus. lib. 2. num. 326.

Ima

DE CVLTV ADORATIONIS.

- Imaginem nō adorari, sed tantum esse condicionem adorationis putauit Caietanus. lib. 2. num. 316. & 390.
- Imaginem per se, sine prototypon adorari, falsum esse, probatur. lib. 2. num. 324. & 325.
- Imaginem qui adorat, eo ipso ex natura rei exēplar adorat secundum Tharasium. lib. 2. num. 298.
- Imaginē sub qua Damon delitescit, qui adorat, quomodo ab idololatria excusetur. lib. 3. num. 31. & seq.
- Imaginem profani hominis in templo suspendere, quomodo sit contra Scripturā. lib. 2. num. 148.
- Imaginē sui linteo expressam Christus misit Agabaro. lib. 2. num. 28.
- Imaginem Trinitatis depingere illicitum esse aliqui putant. lib. 2. n. 44. & seq.
- Imaginem Trinitatis licet depingere. lib. 2. n. 44. & seq.
- Imagines ad recordationē solum seruire est cōtra Patrū doctrinam. lib. 2. num. 371. & seq.
- Imagines absolute, & simpliciter adorari. lib. 2. numero 391. & seq.
- Imagines amore concupiscentiæ, non amicitæ possunt diligere. lib. 2. numero 401. & 402.
- Imagines an improprie, & analogice adorari dicantur. lib. 2. num. 389. & seq.
- Imagines Angelorum Xeneus tollebat. lib. 2. num. 57.
- Imagines à prototypis separatas latria adorare, est idololatrare. lib. 2. num. 333. & 334.
- Imagines cur adorari simpliciter dicantur, licet colantur per accidens cum exemplari. lib. 2. num. 393.
- Imagines cur Deus Iudæis prohibuerit. lib. 2. num. 76.
- Imagines depingere tempore Euangelij licitū. lib. 2. num. 84.
- Imagines idola vocare non licet. lib. 2. num. 2.
- Imagines latria non coli, etiāsi cum prototypis adorētur, quomodo septima Synodus intelligat. lib. 2. num. 280. & seq.
- Imagines in publicum ad adorandum propositæ cur sacræ dicantur. lib. 3. n. 11.
- Imagines multæ in veteri Testamento absque nutu Dei factæ. lib. 2. num. 96.
- Imagines nō fuisse Iudæis prohibitas, nisi modo adorationi accommodato. lib. 2. num. 98. & seq.

ddd

Ima-

INDEX RERVM EX LIB. I.

Imagines non nisi cum exemplari adorari, Scholasticorum testimonijs confirmatur. lib. 2. num. 271. & seq.
 Idem ex Concilijs ostenditur. lib. 2. num. 273. & seq.
 Idem Patrum testimonijs monstratur. lib. 2. num. 286. & seq.
 Idem Theologorum quorundam rationibus probatur. lib. 2. num. 311. & seq.
 Idem ratione à priori confirmatur. lib. 2. numero 313. & seq.
 Idem ratione à posteriori ostenditur. lib. 2. num. 336. & seq.
 Imagines per se alia adoratione, quam prototypi, adoranda secundum quosdam. lib. 2. num. 256. & 265. & seq.
 Imagines per accidens quomodo adorentur. libro 2. num. 388.
 Imagines perperam in templis collocari. Calvinus asserit. lib. 2. num. 114.
 Imagines priusquam in templo collocarētur, olim vengebantur. lib. 2. num. 156.
 Imagines quibus titulis à Gētibus adorabantur. lib. 2. n. 188. & 189.
 Imagines quomodo in septima Synodo non latria, sed honoraria adoratione dicantur. adorari. lib. 2. num. 257. & seq.
 Imagines Trinitatis novas effingere, quomodo reprehensione dignum sit. lib. 2. num. 57.
 Imagines quibus rebus adoranda. lib. 2. numero 167. & 175.
 Imagines quo sensu Patres a mandas dixerint. lib. 2. num. 401. & seq.
 Imagines quo sensu aliqui Patres dixerint non venerandas. lib. 2. num. 370. & seq.
 Imaginibus à prototypis separatis nec latriā, nec duliā deferre licet. lib. 2. numero 330. & seq.
 Imaginibus cultum esse deferendum miracula facta comprobant. lib. 2. num. 177.
 Imaginibus oratio non dicitur fieri. lib. 2. num. 431.
 Imagini siue cōiuncte, siue diuise à prototypo, quomodo septima Synodus latriā deneget. libro. 2. numero 281.
 Imagini latria non exhibetur secundum Patrum sententiam. lib. 2. num. 364. & 365. & 420.
 Imagini cultum deberi secundum fidem Catholicam auctoritate probatur. lib. 2. n. 167. & seq.

Ima

DE CVLTV ADORATIONIS.

Imagini Christi, prout exemplari in se continet, latria debetur. lib. 2. num. 428.
 Imagini nec per accidens sacrificium deferri dicitur. lib. 2. num. 345. & 431.
 Imagini quomodo inferior, quam prototypo tribuatur adoratio. lib. 2. num. 397. & seq.
 Imaginis à prototypo diuise cultus, neq; ad religionem, neque ad duliā pertinere potest. lib. 2. num. 331. & 332.
 Imaginis adoratio non est contra ius naturæ. lib. 2. num. 78.
 Imaginis duplex honor per se & cum prototypo Patribus septimæ Synodi ignotus. lib. 2. num. 310.
 Imaginis Dei viuæ, & pictæ discrimen. lib. 2. num. 325. & lib. 3. num. 24.
 Imaginis definitio. lib. 2. num. 12.
 Imaginis, & Scripturæ differentia. lib. 2. num. 165.
 Imaginis, & exemplaris adoratio an duplex. lib. 2. num. 395. & 396.
 Imaginis, & phantasmatis discrimen. lib. 3. num. 318.
 Imaginis figuram, & relationem in exemplar non adorari falsum est. lib. 2. num. 316.
 Imaginis honor, & iniuria in prototypo resultat. lib. 2. num. 184.
 Imaginis iniuria an sit minor contumelia prototypi. lib. 2. num. 339.
 Imaginis irrationalis, & exemplaris vnum imperium, & vna glorificatio. lib. 2. num. 326.
 Imaginis picta, & in speculo expressæ elegans comparatio. lib. 2. num. 301.
 Imaginis Regis, & sancti viri discrimen. lib. 2. num. 181.
 Imagini simplex debetur adoratio. lib. 2. num. 386. & 387.
 Imago agni cur dicatur typus antiquus. lib. 2. num. 40.
 Imago agni, & columbæ an Christo existente depingi debeat. lib. 2. num. 35.
 Imago an possit illa fo prototypo affici contumelia. lib. 2. num. 339. & seq.
 Imago an materia latriæ dici possit. lib. 2. numero. 411. & 422.
 Imago bifariam accipitur. lib. 2. num. 385. & 399.
 Imago colūbæ, aut stelle Magorum nunquam prohibita. lib. 2. num. 42.
 Imago Christi à Nicodemo depicta. lib. 2. num. 29.
 Imago Christi ex latria adorata

ddd 3 rati

INDEX RERVM EX LIB.

- rari recte dicitur. lib. 2. nu.
422.
- Imago Christi, & beata Virgo
non eadem adoratione co-
lenda. lib. 1. num. 198.
- Imago Christi sub figura agni,
quomodo prohibita. lib. 2.
num. 36. & 38. & 39.
- Imago Dei veteri testamento
prohibita. lib. 2. num. 52.
- Imago Dei quibus modis de-
pingi possit. lib. 2. num. 49.
& 50.
- Imago Dei viva quomodo
adoranda. lib. 2. num. 325.
- Imago depicta verbo mentis
non recte comparatur. lib.
2. num. 318.
- Imago, & prototypus vnum
sunt secundum Athanasium.
lib. 2. num. 298.
- Imago in adoratione se habet
vt materia circa quam. lib.
3. num. 44.
- Imago in ornamentum tantum
posita, ad sui adorationem
non ita mouet, sicut per se.
lib. 2. num. 100. & 108.
- Imago inuisibilium cur visi-
bilis. lib. 2. num. 61.
- Imago liber idiotarum recte
dicitur. lib. 2. num. 56.
- Imago licet adoretur cum ex-
emplari, latria tamen ei non
exhibetur secundum Patres
septimæ Synodi. lib. 2. nu.
306. & 308.
- Imago ligni cur dicatur à Je-
remia doctrina vanitatis.
lib. 2. num. 56.
- Imago laudis, incapax. lib. 2.
num. 429.
- Imago nunquam animo, & af-
fectu à prototypo separā-
da est. lib. 2. num. 162.
- Imago pars, exemplar vero totū
à Theophane Neocæsarien.
vocatur. lib. 2. num. 301.
- Imago quasi imitago ab imi-
tando dicta. lib. 2. numero
17.
- Imago quo pacto accipiatur
à Patribus. lib. 2. num. 385.
- Imago secundum se, & res ir-
rationalis secundum, se sic-
ut iniuriæ, ita & honoris
incapax. lib. 2. n. 336. & seq.
- Imago sine exemplari res ina-
nima est, & ita non adorā-
da. lib. 3. num. 322.
- Imagoli non coniungatur ex-
emplari secundum Leontium
non adoranda. lib. 2. num.
294.
- Imago Trinitatis, adoratione la-
tria adoratur, quo sensu con-
cedendum. lib. 2. num. 423.
& 424.*
- Imaginum adoratio an reue-
latione constet. lib. 2. num.
418.
- Imaginum adoratio per se, &
per accidens quid. lib. 2. n.
265, & seq.

Ima-

DE CVLTV ADORATIONIS.

- Imaginum adorationem, San-
ctorū cultui cur Patres cō-
parent. libro. 2. num. 284. &
285.
- De imaginū adoratione quo-
modo loquendum. lib. 8. n.
409.
- Imaginum cultus non scriptu-
ra, sed traditione constat.
lib. 2. num. 167.
- Imaginum cultus ratione pro-
batur. lib. 2. numero 166. &
seq.
- Imaginum Dei irreuerētia sa-
cilegium est. lib. 1. numero
183. & seq.
- Imaginum, & statuarum vsus
Iudæis interdictus. lib. 2. n.
66. & seq.
- Imaginum honorem in exē-
plaria resaltare, quomodo
Cōcilia intelligant. lib. 2. n.
266. & seq.
- Imaginū in templis antiqui-
tas ex Patribus probatur.
lib. 1. num. 118. & 119.
- Imaginum ofores impij, con-
tra vero propugnatores pij.
lib. 2. num. 185.
- Imaginum picturā, & sculpu-
ram in veteri lege non fuisse
prohibitam, multi sen-
tiunt. lib. 2. num. 63. & seq.
- Imaginum prohibitio cere-
monialis fuit. libro 2. num.
84.
- Imaginum virorum sanctorū
iniuria, quale sit sacrilegiū.
lib. 1. num. 183. & seq.
- Imaginū vsus licet veteri lege
interdictus fuerit, non ideo
præcepta decalogi fuerunt
plusquam decē. lib. 2. num.
113.
- Imperatores, ac Principes quo
in honore crucem habue-
rint. libro 3. numero 64. &
seq.
- Inanimata per se nec colūtur,
nec amantur, sed per acci-
dens. lib. 3. num. 38.
- Inanimæ creaturæ secundum
se submitti ex animo super-
stitiosum, aut stultum. lib.
2. num. 321. & seq.
- Inanimatus Christi character
quomodo secundum Leō-
tium adorādus. lib. 3. num.
15.
- Incensi oblatio non est sacri-
ficium, quod soli Deo de-
betur. lib. 2. numero 91. &
92.
- Iniuria qui afficit imaginem,
exemplari cōtumeiam ir-
rogat. lib. 2. num. 337.
- Instrumenta omnia, per quæ
Deus miracula patrauit, ad
oranda. libro 2. num. 169.
& 180.
- Intentio, & electio sunt duo
actus interni. lib. 3. numero
42.
- Intentio, & electio vnus actus
ddd 4 in ge-

INDEX RERVM EX LIB.

- in genere moris. lib. 3. num. 40.
- Intentio in omni adoratione requirenda, & expendenda secundum Leontium. libro 2. num. 365.
- Inventionis Crucis viuificæ historia. lib. 3. num. 55. 59. & seq.
- Ioannes ab Angelo prohibitus ne eum adoraret. lib. 1. num. 161. & 162.
- Ioannes in spiritu visus est sibi Angelum adorare. libro 1. num. 166.
- Ioannes Vvicles non aperte Iconomachus. lib. 2. num. 21.
- Ioannis Episcopi Thessal. dialogus relatus à septima Synodo explicatur. lib. 2. n. 58. & seq.
- Jonas Aurelianensis quo sensu imaginibus adorationem negauerit. lib. 2. num. 194.
- Iosephi ossa quomodo post mortem prophetauerint. li. 3. num. 81.
- Irenæus cur Carpocratem reprehendit, quod Christi imaginem haberet. lib. 2. n. 186.
- Irenæus nomine Iesu intelligit rem significatam. lib. 2. num. 345.
- Irrationalis creatura secundum se iniuriæ, & honoris capax non est. lib. 2. num. 336. & seq.
- Irrationalis creatura laudis incapax. lib. 3. num. 321.
- Iudæ labia, quæ Christi tetigerunt an possint adorari. lib. 3. num. 74.
- Iudæi extra templum nihil adorabant. lib. 2. num. 75.
- Iudæi imagines odio prosequuntur. lib. 2. num. 14.
- Iudæi sicut & Gætes aliquando simulacra pro Dijs habuerunt. lib. 2. num. 185.
- Iulianus apostata primus adorationem Sanctis abstulisse videtur. lib. 1. numero 144.
- Iuramenti materia potest esse res inanimata. lib. 3. n. 10.
- Iuramentum, & fides Deum variæ respiciunt. lib. 1. num. 55.
- Iustitia, & eius partes ad creaturam rationalem sunt. lib. 2. num. 329.
- Iustitiæ partes potestatiuæ, quæ. lib. 2. num. 328. & 329.
- L
- Lahari Constantini Magni descriptio. lib. 3. n. 64. & 65.
- Labarum, & Cantabrum an idem. lib. 3. num. 66.
- Labarum nomen latinum à soluedo laborem dictum. lib. 3. num. 66.

Lactan-

DE CVLTV ADORATIONIS.

- Lactantius cur imaginem Deo erigendam non esse putauerit. lib. 3. num. 55.
- Lamed Hebraica litera aliquando *ad*, aliquando *in* significat. lib. 2. num. 82.
- Lancea Christi latria non adoratur secundum Tharasiū. lib. 2. num. 365. & 366.
- Lanceas quaslibet, & alia passionis instrumenta an liceat adorare. lib. 3. numero 74. & seq.
- Latreuo verbum Græcū quid significet. lib. 1. num. 8.
- Latria an tribui dicatur imaginibus. lib. 2. num. 420. & seq.
- Latria Christi, & Trinitatis imago adoratur, quo sensu concedendum. lib. 2. num. 423. & 424.
- Latria idem, quod religio. lib. 1. num. 40.
- Latria imaginibus secundum Patres non defertur. lib. 2. num. 364. & seq. & 420.
- Latria in spiritu, & veritate quid apud Patres septimæ Synodi. lib. 2. num. 364.
- Latria non significat notam exteriorem, sed internum seruitutis affectum. lib. 2. n. 362. & 420.
- Latria semper est adoranda Christi humanitas. lib. 1. n. 165.
- Latriam alteri, quam Deo, deferre non licet secundum Patres. lib. 2. numero 382. & seq.
- Latriæ affectus an per accidens in imaginem tendat. lib. 2. num. 389.
- Latriæ, & dulix discrimen cum circa eundem actum externum versentur. lib. 1. num. 307.
- Latriæ vsus, & significatio. lib. 1. num. 7. & lib. 2. num. 362.
- Laodicenum Concilium quid circa Angelorum adorationem prohibuerit. lib. 1. num. 164.
- Laudari cur possit humanitas Christi per se, non tamen sine Verbo adorari. lib. 1. n. 131.
- Laus ad imaginem ~~modo~~ modo terminatur. lib. 2. num. 429.
- Laus quid sit, & quo ab honore differat. lib. 1. num. 3.
- Legato qui faceret iniuriam, duobus illam irrogaret. lib. 2. num. 337.
- Legatus quomodo possit adorari. lib. 2. num. 324.
- Leo Armenius Imperator Iconomachus. lib. 2. numero 20.
- Leocadia Martyr quo tempore passa. lib. 2. num. 124.
- Leo Mauricus primus edicto

did 5. pu-

INDEX RER VM EX LIB.

publico cultum Sanctorū interdixit. lib. 1. n. 144.
 Leo Isauricus Imperator iconomachus. lib. 2. n. 19.
 Leontius præclare docuit, res omnes inanimas posse coli. lib. 3. n. 6. & 15.
 Leontius de adoratione Sanctis exhibenda, quid senserit. lib. 3. n. 26.
 Leontius imaginem in adoratione prototypi non separandam dixit. lib. 2. nu. 297.
 Leontius vestem, & imaginem cum prototipo adorandam docuit. lib. 2. n. 293.
 Leo primus cur Romanorum consuetudinem de adorando Sole reprehenderit. lib. 3. num. 13.
 Leo primus quo sensu dixerit utendum esse creaturis in adoratione. lib. 3. n. 14.
 Lex naturalis dispensatione caret. lib. 2. n. 77.
 Liber Euangeliorum quomodo colendus. lib. 2. n. 383. & 384.
 Logos Græce quid significet. lib. 3. n. 102. 105. & 106.
 Loquendi modus seruandus cum de imaginū adoratione agitur. lib. 2. nu. 419. & seq.
 Ludouico Pio Hæretici falso ascribunt libellum contra

imagines. lib. 2. n. 200.
 Ludouicus Pius librum Claudij Taurinensis damnauit. lib. 2. n. 199.
 Luminaria ad sepulcra Martyrum accensa quid significant. lib. 3. n. III.
 Lutherani quid de Eucharistia, aut adoratione sentiāt. lib. 2. n. 347.

M

Mahumetani idololatrem pauimentū sui templi osculantur. lib. 2. nu. 408.
 Mahumetani imaginibus infesti. lib. 2. n. 14.
 Mahumetani Mahumetū adorant. lib. 2. n. 408.
 Mahumetani Sanctis adorationem negant. lib. 1. n. 140. & 144.
 Manichæi Gentibus deteriores. lib. 2. n. 8.
 Manichæi an imaginum impugnatōres fuerint. lib. 2. n. 16. & 18.
 Manichæus Martyrum memorias insectatur. lib. 1. numero 143.
 Marcionistę primi imaginum impugnatōres. lib. 2. num. 15. 16. & 17.
 Mardocheus cultum latriæ Amano non denegauit. lib. 1. n. 157.

Mardo-

DE CVLTV ADORATIONIS.

Mardocheus cur Amanum adorare noluerit. lib. 1. numero 158.
 Maria non obseruantia solū, sed etiam dulcia adoranda est. lib. 1. n. 201.
 Maria, & imago Christi diuersimode adorantur. lib. 1. numero. 198.
 Maria honore Angelis præferenda. lib. 1. n. 187.
 Maria maiori adoratione ob sanctitatem, quam ob affinitatem cum Christo veneranda. libro. 1. num. 201. & 202.
 Maria latria quomodo etiam possit adorari. lib. 1. numero. 196. & 197.
 Maria qua adoratione veneranda. lib. 1. n. 195.
 Maria ratione maternitatis latria non est adoranda. lib. 1. n. 198.
 Maria ratione contactus non est latria adoranda secundum S. Thom. lib. 1. num. 194.
 Mariæ adorationem quo sensu Epiphanius negauerit. lib. 1. n. 190.
 Mariæ adoratio religionis actus non est. lib. 1. numero 199.
 Mariæ cultum auferunt hæretici nostri temporis. lib. 1. n. 185. & 188.

Mariæ dignitas creata latriæ cultu non est veneranda. lib. 1. n. 200.
 Mariæ Epithera à Sanctis tributa. libro. 1. numero 191. & 192.
 Mariæ peculiare adorationis genus debetur. lib. 1. num. 185. & seq.
 Mariam, dum Christum gestabat, tantum adorandam hæretici dicunt. lib. 1. numero 145.
 Mariam ratione affinitatis cum Deo, hyperdulia venerandam, quo sensu dixerit S. Thom. libro. 1. numero 203.
 Martyrium religionis actus non est, sed fortitudinis, & caritatis. libro. 1. numero 42.
 Martyrum passio non fuit sacrificium. ibidem.
 Maximus Madaurēsis Sanctis adorationem abstulit. lib. 1. num. 144.
 Medium quomodo propter finem appetatur. lib. 3. n. 45.
 Michael Balbus iconomachus. lib. 2. numero 20.
 Michael custos populi Israelitici. lib. 3. num. 92.
 Michaelis cum diabolo pugna in epistola Iudæ. quę. lib. 3. num. 90.
 Miraculorum instrumenta an omnia

INDEX RERVM EX LIB.

- omnia adoranda. lib. 2. num. 179. & seq.
- Moguntini Concilij de imaginum adoratione sensus. lib. 2. num. 283.
- Moguntinum Concilium quo sensu dixerit imagines non adorandas. libro 2. numero 371.
- Monumenta Prophetarum edificare an Christus reprehenderit. lib. 3. num. 85. & seq.
- Morus in imaginem, & in id, cuius est imago, quomodo idem. lib. 2. numero. 307. & seq.
- Moyfes populum Iudaicum in terram promissionis cur non introduxerit. libro. 3. num. 93.
- Moyfi mortuo potius, quã viuenti ne cultus deferretur, maius periculum fuit. lib. 3. num. 97.
- Moyfis cadauer cur occultatum. lib. 3. num. 92. & seq.
- N** Abuchodonosor quomodo Danieli incensum obtulerit. lib. 1. n. 178. & 179.
- Nestorij error de Christi adoratione. lib. 1. num. 71.
- Niceni Concilij secundi de imaginum adoratione definitio. lib. 2. num. 177. & seq.
- Nicenum Concilium secundum quando celebratum. lib. 2. num. 174.
- Nicenum Concilium secundum vide septimam Synodum.
- Nicephorus patriarcha Constantinopol. effigiem à prototypo inseparabilem docuit. lib. 2. num. 299.
- Nomen Dei apud Malach. pro re significata. lib. 2. numero 345.
- Nomen Iesu & pro re significata, & pro voce sumitur. lib. 2. num. 344.
- Nomini Dei adoratio deferri potest per accidens: nõ oratio, aut sacrificium. lib. 2. n. 345.
- O** blationes an imaginibus fieri dicantur. lib. 2. n. 431.
- Oblationibus ad imagines accedere licitum esse, quomodo dixerit septima Synodus. lib. 2. num. 432.
- Observantia quid sit. libro. 1. num. 40.
- Observantia sepe est ad creaturam rationalem. libro. 2. num. 329.
- Oratio ad Deum, religionis est actus, non autem quæ fit ad Sanctos. lib. 1. num. 130.

Oratio

DE CVLTV ADORATIONIS.

- Oratio ad imagines non dirigitur etiam per accidens. lib. 2. num. 431.
- Oratio cur possit fieri ad solam humanitatem Christi non item adoratio. lib. 1. num. 129. & seq.
- Oratio nec in vestem, nec in thronum Regis, sed in solam personam fertur. lib. 1. num. 132. & lib. 7. num. 362.
- Oratio quomodo sit actus intellectus. lib. 1. num. 14.
- Oratio quomodo Deum respiciat. lib. 1. num. 54.
- Oret, pro nobis Christus ut cur ab eo nõ petamus. lib. 1. n. 89. & 92.
- P**
- Pauliciani hæretici cultum Christo denegarunt. lib. 3. num. 48.
- Paulo tãquam Mercurio Lycaones sacrificare volebãt. lib. 1. num. 160.
- Paulus Diaconus Carolo Magno familiaris. lib. 2. num. 251.
- Panis substantia etiam si cum corpore Christi maneret, adorationem Christi non impediret. lib. 2. num. 353. & 354.
- Partes personæ adoratæ quomodo adorètur. lib. 1. num. 73.
- Partes quomodo, & quando per se adorari dicantur. lib. 1. num. 78.
- Pectoris percussio adorationis actus est, non tamen ad latriam peculiariter pertinet. lib. 1. num. 43.
- Pedes Christi tenere, & adorare, quomodo intelligendum secundum Athanasium. lib. 1. num. 81.
- Personæ sacrae secundum se, religione non adorantur, sed dulia. lib. 1. num. 181.
- Petrus ex modestia à Cornelio noluit adorari. lib. 1. n. 161.
- Petrus quomodo in trãfiguratione Moysem, & Eliam nouerit. lib. 2. num. 73.
- Petrus Fullo aut Gnaphheus Theopaschitarum princeps. lib. 2. num. 17.
- Pharisæi cur hypocritæ à Christo disti, dum edificarent monumenta. lib. 3. num. 85. & seq.
- Photius patriarcha, imaginum honorem in prototypum trãfire, affirmat. lib. 2. num. 307.
- Photius idem imaginem sine exemplari non adorandam dicit. lib. 2. num. 208.
- Philippicus an primus inter Imperatores iconomachus. lib. 2. num. 19.

Phi-

INDEX RERVM EX LIB.

- Philoxenus, aut Xeneus, seu Xenaias primus imaginum osor cuius fuerit cōdicio- nis. lib. 1. n. 17.
- Pici Mirandulani de imagi- num adoratione sententia expenditur. lib. 2. nu. 164. & seq.
- Pietas semper est ad creatu- ram rationalem. lib. 2. nu- mero 329.
- Pingēdi ars Iudæis an prohi- bita, & quomodo. li. 2. nu- mero 110.
- Pontifex Iudæorum nullam Cherubinis adorationem exhibebat. lib. 2. n. 101.
- Porphyrius dæmones adorari à Christianis aiebat. lib. 1. num. 143.
- Prefationis libri Carolini cō- textus explicatur. lib. 2. nu. 242.
- Præceptum primum Decalo- gi aliquid habuit ceremo- niale, quodiā cessauit. lib. 2. numero 115.
- Præceptum vltimum Decalo- gi in duo diuidendum. lib. 2. num. 112.
- Præputium Christi quomodo adorandum. lib. 3. n. 124.
- Præsepe domini quomodo adorandum. lib. 2. n. 364. & seq.
- Prophetarum monumenta e- diticare, an Christus in Pha- risæis reprehēderit. lib. 3. n. 85. & seq.
- Prophetarum ossa pullulare quid. lib. 3. n. 81.
- Proskynysis, idest adoratio, a- pud Patres, & Scripturam aliquando latriam signifi- cat. lib. 1. n. 163.
- Proskynysis significatio. lib. 2. n. 362. & 366.
- Prostratio non est signum pe- culiare latriæ. lib. 1. n. 85.
- Prototypon habet se, vt finis cui, in adoratione. lib. 3. nu- mero 44.
- Proximus caritate quomodo diligendus. lib. 3. nu. 19. & 37. & seq.
- Proximus dupliciter diligi po- test. lib. 3. n. 19. & 39. & seq.
- Q**
- Quinifexta Synodus quæ. lib. 2. n. 301.
- R**
- Regnum Christi non car- nale, sed spirituale. lib. 3. n. 98.
- Religionis nomen commune est, nec solum Dei cultum significat. libro 1. numero 5.
- Religionis obiectum potest esse omne virtutis opus. lib. 1. n. 20.
- Religio Angelorū apud Pau- lum

DE CVLTV ADORATIONIS.

- lum quid. lib. 3. n. 101.
- Religio semper est circa rem rationalem. lib. 2. num. 329.
- Religiosi cultus diuersitas vn de fumenda. lib. 1. n. 54. 55. 165. & 166.
- Religio soli Deo cultum de- fert. lib. 1. n. 95. & 96.
- Religio voluntaria quid. lib. 3. n. 100. & 105.
- Reliquiæ Christi sine Christo secundum aliquos adorari possunt. lib. 3. num. 117. & seq.
- Reliquiæ Sanctorum sine San- ctis secundum aliquos ad- orari possunt. ibidem.
- Reliquiæ secundum se non sunt adorationis capaces. lib. 3. n. 133. & 134.
- Reliquiæ omnes adorari non possunt sine eo, cuius sunt. lib. 3. n. 120. & seq.
- Reliquiarū tactus an aliquid virtutis rebus imprimat. li. 3. n. 135.
- Reliquiarum sacrarum, & i- maginum discrimen secun- dum aliquorum sententiā. lib. 3. num. 118. & 119.
- Reliquiarū veneratio ab Eu- stathio sublata. li. 1. nume- ro 142.
- Reliquiæ sub forma cineris, vel ossis cur adorentur, nō sub forma vermis. libro 3. num. 144.
- Reliquiæ vt publice adoren- tur, Pontificis autoritate opus est. libro 3. numero 115.
- Reliquias de collo suspensas deferre quomodo liceat. i- bidem.
- Reliquias incertas adorare an liceat. libro 3. numero 114.
- Reliquias sanctas adorandas esse ex Scriptura, Concilijs, & traditione ostenditur. li. 3. num. 80. & seq.
- Reliquias sub forma vermiū colere an liceat. lib. 3. nu- mero 114.
- Reliquijs sacris qui hæretici cultum negauerint, & quis primus. lib. 1. numero 78. & seq.
- Res inanima materia iura- menti esse potest. lib. 3. nu- mero 10.
- Res inanima secundum se a- dorationis capax non est. libro 2. numero 320. & seq.
- Res inanima secundum se in- iuriæ, & honoris incapax. libro 2. numero 336. & seq.
- Res omnis inanima ritè cum Deo, sicut eius imago ad- orari potest. libro 3. nume- ro 5. & seq.
- Res omnis inanima cur pas- sim

INDEX RERVM EX LIB.

- sim non sit adoranda. lib. 3. num. 11.
- Res qualibet ad Deum, Deive cultum non constituta adorari non potest secundum quosdam. lib. 3. num. 1. & seq.
- Res quælibet multis modis cū Deo, & Sanctis cōiungi, & adorari potest. lib. 3. num. 8. & 9.
- Rodolphus Aquaiua, & Alphonsus Paciecus cum Socijs societatis I E S V vere Martyres. lib. 2. num. 130.
- Romanorum in adorādo Sole consuetudo. lib. 3. n. 13.
- Romanum Conciliū sub Gregorio tertio imaginum adorationem probavit. lib. 2. num. 173.
- Roma quomodo purior sine simulacris ex sententia Augusti. lib. 2. num. 54.
- S
- S**acerdotum honor secundum se ad religionē non pertinet, sed ad duliam, aut obseruantiam. lib. 1. n. 181.
- Sacra offerre Christi humanitati quid. lib. 1. num. 134.
- Sacramentarij Eucharistiæ sacramentum adorare, idolatriam putant. lib. 2. num. 346.
- Sacramenta viuas imagines hæretici appellant. lib. 2. n. 155.
- Sacramentum Eucharistiæ imaginem Christi hæretici vocant. ibidem.
- Sacrarum rerum irreuerentia quando sit sacrilegium religioni oppositum. lib. 1. n. 183.
- Sacræ res an secundum se adorandæ. lib. 2. num. 343.
- Sacrificium adorationis actus non est. lib. 1. num. 42.
- Sacrificiū hominibus nequit offerri. lib. 1. num. 177.
- Sacrificium humanitati Christi non potest offerri. lib. 1. num. 134.
- Sacrificium imaginibus non offerendum. lib. 2. numero 431.
- Sacrificium non est vnicum, & solum signum latriæ. lib. 2. num. 387.
- Sacrificium quid. lib. 2. num. 431.
- Sacrificium quomodo Deum respiciat. lib. 1. num. 54.
- Sacro syllabus. liber. in Concilio Francofordiensi compositus. lib. 2. num. 233.
- Salomon absque dispensatione multas effinxit imagines, non tamen contra præceptum Domini. lib. 2. num. 101.

Salu-

DE CVLTV ADORATIONIS.

- Salutatio de signo externo, & affectu seruitutis dicitur: latria vero non item. lib. 2. num. 362.
- Sancti maiori cultu, quam ciuili adorandi. lib. 1. num. 146. & seq.
- Sancti sacra adoratione venerandi. libro 1. num. 151. & 165.
- Sanctis cum Patres negāt adorationem, de latria intelligunt. lib. 1. num. 163.
- Sanctis in se non eo ipso negant adorationem, qui imagines, aut eorum reliquias execrantur. lib. 1. num. 140. & 144.
- Sanctis quis primus inter hæreticos adorationem negauerit. ibidem.
- Sanctorum adoratio ad ipsos integre, & secundum affectū seruitutis terminatur. lib. 3. num. 27.
- Sanctorum adoratio diuerso modo transit in Deum, atque imaginis, & reliquiarū Christi cultus. lib. 3. num. 28. & 29.
- Sanctorum honor quomodo in Deum transeat. lib. 2. n. 284.
- Sanguis Christi in terris relictus, vel ab imagine derivatus quomodo adorandus. lib. 3. num. 124. & 125.
- Scabellum Domini, quod est humanitas Christi, qua adoratione venerandum. lib. 1. num. 69.
- Scabellum Domini, quod est humanitas Christi, vna cum Verbo adorandum. lib. 1. n. 118.
- Scabellum, quod in Psalmo adorare præcipimur, quid sit. lib. 2. num. 78.
- Sculptile non facies tibi, quomodo intelligendum. lib. 2. num. 116.
- Senonensis Concilij de adoratione imaginum definitio. lib. 2. num. 284.
- Septima Synodus imaginibus non tribuit latriam. lib. 2. num. 379. & 380.
- Septima Synodus quare imaginum cultum adorationi aliarum rerum sacrarum comparet. lib. 2. num. 383. & seq.
- Septimæ Synodi definitio nō separat imaginem à prototypo in adoratione. lib. 2. num. 277. & seq.
- Septimæ Synodi definitio expenditur. lib. 2. ibidem.
- Septimæ Synodi falsæ partem hæreticū huius tēporis admittunt, partē negant. lib. 2. num. 207.

ecce Sepul-

INDEX RERVM EX LIB.

- Sepulcra Iustorum apud Iudæos in honore habita. lib. 3. num. 81. & 85.
- Sepulcrorum cōstructionem Christus non reprehendit. lib. 3. num. 85. & seq.
- Sepulcrum Christi gloriosum. lib. 3. num. 82.
- Serenus Episcopus Massiliensis non fuit Iconomachus. lib. 2. num. 24.
- Serpentem æneum adoratum fuisse, nunquam dixit Aug. lib. 2. num. 93.
- Serpentem æneū qua de causa fieri licitum fuit Iudæis secundum Tertullianū. lib. 2. num. 86.
- Serpentem æneum cur Ezechias confregerit. lib. 2. num. 89. & 91.
- Serpentem non fuisse adoratum. lib. 2. numero 90. & seq.
- Serpens æneus an potuerit adorari. lib. 2. n. 88. & seq.
- Seruitus latriæ soli Deo deferenda precipitur: adoratio autem non soli. lib. 1. num. 153. & 154.
- Seuerus quomodo Angelorū imagines abstulerit. lib. 2. n. 58.
- Sextæ Synodi canones cuius autoritatis. lib. 2. num. 30. & seq.
- Simulacra quomodo à Gentibus adorata. libro 2. num. 187.
- Simulacrum imago ficta. lib. 2. num. 13.
- Simulacrum nō à similitudine, sed à simulando dictum. ibidem.
- Simulacrum pro idolo in Scriptura vsurpatur. ibidem.
- Sindon, qua Christus fuit inuolutus, vbi sit. lib. 2. num. 29.
- Soli Deo honor, et gloria*, quomodo intelligendum. lib. 1. num. 143.
- Spes nōstra beata Virgo quaere dicatur. libro 1. numero 183.
- Species Crucifixi, sub qua Demon delitescit, quomodo adorari possit sine idololatriæ. lib. 3. num. 31.
- Species cōiunctæ Christo, per accidens veneranda. lib. 2. n. 39.
- Species sacramentales quomodo adorandæ. lib. 2. num. 357. & seq.
- Statuam Christi erexit mulier à sanguinis fluxu liberata. lib. 2. num. 28.
- Stephanus Episcopus Bostorum in imagine semper exemplar adorandum esse dixit. lib. 2. num. 304.

Styli.

DE CVLTV ADORATIONIS.

- Styli diuersitas non arguit diuersum semper autorē. lib. 2. num. 145.
- Suriy de Francofordiensi Cōcilio sententia. libro 2. num. 225.
- Synodus Gentiliacensis quo tempore, & qua de causa celebrata. libro 2. numero 173.
- Synodus sexta imagines recepit. lib. 2. num. 263.
- T
- V
- Vasa sacra an per se, & secundum se adoranda. lib. 2. num. 343.
- Verbum cum carne sua adorari recte dicitur, non cum homine, vel cum humanitate. libro 1. numero 135. & seq.
- Verbum sine carne, & carnem sine Verbo non coli, quo pacto intelligendum. lib. 1. num. 128.
- Veronicae imagines quot, & vbi. lib. 2. num. 29.
- Vestis coniuncta, & separata eadem adoratione cum re, cuius est, adoratur. lib. 2. n. 293.
- Virga Aaron adoranda. lib. 2. num. 180.
- Virgam Iosephi quomodo Iacob adorauerit. lib. 2. num. 294. & 296.
- Virgam Iosephi Iacob nō adorasse, quo sensu quidam Patres dixerint. lib. 2. num. 371. & 372.
- Virtutes quæ nā exterius cōsummari dicantur. lib. 1. num. 39.
- Virtutis actus propter ipsum fieri petit, non vitij. lib. 2. n. 341.
- Virtutum omnium species sumenda ex bono concupito, excepta caritate. lib. 1. n. 38.
- Visio Ezechielis cap. 1. explanatur. lib. 2. n. 105. & 106.
- Voci, & imagini adoratio per accidens deferri potest: nō sacrificium, nec oratio. lib. 2. num. 345.
- Voluntaria religio quid. lib. 3. num. 100. & 105.
- Urbanus quartus instituit solennitatem festi corporis Christi: non eius adorationem, quæ antiquior est. lib. 2. num. 351.
- Vvaldēs imaginibus infensi. lib. 2. num. 21.
- Vvicleffi de adoratione humanitatis Christi error. lib. 1. n. 59. & 60.
- Vvicleffistæ Sanctorum cultū negant. lib. 1. num. 146.

INDEX RERVM EX LIB

X
X Eneus imagines è medio
 tollebat. libro 2. num.
 57.

Y

Z
Z Ographia quid. libro 2.
 num. 56.
 Zuingliani imaginum impu-
 gnatores. lib. 2. num. 21.

FINIS.

INDEX

INDEX AVTORVM,

QVI IN DVABVS DISPVTA-
 tionibus contra Fœlicem & Eli-
 pandum citantur.

A	E	Leo 9.
Bbas Vspergësis.	Elias Cretenfis.	M
Acacius Melit.	Elipandus	Magister.
Ado Viennensis.	Ephesinum Concil.	Maior.
Adrianus.	Eusebius Emisenus.	Marius Victorinus.
Albertus Magnus.	Euthymius.	Maximus.
Alexandrinũ Concil.	Eutrandus.	N
Alex. Alensis.		Nicetas.
Almagus.	F	O
Ambrosius.	Francofordiense Conc.	OEcumenius.
Ambrosius Morus.	Franciscus Fenardët.	Origenes.
Annonius.	Franciscus Turrianus.	P
Anselmus.	Fulgentius.	Paludanus.
Antoninus.	G	Paulus AEmilius.
Aristoteles.	Gabriel.	Petrus Diaconus.
Athanasius.	Genebrardus.	Platina.
Augustinus.	Gregorius Magnus.	R
B	Gregorius Nazianz.	Regino.
Basilus.	Gregorius Nyssenus.	Ricardus.
Bassolis.	H	S
Beda.	Hieronimus.	Sabellicus.
Blondus.	Hilarius.	Sacrofyllabus.
Bonaventura.	I	Scotus.
C	Iacobus Billius.	Sigibertus.
Carolus magnus.	Instituta.	T
Chrysostomus.	Ioannes Mariana.	S. Thomas.
Cœlestinus Primus.	Ionas Aurelianensis.	Thomas Caietanus.
Cyrillus Alex.	Irenæus.	Thomas Argentina.
D	Isidorus.	Toletanum Cœcilium.
Damascenus.	L	V
Dionysius Alexand.	Laurentius Surinus.	Vigilius.
Durandus.	Leo 1.	

INDEX LOCORVM

SCRIPTVRAE, QVAE IN DVOBVS

disputationibus contra Felicem & Elipandum, vel allegantur, vel fusius explicantur.

Ex Psalmis.

85. **S** Aluum fac filium ancilla tua. disp. 2. num. 113. & 139.
115. Ego seruus tuus, & filius ancilla tua. ibidem.

Ex Isaia.

44. Noli timere seruus meus Iacob. ibidem.
53. Nos putauimus eum quasi leprosum. disp. 2. num. 159.

Ex Matthæo.

3. & 17. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. disput. 1. num. 45. 62. 78. & 81.
11. Confiteor tibi Pater Domine cæli, & terræ. disput. 2. numero 116.
16. Tu es Christus filius Dei viui. disp. 1. num. 46. & 51.
26. Pater si fieri potest. disput. 2. num. 116.

Ex Luca.

11. Pater noster, qui es in cælis. disp. 1. num. 43.

Ex Ioannis Euāgelio.

3. Pater diligit filium, &c. disp. 1. num. 69.
8. Seruus non manet in domo in æternum, filius manet, &c. disp. 2. num. 157.
14. Pater maior me est. disp. 2. num. 89. & seq.
15. Non dixi vos seruos, sed amicos, seruus enim nescit, &c. disp. 2. num. 158.
19. Consummatū est. disp. 2. num. 116.
20. Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum, &c. disp. 1. num. 49. 50. 80. & 116.

Ex Paulo.

- Rom. 8. Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati. disp. 2. num. 145.
Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore. disp. 2. num. 112.
Quodsi filij, & haeredes. disp. 2. num. 156.
Qui etiam proprio Filio suo nō pepercit. disp. 1. num. 44. 51. 58.

1. Co-

EX SACRA SCRIPTURA.

1. Corint. 3. Omnia vestra: vos autem Christi. disp. 2. num. 98.
Christus autem Dei. disp. 2. num. 154.

1. Corint. 15. Cum autem subiecta fuerint illi omnia, tunc ipse filius subiectus erit ei. disp. 2. num. 95.

Ephes. 5. Nemo enim vnquam carnem suā odio habuit, &c. disp. 2. num. 155.

Philip. 2. Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, non ra-

pinā arbitratus est esse se equalem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens &c. disp. 2. num. 142. & seq.

Coloss. 2. In quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. disp. 1. num. 70.

Hebr. 4. Tentatum per omnia pro similitudine absque peccato. disp. 2. num. 145.

Ex Petro.

2. Pet. 1. Accipiens à Deo Patre honorem, & gloriam, &c. disp. 1. num. 54. & 55.

ecc 4

INDEX

INDEX RERVM, QVAE IN DVABVS DISPV- tationibus contra Fœlicem & Elipan- dum continentur.

A



Adoptare quid. disp. 1. num. 68.
Adoptio aliter fit in ter homines, aliter fit à Deo. d. 2. num. 157.
Adoptio cur toti Trinitati tribuenda. d. 1. num. 10.
Adoptioni nō obstat, gratiam habitualement datam esse ante, vel post vnionem. d. 1. n. 64.
Adoptionis nomine quid intelligat Francoford. Conc. d. 1. num. 71.
Adoptio nō tollitur per vnionem cum diuino supposito quia filiatio est naturę, non suppositi. d. 1. num. 67.
Adoptio non manet in natura vnita personę diuinę. d. 1. num. 30.
Adoptio omnis ex affectione ducit originem. d. 1. num. 73.
Adoptiuus filius semper re ipsa manet extraneus, nec vlla naturali vnione coniunctus adoptanti. disp. 1. n. 69.

Adriani epistola errorem de Christi adoptione, & seruitute damnans, autentica. disp. 1. num. 29. & 30.
Adrianus cur tam acriter in Elipandū inuehatur. disp. 1. num. 30.
Adrianus primus errorem Elipandi, & Fœlicis de Christi adoptione damnat. disp. 1. num. 22.
Adrianus ex honore, & communicatione in fede colligit, Christum seruum non esse. disp. 2. num. 136.
Adrianus etiam damnauit cū additamento *secundum humanitatem*, Christum seruum dicere. disp. 2. num. 122.
Adrianus etiam cum additamento damnauit Christum appellare filium adoptiuū. disp. 1. num. 43.
Adrianus ex professione definiuit Christum non esse seruum. disp. 2. num. 101.
Adrianus quo argumēto cōiunctus damnauit asserentes Christum filium Dei adoptiuū.

CONTRA FOEL. ET ELIP.

ptiuum. disp. 1. num. 68. & seq.
Alexandrinum Concil. indicat Christum non esse seruum. disp. 2. numero 103. & 104.
Ambrosius quo sensu Christū appellarit. disp. 2. numero 148.
Annonius quo tempore scripserit. disp. 1. num. 25.
Augustini testimonium, quo Christo adoptionem tollit. disp. 1. num. 56.

B

Beatiana hæresis ab Elipando dicebatur doctrina Beati. disp. 1. num. 2.
Beatus erroris insinuat Elipandi sententiam. disp. 1. n. 2.
Beatus, & Heterius librum ediderunt contra Elipandū. disp. 1. num. 2. & 3.
Beatus, & Heterius nō interfuerunt Concilio Francofordiensi. disp. 1. num. 86. & 87.

C

Caro Christi non fuit adoptata, vt dicitur in Sacrosyllabo. disp. 1. n. 46.
Chrysostomus Christū seruū appellat secundū officium, non secundum conditionem. disp. 2. num. 118.

Christi humanitas Deo defert latriam, licet serua non sit. disp. 2. num. 156.
Christi humanitas cur dicatur in assumptione forma serui non in vnione. disp. 2. num. 140. & 141.
Christum filium Dei esse adoptiuum Patrum testimonijs ostenditur. disp. 1. num. 19.
Idem rationibus comprobatur. disp. 1. num. 20.
Christum etiā cum determinatione *secundum carnem*, filium adoptiuum dicere, damnatur. disp. 1. numero 41. & seq.
Christum dupliciter regnare. disp. 2. num. 93.
Christum secundum humanitatem esse filium adoptiuum Spiritus sancti Durandus docet. disp. 1. num. 11.
Christum secundum hominē filium Dei naturalem, non adoptiuum esse definit Sacrosyllabus liber. disp. 1. n. 46.
Christum seruum dicere damnatum est. disp. 2. numero 100. & seq.
Christum seruum non esse, Scripturę, & Patrum autoritate monstratur. disp. 2. n. 115. & seq.
Idē ratione aperte ostenditur. disp. 2. num. 123. & seq.
ccc 5. Chri.

INDEX RERVM EX DISP.

- Christū seruum quare Patres aliqui appellauerint secundum Adrianum. D. 2. num. 116.
- Christum seruitutis spiritu nō duci Conc. Francoford. cōtra Elipandum non definit. D. 2. n. 110. & seq.
- Christus absolute non est dicendus filius naturalis Spiritus sancti. D. 1. n. 82.
- Christus absolute potest dici minor patre. Disp. 2. num. 90.
- Christus absolute potest dici subiectus Patri, non sibi. disput. 2. n. 92.
- Christus appellatione, & nomine tantū seruus dicitur. disp. 2. n. 125.
- Christus autem Dei*, quomodo à Paulo dicatur. disp. 2. num. 135.
- Christus carnem suam nō adoptauit. disp. 1. n. 46.
- Christus, cur absolute filius Dei adoptiuus dici nō possit iuxta Recentiorum sententiam. disp. 1. n. 12.
- Christus, cur neque absolute, neque secundum humanitatem possit esse filius Dei adoptiuus. disp. 1. num. 68. & seq.
- Christus cur absolute non dicatur filius sui ipsius. disp. 1. n. 79.
- Christus *Deus homo*, aut *simul Deus* vocatur a Patribus. disp. 2. n. 133.
- Christus, etiam secundum humanitatem, seruus dicendus non est. disp. 2. num. 121. & seq.
- Christus figurate tantum in Scriptura vocatur seruus secundum Adrianum. disp. 2. n. 115. & 140.
- Christus in humana natura eiusdem nobiscum generis, non tamen eiusdē cōditionis fuit. disp. 2. n. 119.
- Christus in nomine communicauit cum Deo. disp. 2. n. 133.
- Christus natura vnctus, non tantum per gratiam. disp. 1. num. 70.
- Christus in quātum homo, cur non possit dici filius adoptiuus secundum; Nominales. disp. 1. n. 13.
- Christus in Scriptura nūquam dicitur filius adoptiuus Dei. disp. 1. num. 50. & seq.
- Christus in vtraque natura vnigenitus. disput. 1. numero 47.
- Christus nunquam dixit vna nobis cum *Pater noster*, secundum Adrianum. disp. 1. num. 43. & 44.
- Christus nunquam ab Evangelistis, aut Apostolis ser-

uus

CONTRA FOEL. ET ELIP.

- uus vocatus. disp. 2. numero 116.
- Christus quo differat à filiis Dei adoptiuis secundum Patres. disp. 1. numero 70. & 72.
- Christus quomodo formam serui acceperit. disp. 2. num. 142. & seq.
- Christus ratione gratiæ habitualis, neque est filius adoptiuus, nec naturalis. disp. 1. num. 76.
- Christus secundum humanitatem cōmunicat cum Deo in sede maiestatis, & honoris. disp. 2. n. 131. & 132.
- Christus secundum humanitatem communicat in omnibus bonis cum Patre. disp. 2. n. 130.
- Christus secundum humanitatem non dicitur filius naturalis Dei a filiatione æterna. disp. 1. n. 78.
- Christus seruus absolute dicendus esset, si cum additamento seruus concederetur. disput. 2. num. 137. & 138.
- Christus seruus à multis appellatur, & qua de causa. disputat. 2. numero 97. & 98.
- Christus si esset adoptatus cur non mereretur nobis adoptionem secundum Adrianum.
- num. disp. 1. numero 45.
- Christus si, vt homo, dici posset filius Dei adoptiuus, absolute etiam talis diceretur. disp. 1. n. 40.
- Christus, vt homo, filius Dei est naturalis, & quomodo. disp. 1. n. 75.
- Creaturæ bona magis Dei sūt, quam ipsius creaturæ. disp. 2. n. 98.
- Creaturæ condicio sola non excludit libertatem respectu Dei. disputat. 2. num. 154.
- De Christo multa dici possunt cum additamento, quæ sine illo potius essent neganda. disputat. 1. numero 14. & 15.
- Cyrillus Alexandrinus Christum seruum non esse aperte docuit. disp. 2. n. 120.
- Cyrillus quo sensu Christum seruum appellarit. disput. 2. n. 142.

D

- D** Amascenus ex professo probat Christum seruum non esse. disp. 2. n. 124. & seq.
- Damascenus quo sensu dixerit, Christum subijci Patri necesse non habuisse. disp. 2. n. 93. & 94.
- Deus quomodo dicatur creaturæ dominus. disp. 2. n. 154.

Dio-

INDEX RERVM EX DISP.

Dionysius Alexādrinus optimum constituit discrimen inter Christum, & alios Iustos. disp. 1. num. 72.

Diuinitatis participatio vniuersio humanitatis dicitur à Patribus. disp. 2. num. 130.

Dominij negatio ad seruitutē non sufficit. disp. 2. numero 128.

Durādus de humanitatis Christi adoptione quid senserit. disp. 1. num. 10. & seq.

E

ELias Cretensis, quomodo Christum seruū appellat. disp. 2. num. 116.

Elipandi confessio recitatur. disp. 1. num. 6. 7. & 8.

Elipandi error ter damnatus. disp. 1. num. 25. & seq.

Elipandi historia: & quomodo ab errore resipuerit. disput. 2. num. 167.

Elipandi libellus in Francofordiensi Concilio legitur. disp. 2. num. 5.

Elipādum cum Nestorio sensisse multi dicunt. disp. 1. n. 32.

Elipandum cum Nestorio nō sensisse aperte monstratur. disp. 1. num. 34. & seq.

Elipandum spiritum seruitutis, & coactionis tantum in Christo posuisse affirmant

nonnulli, sed falso. disp. 2. num. 110. & seq.

Elipandus alios habuit suæ sententiæ sectatores. disp. 1. num. 5.

Elipādus Archiepiscopus Toletanus Fœlicis Vrgelitani Episcopi errorem sectatur. disp. 1. num. 1.

Elipandus ad Carolū Magnū scripsit, vt Beatiana sententia damnaretur. disp. 1. n. 4.

Elipandus Christum secundū humanitatem tantum seruū dicebat. disp. 2. num. 121.

Elipandus Christum seruū esse palam pronuntiauit. disp. 2. num. 97.

Elipandus Christum vere Deū & hominē esse profiteretur. disp. 1. num. 8.

Elipandus cū determinatione illa secundum humanitatē Christum dicebat filiū adoptionis, & in hoc sensu damnatus. disp. 1. num. 41. & seq.

Elipādus cur Nestorianus dici possit. disp. 1. num. 38.

Elipandus eandem adoptionem, & seruitutem agnoscit in Christo, & Sanctis. disp. 1. num. 6. & 7.

Elipandus indigne fert suam doctrinam erroris insimulari à Beato, & Heterio. disp.

CONTRA FOEL. ET ELIP.

disp. 1. num. 3.

Elipandus Migerianorum heresim damnauit. disput. 1. num. 3.

Elipandus non in re, sed solū in verbis errauit. disp. 1. n. 88.

Elipandus neq; Arrianus, neque Nestorianus fuit. disp. 1. num. 5.

Elipandus nō sensit, Christum seruū esse seruitute vili ex peccato orta. disp. 2. num. 107. & seq.

Eusebius Emisenus Christum seruū non esse, perspicue docuit. disp. 1. num. 38.

F

Figurate, & propter naturā serui Christus seruus dicitur in Scriptura. disp. 2. num. 140.

Filiatio adoptiua nascitur ex negatione vniuersionis substantialis cum adoptante. disp. 1. num. 76. & 77.

Filiationis duplex genus. disputat. 1. num. 75.

Filiū adoptatū, & subsistentē in natura adoptata non esse idem, falso putauit Gabriel. disput. 1. numero 16. & 17.

Filius adoptiuus nō postulat, vt prius tēpore sit nō filius adoptantis. disp. 1. num. 62.

Filius per gratiam, & adoptiuus, non idem. disp. 1. num. 87.

Fœliciana hæresis damnata est in Concilio Francof. disp. 1. num. 28.

Fœlicis Vrgelitani error. disp. 1. num. 7.

Fœlicis historia: & quomodo ab errore resipuerit. disp. 2. num. 159. & 160.

Fœlix Arrianus nō fuit. disp. 1. num. 1.

Fœlix coram Pontifice publice suum errorem abiurauit. disp. 1. num. 26.

Francofordiense Concilium damnat asserentes, Christū seruū, etiam secundū humanitatem. disp. 2. numero 122. & 123.

Francofordiense Concilium damnat dicentes, Christum filium esse adoptiuū. disp. 1. num. 27. & seq.

Francofordiense Concil. etiā damnat asserentes Christū secundum humanitatē filium esse adoptiuum. disp. 1. num. 41. & seq.

Francoford. Concil. damnat eos, qui adoptionem humanitati Christi adscribebant. disp. 1. num. 47.

Francofordiense Concil. ideo damnare Elipandum multi dicunt, quod cum Nestorio sen-

INDEX RERVM EX DISP.

senferit. disp. 1. n. 32. & seq.
 Francoford. Concil. non con-
 tendit probare vnitatem
 personæ Christi, sed illa
 supposita, non esse ibi ad-
 optionem. disp. 1. num. 34.
 Francoford. Concil. non er-
 rore facti deceptum Eli-
 pandi sententiam de serui-
 tute Christi damnauit. dis.
 2. num. 108.
 Francof. Concil. omne serui-
 tutis Genus Christo dene-
 gat. disp. 2. num. 109.
 Francof. Concil. tanquam fi-
 dei dogma definiuit Chri-
 stum non esse seruum, si-
 cut neque adoptiuum. dis.
 2. n. 101. & 102.
 Francoford. Concil. quot Pa-
 tres adfuerint, quique Põ-
 tiñcis Legati. disp. 1. n. 29.
 Francofor. Concilij autoritas
 multis non prebatur. disp.
 1. num. 23.
 Francofordicæ Concilij E-
 lipandum damnantis au-
 roritas defenditur. disp. 1.
 num. 25. & seq.

G

Gabriel, & Nominales de
 Christi adoptione quid
 senserint. disp. 1. n. 13.
 Gratia habitualis non dedit
 Christo filiationem ado-
 ptiuam. disp. 1. n. 76.

Gratia, & legis discrimẽ. disp.
 2. num. 158.
 Gregorius Magnus Christum
 non esse filium adoptiuum
 sensit. disp. 1. n. 57.

H

Hilarij verba, quibus ad-
 optionem Christi vi-
 detur astruere, & ex-
 plicantur, & a mendo cor-
 riguntur. disp. 1. num. 83. &
 84.

Hilarius Christi adoptionem
 videtur astruere. disput. 1.
 num. 19.

Hilarius, quia Christum à Pau-
 lo proprium Dei filium ap-
 pellari videt, adoptiuum
 negat. disp. 1. n. 59.

Humanitatem Christi adopta-
 tam Nominales fatentur.
 disp. 1. n. 14.

Humanitatem Christi dicere
 adoptatam, damnatum. disp.
 1. num. 42.

Humanitas Christi deitate
 sanctificata, & delibuta fuit
 secundum Patres. disput. 2.
 num. 130.

Humanitas Christi euecta est
 ad Patris confessum. dis. 2.
 n. 133.

Humanitas in Christo nõ ha-
 buit supremum dominiũ,
 & tamen non fuit serua.
 disp. 2. n. 155.

Humanitas Christi prius na-
 tura

CONTRA FOEL. ET ELIP.

L

tura fuit producta, quam
 gratia habituali exornata.
 disp. 1. n. 63.

Humanitas prius natura fuit
 extranea, quam vniretur.
 disp. 1. n. 62.

Humanitas Christi quomo-
 do federit ad dexterã Pa-
 tris secundum Damasce-
 num. disp. 2. num. 133.

Humanitas Christi si adopta-
 retur, ipse filius adoptiuus
 iure dici posset. dis. 1. n. 15.

Hypostatica vnio adoptioni
 opponitur. disp. 1. n. 74.

I

Iesus natura vnctus: alij Sá-
 cti dono gratiæ. disp. 2.
 num. 131.

Ildefonsus, & Iulianus Ar-
 chiep. Tolet. non senserunt
 Christum filium Dei esse
 adoptiuum. disp. 1. n. 85.

Irenæi verba, quæ Christi ad-
 optionem videntur astrue-
 re, adducuntur. disp. 1. nu-
 19. & 83.

Isidorus Gothicarum Missa-
 rum autor extitit. disp. 1.
 n. 85.

Isidorus in Christo adoptio-
 nem non agnoscit. disp. 1.
 num. 59.

Iusti, & Sancti quomodo cū
 filiatione adoptiua serui-
 tutis statum non exclu-
 dant. disputat. 2. num. 157.

Latria non seruorum ob-
 sequium, sed summam
 subiectionem Deo de-
 bitam denotat. dis. 2. num.
 155.

Leo 1. Christum in vtraque
 natura filium propriũ, non
 adoptiuum appellat. disp.
 1. num. 60.

Leo 1. Christum non esse ser-
 uum aperte sensit. disp. 2.
 num. 117.

Leprosus in Scriptura nõquã
 Christus appellatur, vt fal-
 so dicebat Elipandus. dis.
 2. num. 159.

M

Magistri ratio, qua pro-
 bat, Christum non esse
 se filium adoptiuũ,
 nil probat. disp. 1. n. 62.

Marius Victorinus Christum
 secundum carnem filium
 Dei esse adoptiuum sensit.
 disp. 1. n. 19. & 83.

Matrimonij vinculum duos
 facit eodẽ honore, & thro-
 no gaudere: sic & vinculũ
 vnionis hypostaticę. disp.
 2. num. 132.

Minister, & seruus Christus
 dicitur secundum officiũ,
 non secundum conditio-
 nem. disp. 2. n. 118.

Minoris, & serui non eadẽ
 ratio. disp. 2. num. 89.

Natura

INDEX RERVM EX DISP.

N

Natura feruilis cū negatione communicationis in bonis fundat relationem seruitutis. disp. 2. num. 128.

Nestorius copulationem vocabat, quod Elipādus adoptionem. disp. 1. num. 71.

Nominales de Christi adoptione quid senserint. disput. 1. num. 13.

Nullum genus seruitutis post assumptionem in Christo mansit secundum Damascenum. disp. 2. num. 125.

O

Obediētia, & subiectio sola non constituit statū seruitutis. disp. 2. num. 151.

Omne genus seruitutis Christo denegat Conciliū Francoford. disp. 2. num. 109.

P

Participium diuinitatis fuit causa ingenuitatis Christi. disp. 2. num. 120.

Patres Christo seruitutē denegant. disp. 2. num. 117.

Patres nonnulli quo sensu Christum seruum appellēt. disp. 1. num. 148. & seq.

Personalis vnio omnem seruitutis iniuriā à Christi hu-

manitate abstulit. disput. 2. num. 125. & 126.

Personæ vnitas in Christo adoptionis tollit iniuriam secundum Adrianum. disp. 1. numero 70.

R

Radix in Christo libertatis participium fuit diuinitatis. disp. 2. num. 120.

Redemptoris nomē serui nomenclaturam excludit secundum Adrianum. disp. 2. num. 124.

Reginense, & Ratisponense Concilium idem. disput. 1. num. 26.

Reginensis Concilij Fœlicis errorem damnantis historia. disput. 1. num. 25. & 26.

Relationis seruitutis fundamentum nō est natura nuda. disp. 2. num. 128.

S

Sacro syllabus adoptionis originem quomodo explicet. disp. 1. num. 73.

Sacro syllabus assumptionem opponit adoptioni. disp. 1. num. 72.

Sacro syllabus liber à quo editus. disp. 1. num. 22.

Sacro syllabus sententiā Fœlicis, & Elipandi damnat. disp. 1. num. 22.

Scoti

CONTRA FOEL. ET ELIP.

Scoti ratio, qua Christū probat non esse filium adoptiuum, nil probat. disput. 1. num. 63. & 64.

Scotus affirmat, Christum filium Dei adoptiuum dici posse. disp. 1. num. 18.

Serui formā quomodo Christus accepisse dicatur. disp. 2. num. 142. & seq.

Seruitus naturalis, non vilis, & abiecta erat in Christo secundum aliquos. disp. 2. num. 106. & 107.

Seruitutem in Christo multi recentiores cum Elipando cur ponant. disp. 2. numero 97.

Seruitutem Scriptura, & Patres Christo denegant. disput. 2. numero 115. & seq.

Seruitutis, ac dominationis vocabula non naturas indicāt, sed aliquid aliud referunt. disp. 2. num. 127.

Seruitutis condiciones, quæ. disp. 2. num. 105.

Seruitutis duplex genus. disp. 2. num. 105.

Seruitutis fundamentum nō est natura nuda, sed cum negatione communicationis in bonis. disp. 2. num. 128.

Seruitutis spiritū, & coactionis tantum damnare Concil. Francoford. dicunt aliqui, sed falso. disp. 2. num.

100. & seq.

Seruitutis varia genera Conc. Francofordiense enumerat & omnia illa Christo denegat. disp. 2. num. 109.

Seruum figurate tantum Scriptura Christum appellat secundum Adrianum. disp. 2. num. 114.

Seruum qui Christum appellant cum Nestorio eū diuidunt secundū Damascenū. disp. 2. num. 137.

Seruus nunquam dictus est Christus ab Apostolis, aut Euangelistis. disp. 2. n. 116.

Seruus quis sit, & quomodo sumendus, cum de Christo quæritur. disp. 2. num. 96.

Spiritus sanctus, si humanitatē assumeret, eodem modo ac Christus diceretur filius naturalis Dei secundum humanitatem. disp. 1. num. 78.

Subditi, & serui non eadē ratio. disp. 2. num. 89.

Synaphia quid, & quomodo humanitati Christi nō cōperat, sed potius enosis. disput. 2. num. 71.

T

Theodiscus Episcopus Hispalēsis Arrianus fuit Christumq; in propria natura filium adoptiuum dicebat. disp. 1. num. 60.

fff

S. Tho-



INDEX RERVM EX DISP.

S. Thomæ ratio, qua probat Christum non esse filiū adoptiuum. disp. 1. num. 65.
 Toletanum Conciliū 11. quomodo negauerit Christum esse filium Spiritus sancti. disp. 2. num. 8r.
 Triplex cōmunicatio humanitatis Christi cum Deo. disp. 2. num. 130. & seq.

honore gaudere, sic & vinculum vnionis hypostaticæ. disp. 2. num. 132.
 Vnctio dicitur à Patribus diuinitatis participatio in Christo. disp. 2. num. 130.
 Vnio hypostatica facit humanitatē eodem honore gaudere cum Deo. disp. 2. num. 132.
 Vnione ipsa humanitas Christi ingenuitatem est consequuta. disp. 2. num. 121. 123. 125. & 129.

V
 Vinculū Matrimonij duos facit eodem thoro, &

LAVS DEO.



Tres isti de Adoratione libri, duæque de adoptione, ac seruitute Christi disputationes suo cōsonant exemplari demptismendis hic assignatis.

Fol.	pag.	linea	Mendum	Correctio.	fol. p.	linea	mendum	Correctio.
1	2	34	virtutum	virtutem	75	1 3	quod	quo
3	2	21	fundamētis	fundamentis	75	1 21	maiorum	maiorē
3	2	30	q. 130.	q. 103.	80	1 15	auocaretur	auocarentur
7	1	25	eam	ea	82	1 12	(inquit]	[inquiunt)
7	2	13	quem	quod	84	2 3	cupiendæ	accipiend
9	2	20	Dicit	Dicitur	87	2 33	corporali	corporalis
12	1	6	cap.	eadem	91	1 33	Signorasti	Si ignoras te
14	1	15	quam	qua	96	1 2	remeritatis	temeritati
14	2	13	factorum	festorum	103	1 36	dist.	&
15	1	25	quomodo	quando	112	1 11	refert	refert
18	1	22	iuramento	iuranti.	113	2 1	Epipopos	Episcopos
19	2	3	cap. 99.	cap. 44.	113	2 12 & 23	Turrinen.	Taurinen.
20	2	29	homin	hominem	114	2 9	quod	quo
21	2	20	exagita	exagitata	119	2 25	miscum	missum
22	2	27	figum	signum	120	1 22	præfationis. Illi	præfationis illi
22	2	28	excellenita	excellencia	128	1 15	anno. 669.	Anno. 696.
33	1	28	diuerfas	diuersa	129	2 2	paluo	paulo
34	2	1	adorationib ⁹	adorat. adorari	145	1 21	reperitur	reperitur
35	1	9	eum in	cum in	147	1 10	phantasmata	phantasma.
35	2	32	act. 9.	act. 4.	148	1 23	subsubijcit	se subijcit
37	2	1	ne ipsi	ut ipsi	154	2 17	cogitione	cogitatione
42	1	32	quoad	quod ad	155	1 7	lib. 5.	lib. 4.
49	1	14	in 3. q. art.	in. 3. q. 8. art.	170	1 37	assignandum	assignandam
53	2	7. & 11	q. 96.	q. 99.	176	1 30	illo	villo
54	2	12	institute	instituere	178	2 22	superiorio	superioris
55	1	17	Damascenus	Damianus	180	1 12	reitauius	recitauius.
56	1	19	honoratioē	honoratiorem	200	2 19	ita hoc modo	hoc modo
59	2	20	cum Christi	cum Christo	201	2 2	excudit	excudit
61	1	7	vocar idola.	vocari idola	224	2 3	facimus	fecimus
61	1	30	auris	aus	225	1 28	sicut	& sicut
67	1	3	vrgeppitan ⁹	Vrgelitanus	228	1 24	adorationem	adoptionem
70	1	11	Canone	Canon	229	2 30	dānata non est,	damnata est,
71	2	26	Carranzæ	Carranza	235	1 37	occurt	occurrit
72	1	33	in 3 p.	in primamp.	259	2 13	utrumque	verumque
73	2	31	Esaï. 4.	Esaï. 40.	262	1 10	nequit	nequit

In cuius rei testimonium has literas meo nomine subscripsi datas Compluti in insigni Lucen. Colleg. decima die mensis Maij, Anno 1594

Licenciatus Christophorus Orduñã.

COMPLVTI.

Ex officina Ioannis Gratiani, apud
Viduam. Anno 1594.
